premier [illegible] quinzieme [illegible] volume

[illegible]

Registre [illegible] Commentaire

de ce qui s'est passé de plus remarquable

dans la faculté de [illegible] de paris

depuis l'an 1600 — jusqu'en l'an 16[illegible]

[illegible] Moreau [illegible] Moreau

doyen [illegible]

[illegible]

Cotte [illegible] 926

Commentaires de la Faculté de Médecine T. XV.

Aujourd'hui 13 Décembre 1906, il a été constaté, au cours d'une recherche dans ce volume, l'absence des feuillets 445, 446, 447, 448, 449, qui ont été coupés à une époque indéterminée. Signalons aussi l'absence des ornements en métal dont la trace subsiste sur les plats extérieurs de la couverture.

L. Picard

D. Leutbahn
sous-bibliothécaire

M. Antonius morand 1662 1663
M. franciscus le vignon, 1664. 1665.
M. joannes armandus de mauvilain 1666. 1667.
M. joannes Garbe 1668. 1669.
M. Dyonisius puylon 1670 1671
M. joannes Baptista moreau 1672. 1673
M. Antonius joannes morand 1674. 1675.

Regnante Lud. XIIII.°

atj
latū jure
s, vt tamen
is annuit Decan⁹.
ad Decanū accessere
i polliciti sunt. Eodem die
tei⁹ fili⁹ Guido de la Roche a
lū natu minimi vicem;
mariti, curauit secum
filij : moniti sunt
nia.
i sunt Decano ac
nim Decanū
affati

In nomine Sanctissimæ ac individuæ Trinitatis patris & filij & Spiritussancti.

Incipit Commentari⁹ rerū in saluberrima facultate Med. & Academia paris. gestarū cum tabulis accepti & expensi a die 4. Nouembris 1662. in diem sabbati 1663 tertiū Nouembris Magistro Antonio Morand Senonēsi Decano.

Die sabbati 4. Nouembris an. restitutæ salutis humanæ, 1662. conuocatis, edicente Decano Magistro Philiberto Morisset vt mos est, per schedulam Doctorib⁹ omnibus facultatis in Scholas superiores, confectis sacris, ex omni numero Doctorum qui præsentes aderant Quinqueviri sorte delecti sunt clarissimi viri Magist. Philippus harduin⁹ de St. Jaques, M. franciscus Blondel, M. franciscus le Vignon, M. Claudius Quartier & M. petrus le Large penes quos potestas omnis esset creandi Decanū & professores: verum antequam secederent in Sacellum eos Decan⁹ iureiurando obstrinxit ne fauore aut gratia quemvis exciperent, sed eos tantum præficerent muneribus tantis quos virtute plurimum præstare fama esset incolumis: Ipsi autem D. Electores inita tandem subductaq; ratione Concioni renūtiārunt obscura spe et cæca expectatione pendenti, se designasse qui Summæ dignitati præessent, maioris ordinis M. Claudium Lienard & M. Germanum Preaux, minoris vero ordinis M. Antoniū Morand quod vbi palam & nominatim protulit M. Philipp⁹ harduin⁹ de St. jaques DD. Electorū antiquior, factū probauit facultas & gauisa est & ilico nomina destinatorū Triumvirorū qui totum negotium Decani gubernare & suis humeris sustinere debebant implexa implicata & inuoluta in cistam coniecta sunt a Seniore vt e tribus nominibus quorum prius educeretur Decanū signaret, meum emisit decedens Decan⁹, & vt foras eminuit, consalutatus sum Decan⁹ facultatis Medicæ Parisiensis eo applausu vt abnuerint tacite pauci quantum aduertere licuit & lætitiam tulere omnes absentes etiam & ægri missis ptereà nuntijs qui significationem darent. faxit DEUS opt. max. cui vni & soli laus, honor, virt⁹ & gloria in sortem iucundam æternum a Christo vocer, & Scholæ tantæ præsim, vt muneri nunquam desim, ne laborem operosissimum videar frustra suscepisse Amen.

A Dño Morisset fide data, accepi tantum libellū statutorū, sigillū min⁹ argenteum a quo pendet catenula etiam argentea, epomidem coccineam cum 4. clauib⁹ minorib⁹ quæ imponuntur arcæ quæ Seruatur in sacello regiæ Nauarræ in qua includitur sigillū vniuersitatis.

Exinde antequam dirimerentur comitia, declarati sunt professores in annum sequentem

M. Antoni⁹ de Sartes Scholarū professor
M. Ægidius le Bel Chirurgiæ professor
M. Antoni⁹ Joannes Morand rei herbariæ professor

M. Claudius le Vasseur eadem sorte Pharmaciæ professor suffect⁹ est in locum M. petri Yvelin illo munere decedentis. Et eo ipso momento quo nouus Decan⁹ ego cœpi magistratū inire vno ore & viua voce Scholæ Censor dictus est M. Philippus harduin⁹ de St. Jaques, vt tamen verba præiuerit M. Joannes Merlet Antiquior Magister cui electioni lubens annuit Decan⁹. Cum autem comis & blanda salutatio sæpe conciliet & augeat amicitiam ad Decanū accessere propterea Baccalaurei qui obtulere se, & vltro fidem & obsequiū polliciti sunt. Eodem die Apparitor Mag. franciscus de Beuzeuille cum sorore Decanū salutauit cuius filius Guido de la Roche a patris obitu minor apparitor renūtiatus esset, supplente sic matre vidua de la Roche filij natu minimi vicem; cumq; nuperrime nupta esset cū A. filesac, noua societate altibius aucta mariti, curauit secum Decanū adiret supplex, qui vellet probare hominem quem nubendo suffecerat in locum filij: moniti sunt ne vnquam abessent a Decano, quo paratiores & promptiores esse possent ad omnia.

Die martis 7. Nouembr. Pharmacopæorū paris. principes & curatores gratulati sunt Decano ac summam artis medicæ dignitatem, & incolumitatem bene precati sunt verbis & aio, sic enim Decanū affati

affati sunt, etiam ipsi, die postera, Pharmacopolæ prætoris magni, Decano & facultati Medicorū Paris. ~~[deleted]~~ beneuolentiam & fidem præstitibunt. /

Die Sabbati 11. Nouembris quæ D. Martino francorū patrono sacra est in comitijs priuatis quæ haberi solent singulis hebdomadib, vti pauperū valetudini ex more consulatur, Decanus facultati primum subiecit multa in ædibus medicis esse resarcienda qd decanus superioris biennij nihil istarū verū curasset negotijs domestici plen. & his seculo prospiciendum, appetente potissimum hyeme, quod tignariæ fabricæ opus iamdudum imber non modo putrefaciat sed aer pluuius lauet parietes, corrumpat situ, & perpluant ligna. Adiecit item conuenientissimū, salutare et e re facultatis omnino esse dissectionis et præparationis officina excitaretur iuxta locum demonstrationū & amphitheatrum ne deinceps fœtida cadauera tetrum odorem expirantia plerumq etiam exhalantia tabum (hucusq tamen periculosa consuetudine in aula maiore facultatis & scholis inferiorib asseruari solita diu noctuq) importent incommoda Doctoribus & auditorib, tandemq contagione morbos graues. Quod Decani consilium non modo facultas probauit, sed etiam mente comprehensam tugurioli anatomici designationem mirifice laudauit cumq visum ei sit vt conderetur cum ea Decan conclusit tum instaurarentur ædes, adiecit enim quod ad illud primum propositum idipsum posse præstare sua vui authoritate qd Decanj maxime omnium sit prouidere ne res nostra depereat aut quicquam detrimenti capiat. Morand Decanus.

Curauit et author fuit Decan positiones medicæ typis etiam deinceps ederentur non modo folijs papyraceis vt mos est explicatis et expassis quales in publicis actib offeruntur sed etiam implicatæ quemadmodum sunt codices & libri qui vulgo dicuntur in quarto & sic viritim & priuatim domi tantum non publicitus is singulos doctores distribuerentur. et de ce jour a on commencé d'imprimer les theses en fueilles par l'ordre du doyen. 1662. A. Morand doyen.

Quodlibetariæ Quæstiones

Die Jouis xvi. Nouembris 1662. extra ordinem de quodlibetaria quæstione disputauit M. Jacobus Bouiomier doctor medicus parisiensis proponente Baccalaureo M. Antonio le Moine paris. hac autem quæstio fuit affirmatiue conclusa

Estne gemellorum par sexus dispari viuacior?

Vsus scholæ inualuit hora ipsa vndecima matutina dum accingunt se Baccalaurei ad qdlibetariā quæstionem sibi propositam a Doctorib, Bidellus maior recitet nomina & cognomina Doctorū Regent. facultatis singulis annis in ipso actuum primo.

Sequuntur Nomina & cognomina honorandorum Magistrorū nostrorū Doctorum Medicorum Regentium in saluberrima facultate Parisiensi An. Reparatæ sal. 1662.

Magister Joannes Merlet Antiquior scholæ Magister obijt 11. februar. 1663.
M. franciscus Guenault primari Reginæ francorū medic.
M. Petrus Beaurains.
M. Claudius Lienard.
M. franciscus Bouionier.
M. franciscus Piiart.
M. Antonius Charpentier.
M. Claudius Quiquebeuf.
M. Joannes du Cledat. obijt 19. junij 1663.
M. Elias Beda.
M. Philippus Harduin de St. Jacques Censor.
M. Herman de Launay.
M. Philibertus Morisset.
M. Vrbanus Bodineau Medic Regius
M. Jacobus Theuart.
M. Guido Patin Professor Regius.
M. Cyprianus Hubault.

M. Nicolaus Brayer.
M. Sebastianus Rainssant.
M. Claudius Seguin primarius Reginæ matris medicus.
M. Joannes Vacherot.
M. Gilbertus Puylon.
M. Nicolaus Langlois.
M. Jacobus Renaut.
M. Petrus Yommets.
M. Nicolaus Mathieu.
M. Jacobus Mentel.
M. Franciscus Blondel.
M. Petrus le Conte.
M. Germanus Preaux.
M. Claudius Germain.
M. Joannes Pietre.
M. Petrus Legier.
M. Franciscus le Vignon.
M. Mathurinus Denyau professor regius
M. Petrus Yvelin Regis, Reginæ Matris & primarius Ducissæ Aurelianensium Medicus.
M. Claudius Guerin.
M. Petrus le Mercier.
M. Nicolaus Richar.
M. Nicolaus Capon Pharmaciæ professor.
M. Martinus Akakia
M. Michael Marais.
M. Jacobus Gavois.
M. Dionysius Joncquet.
M. Claudius le Vasseur Pharmaciæ professor.
M. Florimundus Langlois
M. Franciscus Paiot.
M. Tussanus Fontaine.
M. Claudius Perault.
M. Carolus le Breton.
M. Petrus Bourdelot primarius reginæ Suecorum Medicus.
M. Stephanus le Gaigneur.
M. Rolandus Merlet.
M. Guillelmus Petit.
M. Petrus Moriau.
M. Paulus Courtois
M. Joannes Garbe Scholæ professor.
M. Andreas Guyet.
M. Petrus de Mersenne.

hoc registrum continet 917 folia

M. Michael du pont.
M. Joannes forestier.
M. Claudius Tardi.
M. Simon Boulot.
M. Joannes Maurin. obijt 18. april. 1663.
M. Joannes Garnon.
M. Antonius Morand Decanus.
M. Isaac Renaudot
M. Eusebius Renaudot.
M. Joannes Baptista Moreau professor regius.
M. Stephanus Bachot
M. Bertinus Dieuxiuoye
M. Joannes Armandus Mauuilain.
M. petrus perreau.
M. Michael de la vigne.
M. Robertus patin.
M. Joannes de Bourges.
M. Germanus Sureau. rej herbariæ professor
M. Joannes Antonius Bourgaud.
M. Carolus Baralis.
M. franciscus Lopes. raptus die 29. decembr. 1662.
M. Daniel Arbinet.
M. Antonius de sarte.
M. franciscus Landrieu.
M. Claudius Quartier.
M. Alanus Lami.
M. franciscus de la Chambre scholæ professor.
M. franciscus Bouionier.
M. philippus Chartier.
M. Carolus patin.
M. Nicolaus Morin.
M. philippus Douté
M. Nicolaus Lienard.
M. Abrahamus Theuart.
M. Ægidius le Bel.
M. Claudius de frades.
M. Michael Denyau.
M. Antonius Joannes Morand.
M. petrus le Large Chirurgiæ professor
M. petrus Cressé
M. franciscus Bouel

M. Ludouicus Galais.
M. Raphael Maurin
M. Edmundus Charrier
M. fabianus perreau.
M. Joannes Baptista Reuellois.
M. Dionysius puylon.
M. Dionysius Dodart
M. Carolus de Laual
M. Antonius de Caën.
M. petrus pourret.
M. Antonius Rufin.
M. Joannes Grout.
M. Jacobus Boujonier præses. 113

Die Jouis vij. decembris ordine disputauit de quodlibetaria quæstione M. Rolandus Merlet doctor medicus respondente Baccalaureo M. Hippolyto duval pontisarano, erat autem quæstio talis affirmatiue conclusa

Estne è salacitate Caluities?

Die Jouis xiv. Decembris m.d.c.lxii. disputauit ordine de qdlibetaria quæstione M. Stephanus le baigneur doctor medicus paris. respondente Baccalaureo M. petro Legier parisino, fuit autem quæstio talis affirmatiue conclusa

An procreandis maribus florens ætas felicior?

Die Jouis iv. Januarij ineuntis anni 1663. ordine disputauit de quæstione quodlibetaria M. petrus Bourdelot doctor medicus paris. Abbas Massæensis & sereniss. reginæ Suecorum medicus primarius respondente Baccalaureo M. Gasparo Maurin Annotensi. fuit autem quæstio talis affirmatiue conclusa

An qui sunt habitu raro sint viuaciores?

Die Jouis xi. Januarij m.d.c.lxiij. extra ordinem disputauit de quodlibetaria quæstione M. Nicolaus Rainssant doctor medic. paris. respondente Baccalaureo M. Jacobo de Bourges fuit autem quæstio talis affirmatiue conclusa

An optime temperati omnium Ingeniosissimi?

Die Jouis xviij. Januarij m.d.c.lxiij. extra ordinem disputauit de quodlibetaria quæstione M. Nicolaus Bon-varlet doctor medicus

Medicus Paris. respondente Baccalaureo M. Guidone Crescentio Fagon Paris.
fuit vero quæstio talis affirmatiue conclusa an a sanguine cor impulsum salit? .

An a sanguine impulsum cor salit?

Doctores qui veterū Medicorū mentem tutantur quæstionem hanc animo aspernati sunt ac despuerunt vt multum non abfuerit quin arguerint Decanū culpæ quod eam subscriptione censoria non tetigisset, aut funditus repudiasset.

Die Jouis xxv. Januarij m.d.c.lxiij. extra ordinem disputauit de quæstione Quodlibetaria M. Carolus Brisset doctor Medic. paris. respondente Baccalaur. M. Carolo Marteau Laudunæo. fuit autem quæstio talis affirmatiue conclusa

Estne Medicus sensualis Physicus?

Antiquodlibetariæ quæstiones quæ vulgo Pastillariæ nuncupantur.

Die mercurij 15. Nouembris 1662. hora 10. matutina celebrauit actum pastillariæ M. Jacobus Bouionier in quo hæc agitata est quæstio

An vitæ longitudo { ab astris? / à parentibus?

Cuius priorem partem medicinæ Candidato proposuit M. ~~Jacobus~~ Bouionier discutiendam, posteriorem M. franciscus Bouionier præsidis doctoris pater suffectus in locum M. Joannis Vacherot absentis M. Bertino Dieuxiuoye.

Die Mercurij x. Januarij an. m.d.c.lxiij. actum celebrauit pastillariæ M. Nicolaus Rainssant & hæc vtrinque agitata est quæstio

Estne in homine Spiritus { Vnus? / Æthereus?

Cuius priorem partem medicinæ Candidato discutiendam proposuit M. Nicolaus Rainssant, Posteriorem M. Gilbertus Puylon M. Joanni Armando Mauuilain.

Die Mercurij 17. Januarij 1663. actum pastillariæ celebrauit M. Nicolaus Bonuarlet in quo vtrinque agitata est quæstio

An in quibusdam animalibus cor { Nullum? / geminum?

Cuius priorem partem Medicinæ candidato discutiendam proposuit M. Nicolaus Bonuarlet, posteriorem M. Germanus Preaux suffectus is locum M. Nicolaj Langlois M. Petro Perreau.

Die Mercurij xxiv. Januarij an. m.d.c.lxiij. actum pastillariæ celebrauit M. Carolus Brisset in quo agitata est vtrinque quæstio

An perfecto Medico { Encyclopædia? / secreta?

Cuius priorem partem Candidato D. Præses proposuit discutiendā posteriorē M. Jacobus Renault M. Michaeli de la Vigne.

actus vesper.

Actus Vesperiarum.

Die martis 14. Nouembris 1662. hora 10. matutina celebratus est actus vesperiarū M. Nicolaj Rainssant præside M. Philberto Puylon & proposita est quæstio discutienda

An alimenti in chylum, sanguinem, lac, & carnes conuersione pereunt illius vires { Materiales? / formales?

Cuius priorem partem agitandam proposuit Candidato M. Gilbertus Puylon præses alteram vero M. franciscus Bouiomier suffectus in locum M. Joannis vacherot Eminentiss. D. Cardinalis D. de Rets medici eoq. nomine absentis ab vrbe & Regno integro decennij spatio discutiendam obtulit M. Nicolao Rainssant.

Die martis XIX. decembris an. M.D.C.LXII. celebratus est actus vesperiarū M. Nicolaj Bonuarlet & hæc agitanda quæstio proposita est præside M. Germano Preaux

Est ne fœmina { monstrum? / mas imperfectus?

Cuius priorem partem M. Germanus Preaux præses munus & vicem M. Nicolaj L'Anglois obiens Candidato proposuit enucleandam, alteram vero M. Gilbertus Puylon M. Nicolao Bonuarlet.

Die Veneris V. Januarij M.D.C.LXIII. celebratus est actus vesperiarū M. Carolj Brisset præside M. Jacobo Renault & hæc agitata est quæstio

An colocynthis { hydropi? / paralysi?

Cuius priorem partem propositam a M. Jacobo Renault præside medicinæ candidatus discutiendam suscepit, alteram vero agitauit M. Carolus Brisset quam M. Germanus Preaux dissoluendam proposuerat.

Die Jouis 1. martij 1663. celebratus est actus vesperiarū M. Jacobi le Menestrel præside M. Petro Sommets & hæc proposita est quæstio

Est ne præferenda corporis { obesitas gracilitati? / proceritas paruitati?

Cuius priorem partem discutiendam proposuit Candidato medicinæ M. Petrus Sommets præses, Alteram M. Jacobo le Menestrel M. Jacobus Renault.

Die Mercurij XVIII. aprilis M.D.C.LXIII. celebratus est actus vesperiarū M. francisci Sorand præside M. Nicolao Mathieu & hæc discussa est quæstio

An nephritidi { Sectio? / aquæ minerales?

Priorem partem propositam a M. Nicolao Mathieu discussit Candidatus, alteram vero M. franciscus Sorand quam M. Petrus Sommets ei concludendam proposuerat.

Die Jouis XI. octobris M.DC.LXIII. tandem celebratus est actus vesperiarū M. Nicolaj Robin præside M. Jacobo Mentel qui hanc quæstionem disceptandam exhibuit, priore relicta,

An mutili { Improbi? / Ingeniosi?

priorem excussit Candidatus, alteram M. Nicolaus Robin proponente M. Nicolao Mathieu.

Doctoratus.

Doctoratus.

Die mercurij 13. decembris 1662. renuntiatus est doctor medicus paris. M. Gilberto Puylon præside & coronam imponente M. Nicolaus Rainssant & in eo actu agitata est quæstio

An in fœtu humano { venticulus vt pars officialis / cor vt pars princeps } otiantur?

Cuius priorem partem nouus doctor recens inauguratus è suggesto juniori doctori M. Joanni Armando Mauuilain discutiendam proposuit, Alteram M. Gilbert. Puylon præses, seniori M. francisco Bouionier.

Die martis 2. januarij 1663. salutatus est Doctor paris. M. Nicolaus Bonuarlet præside M. Germano Preaux et agitata est quæstio

An initio paroxysmi { Venæ sectio? / purgatio? }

Cuius quæstionis priorem partem ilico renuntiatus Doctor, minoris ordinis doctori M. Petro Perreau disquirendam proposuit, Alteram M. Germanus Preaux M. Gilberto Puylon superioris ordinis.

Die martis IX. januarij M.DC.LXIII. inauguratus est Doctor paris. M. Carolus Brisset & hæc proposita est quæstio

An phthisicis { lac? / Limaces? }

Cuius priorem partem nouus doctor definiendam proposuit juniori doctori M. Michaeli de la vigne, Alteram M. Jacobus Renault præses M. Germano Preaux seniori.

Die Mercurij 4. april. an. 1663. inauguratus est Doctor paris. M. Jacobus Le Menestrel a M. Petro Sommets et agitata est quæstio

Sunt ne hæmorrhoides { aperiendæ? / sistendæ? }

Cuius priorem partem concludendam proposuit M. Roberto Patin Doctor recens & denouo salutat. M. Jacob. le Menestrel, Doctor vero præses alteram M. Jacobo Renaut.

Die mercurij 9. maij 1663. doctor Medicus paris. dictus est M. franciscus Gorand præside M. Nicolao Mathieu & hæc proposita est quæstio enodanda

An Arthritidi { hirudines? / diuretica? }

Cuius priorem partem determinandam doctor nouus proposuit juniori Medico M. francisco Landrieu sustinenti & agenti partes M. Joannis de Bourges absentis, Doctor vero præses alteram M. Petro Sommets.

Die Mercurij XXIV. octobris M.DC.LXIII. renuntiatus est doctor M. Nicolaus Robin præside M. Jacobo Mentel & hæc quæstio agitata est

An quib. viscera loco mutata, ijs { Varianda curatio? / Sequior valetudo? }

Cui. priorem partem definiendam doctor nouus juniori Doctori M. Germano Hureau subiecit: Doctor vero præses alteram M. Nicolao Mathieu.

Cardinalitiæ

Cardinalitiæ Quæstiones

Die Jovis xv. februarij m.dc.lxiij. Cardinalitiæ quæstioni præfuit M. Guillelmus Petit doctor medicus paris. respondente Baccalaureo M. Jacobo de Bourges parisino. Hæc autem agitata est quæstio negative conclusa

Estne Infantulis imminente dentitionis tempore lac recens oggerendum?

Die Jovis xxii. februarij an. m.dc.lxiij. præfuit cardinalitiæ disputationi M. Rolandus Merlet doctor Medicus paris. respondente M. Antonio le Moine paris. Baccal. fuit autem quæstio isthæc affirmative conclusa

An panis, aqua, vita beata?

Die Jovis 8. martij 1663. præside M. Stephano le Baigneux agitata est hæc quæstio affirmative conclusa in actu cardinalitio respondente Carolo Marteau Laudunæo,

Estne senibus studium contentius salubre?

Die Jovis xv. Martij præfuit disputationi Cardinalitiæ M. Petrus Bourdelot doctor Medicus paris. Abbas Massæensis & sereniss. Reginæ Sueciæ primarius qui tamen propter imbecillam valetudinem coactus est dare vicarium M. Claudium Tardy hæc autem propugnata est utrinque quæstio respondente Baccalaureo M. Hippolyto du val Pontisarano priore B. Mariæ Campaniensis & Sti Dionysij de Vagomonte affirmative conclusa m.dc.lxiij. Estne homo fruges consumere natus?

Res Gestæ siue Acta & Comitia tam Ordinaria quam extraordinaria facultatis a die 4. Nouembris anni 1662. Indiem Sabbati 3. Nouembris 1663.

Die Sabbati 18. Nouembris solennib⁹ & supplicib⁹ precibus diuinum Numen facultas ex more solicitauit, reportaretur solatiū cineri atq3 ossib⁹ D. de Lusson Decani & summam 25. libellarum quam testamento legauit in singulos Sacerdotes, Doctores & Apparitores qui præsentes aderant Decan⁹ distribuendam curauit.

Die veneris 7. decembris 1662. Barbitonsor-Chirurg⁹ paris. cognomento Mauriceau e Iuniorib⁹, audax & protervus atq3 insito penitus & innato vitio sodalitati, inflato & tumenti prorsus animo, qui inhabitat in vico D. Seuerini in illo scilicet triuio qd fit occursu vici alterius qui Zachariæ dicitur, fretus audacia, sustulit cruciarij cuiusdam cadauer non impetrata, vt solet, a Decano facultatis auferendi licentia, In quo patraret vel chirurgicas operationes vel eiusdem furciferi corporis partes demonstraret; ad qd spectaculum cum vndique accursum esset & frequentes adessent & chirurgi-barbitonsores collegæ & eiusdē artis tyrones, & rem certam Decanus haberet, eo ipso puncto temporis quo præfationem futuræ dissectioni, sic enim rebatur, daturus erat Mauriceau, tunc laboriosæ exercitationi illico dolor interuenit, interuenit enim Summi Senatus apparitor cognomine Masson qui cadauer iubet asportari numeroso satellitio stipatus, sicq3 factum dictum in Scholas Medicorū translatum est, & multitudo quæ eo confluxerat eo timore perculsa est vt obmutuerit stupore tandemq3 dilapsa sit. qui hæc perlecturus est reliqua perpendat. miserat autem Schedulam his verbis, studio & cura ad omnes Mauriceau.

Messieurs vous estes aduertis que Mons.ʳ Mauriceau, literis maiusculis, Maistre Chirurgien Iuré a Paris, commencera vendredy 7.ᵉ jour de Decembre a deux heures apres midy, la dissection & demonstration de touttes les parties du corps, sur vn cadaure humain. et ensuite d'icelle demonstration fera l'obseruation des principales maladies chirurgicales qui ont coustume d'ariuer dessus chacune desdites parties. ce sera en sa maison rüe St. Seuerin a l'encognure de la rüe Zacharie.

De cælo tactum hominem ab eo die diceres, cum ne hiscere quidem ampli⁹ ad hodiernum ausus sit. fratterno autem sodalitio Barbitonsorū-Chirurgorū Paris. tanto studio gratificat⁹ est M. Philibertus Morisset Incuriosus muneris rerumq3 nostrarū quandiu datum est ei Sedere in puppi Medica, vir alioquin eximius in arte nostra, vt sponte sua curas componerent, resq3 suas gererent Chirurgi, toto Decanatus curriculo Nemo ad eum, vt mos est, supplices accedebant impetraturi dissecanda cadauera; liberum esse voluit auferre ad arbitrium suū & libidinem, Insalutato facultatis Decano, quamobrem indigne ferunt omnes & patiūtur ægre me tanti viri successorem Immutasse de Illius Institutis quamplurima. Vt primum enim Ingressus sum Decanus eorum ædes, multi me contuiti sunt vultu toruo & his me verbis eorū nomine, affatus est Magister Ioannes Mesnard Chirurgus primarij Regis Barbitonsoris D. de Barnoüyn Vicarius; Bene sit inquit æternūm precor viro Incomparabili D. Morisset, cui meritas gratias agam dum lucis vsura fruar, quod pacis & æqui, ordinisq3 nostri semper amantissimus extiterit, tanta enim charitate nos omnes complexus est, vt ferret in oculis quandiu vestro præfuit ordini. hæc effudit plena manu & in has laudes erupit, decano præsente, quod rudem & ineruditum prospiceret ad assentationes nouum hunc decanū, nec Chirurgum fefellit augurium & diuinatio, qua enim cæcitate posset Decan⁹ hominib⁹ assentiri qui semper struunt & moliuntur aliquid in facultatem nostram, adeo inquieta sunt eorū ingenia & in res nouas auida, impatienter enim adeo medicum iugū accipiunt vt momentis omnibus idipsum excutere meditentur, proptereaq3 machinas omnes adhibent; caueat igitur & contendat Decan⁹ deinde, eorum motus, impetus & conat⁹, vigilib⁹ oculis, infringat & comprimat, qd insito penitus odio & capitali dissideant a Medicis, quibus tamen non modo libertatem, sed etiam eruditionem & fortunas debent, facultatis nostræ discipulos & clientes

appellari

appellari, mortis instar putant, vt eorū plures, tanquam vilissima mancipia, non minore liuore ac malignitate quam superbia, bellum cruento scilicet rumineuntur. Et ne quid addere & affingere rumoribus existimes, aut vulnera ingerere, plura minuta opus quam sit multo dixi, & labebar longius nisi me retinuissem.

Demonstratio anatomica

Cumque rerum chirurgicarū professor arctissimo muneris obeundi nexu, quo cum Schola nunquam exsoluet, obligetur, singulis annis chirurgicas operationes perficere In cadauere, ni honorarij sui iure priuari aut cadere velit, ablatum furcifero cadauer M. Antonio de Sartes obtulit Decanus, eumqз submonuit officij; At ne operaretur, deprecatus est, excusatione valetudinis grauedinis scilicet & in eius locum extra ordinē suffectus est physiologiæ professor M. Joannes barbe qui die 4. decembris operationes affecit tandemqз confecit administro Chirurgo peritissimo M. Joanne Perducat, qui ambo viri præstantes, spem impleuerunt impigre, quam de ijs auditores conceperant. fidem suam in perpetuum nobis obstrinxit M. Joannes perducat Chirurgus primæ notæ, cui facultas magnopere debet, nisi enim tunc temporis posuisset operam nobis, ereptum vi à Decano Cruciarij cadauer, sic incendebat cupiditatem & arrogantiam Chirurgorū Barbitōsorū collegarū, et atra bile perciti iram in Decanū & facultatem euomerent sic, vt nisi optato aduenisset & operi manus admouisset laturus opem, alterius ordinis puta regij aut professoris ipsius opera & manu facultas vsa esset, ad eam rem; sed vocatus a Decano nulla mora, paruit, quavis obgannirent sodalitatis pars, quæ Medicum nomen auersatur. cum Chirurgis facultas nec dolis nec dicacitate certauit vnquam, sed legibus, pactis, conuentis, Senatusconsultis &c. faxit Deus ipsi deinceps ad rationem vitæ exemplis erudiantur. negauit & M. petr. le Large qui tunc imparatū se dixisset.

Diebus 5. & 7. decembris in ædibus Chirurgorū Barbitonsorū relatus est in album Chirurgorū Suburbij Sandionysiaci paris. Joannes Boucher peritissimus artis chirurgiæ qui longe lateqз peregrinatus est, et noui orbis plagas inuisit plurimas.

Die sabbati 16. Decembris supplicauit facultati M. Nicolaus Bonuarlet pro vesperijs & doctoratu, cuius supplicationi annuit facultas & cum ea Decanus.

Die Sabbati 30. Decembris ad facultatem supplex accessit M. Carolus Brisset pro vesperijs & doctoratu, cui lubens facultas annuit, et subscripsit Decanus & eodem Die raptus ad mortem M. franciscus Lopes Burdegalensis cuius exequias de more, facultas prosecuta est. 1662.

Die martis 2. januarij ineuntis anni 1663. Sacra fecit facultas in sacello suo Ingratiā eius animæ, quæ quiescat æternum in pace.

Die Lunæ 8. januarij hora 2. pomeridiana, conuocata est facultas per maiorem Bidellum ex schedula, postulante M. Philiberto Morisset exdecano, qui audirentur eius rationes accepti & expensi. sed infecto negotio coactus est discedere, quod neglexisset In facultatis commentarios referre, vti solenne est, quicquid gestum est anno toto posteriori decanatus, & deprehensum esset nonnullos errores irrepsisse, contra quos intercesserunt M. Philippus Barduyn de St. Jacques Censor & M. franciscus Blondel quamobrem Decanus multis quamuis reclamantibus doctoribus, negotium diffudit in alia comitia & pars numerosior rationes istas probaret; et licet factis non euentis res sint ponderandæ, docuit tamen euentus Decanum & intercessores odoratos esse diligentius quid futurum erat, secus in facultatem grauissime peccatum iri.

Die 20. Januarij in priuatis Sabbati comitijs supplicauit pro vesperijs & doctoratu M. Jacobus le Menestrel cuius æquissimæ postulationi & supplicationi facultas, annuit & conclusit cum ea Decanus.

Die Jouis 25. Januarij Dominus Valot primarius Medicus Regis Ludouici XIV. Decanū facultatis relaturus ei gratiam inuisit, quod maxime omnium curasset, vti Baccalaurei singuli offerrent ei theses, in quo vtriusqз congressu, Decano significauit facultatem Medicorū Paris. se non modo venerari, imo deperire, quod inexhausta eius vbera suxisset, a teneris, optimo semper lacte distentissima, propterea qз in animum habere eam, quam vt matrem suspiciebat, donis prosequi, & optare se & deprecari, hortus regius possit aliquando cadere sub imperium ditionemqз facultatis, & imminere occasioni; suo vnius calculo Medicos parisienses cæteris omnibus cuiuscumqз vniuersitatis fuisse omni honore antetulisse; dum interea medicastris, empiricis & diobolaribus ciuitas circumfluit & abundat in dedecus & infamiam artis præstantissimæ, quam colluuiem assecurantes assignant pleriqз ciuium, vel ipsi

Medico

Medico primario porrectiore fronte res nostras contemnentes, quasi sua res aut honos tantum agatur, præter asseclas, aut qui sunt in fide & clientela, cæteros omnes pro nihilo putare; At in ea sum sententia, perdunt penitus ordinis authoritatem doctores religio quibus non est iuratam publice fidem violare, ascribunt enim ordini tanto extraneos istos medicos, vili pretio, cum quibus consilium ineunt, et exitiosa coniuratione exercebant miserrimam, dum sic implicatam criminibus avaritiam importunissimos facultatis hostes pelliciunt, et comprobant, eorum interim dispendio qui fideliter & constanter collegarum permanent in obsequio, quos gloriæ dulcedo non pecuniæ fames commovet & allicit.

Die Sabbati 27. Ianuarij per Bidellum doctores convocati sunt de cereis distribuendis deliberaturi, In ea autem concione Decanus aperuit facultati, M. Antonium Valot primarium Regis Medicum, domi apud se fuisse, qui Decano & facultati salutem impertiret, Adiecit præterea Decanus vrbem repleri, & exundare multitudine innumerabili medicorum alienorum effusæ petulantiæ & insolentiæ adeo ostentationis vt ex his vnus non erubuerit dicere se professorem & publicare se, in vico des Gravillers, quæ prohiberi publicitus Interesset invigilandum & insurgendum esse facultatis vtilitatibus, serio agereturque damnis auctos esse doctores, effusa isthac licentia, temere & effrænate incitari ad potiundum hostes, maturato opus esse, proptereaque facultas accingeretur commentarijs nostris & Senatusconsultis tanquam telis in aciem, quæ omnia secum cum haberet M. Philibertus Morisset exdecanus ad eum instanter eundum. Super his omnibus Doctorum qui frequentes conveniebant exquisitæ sunt Sententiæ, Tandemque facultas decrevit distribuendos esse cereos more solito; adeundum esse primarium Regis medicum cum amplissimo comitatu, quo stipatus Decanus, oratione ornamentis omnibus abundante, testificaretur et exprimeret, facultatem summa cum observantia colere: vrbe pellendos esse Medicastros et omni iure in eos agendum sicque cogendum M. Philibertum Morisset, Atque eo distracti sunt animi in contrarias sententias. Iuniores duce & Authore M. Paulo Courtois pro sua vrbanitate qui exdecani partes semper tutatus est, asseverabant numerandam esse pecuniam M. Philiberto Morisset antiquam restitueret facultati quæ sua essent. Seniores vero negabant opinionem hanc fore cum vlla re consentaneam, quod non constaret, dispunctis nondum exdecani rationibus, An exdecanus esset in ære facultatis an facultas ipsi quicquam deberet & quantum. Cumque eo animo concio non fuisset instituta, vt dirimeretur enata isthæc Controversia, quæ vel oculatissimum patronum solicitudine posset exedere, Decanus qui res facultatis tegere debet in omnibus, et incumbere toto animo, ratione bene subducta, suum cuique tribuatur, subscripsit seniorum æquissimæ sententiæ, quamvis contra, iuventus vociferaretur. Morante Decano Antiquior Magister noster M. Ioannes Merlet relaturus gratiam primario Medico D. Valot quod eum inuisisset, sententiam rogatus, adiutor, author & hortator fuit, pangeret pacem exploratam cum primario Medico facultas, et ensipe contenderet ad benevolentiam animos Doctorum erga eum conciliaret, votisque omnibus poscebat, cum eo, vniversus ordo rediret in gratiam: quod si natura ei dedisset vitam prolatare diu, ardentissime concupiscebat asciscere sibi virum et assereret.

Die vndecimo februarij patronum facultatis M. Guillelmum Chenuot cum adiisset mane Decanus captaturus consilium de rebus academicis, accepit ab eo, nobiliss. virum Antiquiorem Scholæ Medicæ paris. Magistrum ægrotare periculosissime, quo nuntio perculsus graviter Decanus (stipendia enim prima in scholis medicis fecit tanti viri Decani contubernio Baccalaureus) ad sapientissimum ægrotantem proficiscitur protinus, admirabili eius virtuti gratulaturus magis, quam vt vehementissimum eius affectum consolaretur; pungebat enim eum intolerabilis dolor lateris, & prope mors aderat, desperatis rebus; verbis exaggerare nemo potest quam amice & benigne Decanum exceperit, qua fronte, quo studia sua vultu & verbis, significaverit, sententijsque declaraverit. Nec debet prætermitti M. Rolandum Merlet eius filium natu maiorem Doctorem paris. dum literis renuntiaret Decano de parentis optimi obitu, ad posteritatis memoriam hoc notasse, dum finiret vitam exclamasse maxima cum voce, migrare se de corporis vinculis lætum & alacrem, multifariam, maxime vero quod suæ facultatis principem decedens vidisset oculis; tanti semper ordinem nostrum putabat, omnibus etiam studijs, laboribus & vitæ periculis eum complexus est dum vixit. ex vngue leonem, vt accessit ad eum primarius Regis medicus D. Valot qui virum annis & prudentia gravem salutaret, venerandum senem dum concordi amicitia complectitur, Deum opt. max. Inquit precor ex animo, salvum & Incolumem te diu præstet, o summum & felicissimæ facultatis medicæ paris. caput, Imperiumque tuum diu proroget. ad ea primarius Medicus Regis abstulit hoc responsum a viro prudentissimo, & in omnibus vitæ partibus moderatissimo, procul a me absint ista; non patiar impræsentiarum, vir Illustrissime, hos detrahas honores mihi, In altissimo quidem Antiquioris Scholæ Magistri gradu locatum tandem me sentio, non in summo & amplissimo, Sustinet titulum hunc Decanus vnus facultatis, nec te fugit quis omnium ille sit hodie, in eo penitus acquiesco nec frustrabitur expectationem meam, novi hominem optime. o cygneam vocem claram & suavem viri vere sapientis & plene cumulateque perfecti, cuius cogitationes nunquam Inopes nec Inanes fuere, non præbuit enim se superbum in fortuna, nec spes vanas aluit; vas inanitate vacuum magnum murmurat, solidum vix exauditur, cum Christo vivat. Amen.

Die lunæ 12.

Die lunæ 12. februarij Decanus adit M. franciscum Guenault primarium Reginæ francorum Medicum percelebris famæ virum ob artis peritiam, quem is Defuncti locum Scholæ atq; antiquitatis ordo sufferebat, qui salutem & incolumitatem ei precaretur, à quo petijt num vellet ea rata & grata habere, quæ cum facultate gesserat eius Antecessor D. Merlet, in gratiam primarij Regis Medici D. Valot, hic abiecta [illegible] cunctatione professus est, se ab his quæ facultas cœpisset, nunquam recessurum. ad ea, Decanus, a te ergo peto vna velis cum D. Valot diem indicere quo liberum sit mihi apud eum facultatis nomine verbum facere quod se præstiturum pollicitus est breui.

Die Mercurij 14. februarij ad funus Antiquioris Magistri nostri Nobiliss. D. Merlet Doctores conuenere frequentes & amici, ad eius exequias cohonestandas; tanti viri justis funalia duodecim Decanus ex consilio Seniorum cum totidem insignibus imperauit, sex enim vltro Schola, Decanorum exequijs largiri solet funalia, cum totidem Scholarum insignibus adiecta sunt sex alia vti constet, quanto cultu Magistros Antiquiores ordo veneretur.

Die veneris 16. februarij Decanus facultatis, Doctorum amplissimo comitatu septus domum se contulit primarij Medici D. Valot cui nomine facultatis gratias egit quod amore, beneficijs atq; officijs omnibus Magistrum Philibertum Morisset Exdecanum prosequutus sit, quo die mœstitia domus eius afflicta est; cum enim nequam atq; improbus homo nactus incredibilem impudentiam sceleratissime eius vitæ struxisset insidias primarius Regis Medicus ad eum diligenter accurrens manum ei porrigit, singularis adeo residet in eo amor erga facultatem, multumq; iuuit eum apud Regem & sic insedit sontis effugia vt longe maior pœna quam culpa fuerit, tandemq; aucturus cumulo beneficium, et pluribus eum elegit qui Ducissæ Sabaudiæ medicinam faceret, coram etiam ex ipsius ore audiuimus velle se omnia facultatis nostræ causa, daturumq; operam sedulò vrbe pellerentur extranei Medici & de his se liberaturum fidem suam spopondit. die 20. preces fudit schola in refrigerium animæ D. Merlet in Sacello.

Die sabbati 7. aprilis 1663. M. franciscus Sorand supplicauit facultati pro vesperijs & doctoratu cuius supplicationi facultas annuit. Morand Decanus.

Die sabbati 14. aprilis, diem obitus M. De Colonia olim Decani commemorauit facultas et præsentibus doctoribus Decanus summam 8 lib. erogauit vti constitutum fuit, suprema vnius voluntate defuncti. eo ipso die pharmacopæi parisienses petunt a Decano & facultate velit secum contendere lite cum pharmacopœis prætoris magni qui in fraudem impulsi transfugerant ad primarium Medicum D. Valot quos vt hominum fama est, non dubitauit abstrahere et complexu, sinu gremioq; facultatis, in cuius fide & clientela sunt, ex omni memoria ætatum. si res ita sit & velimus exequi verba, varietas & inconstantia tanquam tempestatum crebra est, mouentq; se homines ad motum fortunæ. Decanus prouocauit facultatis assensu, iudicium ad cœtum Doctorum numerosiorem.

Die martis 17. april. facultas per schedulam conuocata est, in quibus comitijs duo Decanus proposuit. primum pharmacopolas paris. optare facultatem secum descendere in litem aduersus pharmacopœos prætorianos transfugas; At cum rumor surrexisset illos ipsos prætorianos adesse præsentes, & petijssent a facultate libere suam possent in cœtu Doctorum concilioque proferre sententiam, veniam deprecati sunt & antiacta, consensu suorum paratissimo, velle redire in gratiam & antiquum statum & ea omnia se confirmaturos & comprobaturos libello supplice quod offerrent facultati. Sicq; censuit & Decanus subscripsit edicenda comitia de ea re fore noua, quoniam parisienses pharmacopolæ recusassent libellum supplicem porrigere facultati in eam rem, & Decani cum ab ijs flagitantis iussa superbius abnuissent. Tandem Decanus ad alterum propositum progressus, recitauit quæ continebantur libello supplice a francisco de Beuzeuille facultatis Bidello maiore, ipsi facultati oblato. querebatur grauiter Bidellus maior facultati, quod ea non accomodasset sibi de habitatione tota qua vsus esset Bidellus maior de la Roche in cuius locum & munus suffectus fuerat; iniquum esse sororem, viduam dicti de la Roche possidere, etiam hodie publice officinam, qua conuenientius gauderet, opus esse, nihil sororis sui esse, vti vitam sustentaret. verum vbi facultati compertum fuit franciscum de Beuzeuille ignarum esse prorsus rei chirurgicæ, tonstrinam addixit eiq; vtendam & possidendam tradidit sorori quo facilius familiæ succurreret & subueniret inopia laboranti: cui deliberationi æquissimæ Decanus etiam symbolum dedit. Et quoniam sæpius bene potus Sororem et eius maritum (nupserat enim paucos abhinc dies) male acciperet & ambo coniuges iniuriose tractaret, verbis asperioribus scil. maledictis, conuitijs & fustibus, curauit facultas præterea moneretur a Decano vitam deinceps ageret pacatiorem Bidellus maior. optabat etiam facultas res pharmacopœorum amicè componi, vt abscinderetur & penitus auelleretur radix litigij; videret Decanus præterea an id præstaret solus nomine facultatis, vel anquireret vtrum graue esset Domino Valot, velle hanc etiam ascribere sibi laudem, data vtrobique fide.

Die mercurij 18.

Die mercurij 18. april. M. Joannes barbe Physiologiæ professor dissectionibus publicis præfuit In Scholarū amphitheatro, concesso sibi tandem cadavere hominis infelicis qui laqueo vitam finire coactus est tortoris manu, usus est peritissima & oculatissima dextra M. Claudij Morel Paris. Chirurgi qui chirurgiam facit vidua Aurelianensiū ductissæ. a die 4. novembr. 1662. in eum diem nemo sontium damnatus est fune fauces collidente, suspendioq. luce hac ipsa privatus est, sed crucibus oēs affixi suffractaq. sunt crura, brachia &c. tibiae, quorū dissecta sunt cadavera duo in Scholis, tertium iis a dibus barbitonsorū chirurgorū. 1663. eo ipso die M. Paulus Courtois mihi sigillum magnum facultatis tradidit qd acceperat a M. Philiberto Morisset eo decano cum quo vivebat tunc temporis amicissime.

Die Sabbati 21. april. sepulcro conditus est collega noster M. Joannes Maurin provincialis.

Die veneris 27. solemne sacrum fecit facultas In sacello qui eiusdem M. Joannis Maurin pijssimi manes quiescant in pace. a sacro Decanus hortatus est filios eius ut parentis optimi mores prosequerentur & imitarentur.

Die Jovis 10 Maij ~~Joannes~~ Claudius David Chirurgiæ tyro examine publico donatus est in a dibus Barbitonsorū-Chirurgorū, & licet magisterium artium consequutus esset noluit tamen uti toga & pileo etiamsi petivissent se advocarios in eum plures togati & pileati qui eam gratiam non sudore sed pretio mercati sunt, tandemq. senatusconsulto ne omnino exuisse senectam dicerentur.

Die Sabbati 12. Maij supplicavit facultati M. Nicolaus tobin pro vesperijs & doctoratu cuius supplicationi facultas annuit, sicq. decanus conclusit. A. Morand Decanus.

Die veneris 1a junij an. 1663. hora post meridiem altera, convocatis per schedulam doctoribus omnibus in scholas superiores, de donatione inter vivos in gratiam facultatis medicæ paris. facta ab illustrissimo & munificentissimo viro D. des Roches; distribuenda In singulos professores pecunia; eligendo Apparitore maiore, & negotio D. de Rambure deliberaturis: agitatæ sunt hinc & illinc, & exquisitæ super his quatuor capitibus doctorū qui frequentes aderant rationes, suamq. cum senior primus mentem aperuisset, cui multi adhæserunt, præter ducentas libellas concessas singulis professoribus ab universitate; eosdem etiam existimat & vult donandos esse singulos nonaginta libellis, quemadmodū facultati solemne semper fuit: cui deliberationi M. Philippus Sarduin de St. Jacques Censor, sic intercessit ut deliberari vetuerit de istis professorū rebus, cum res iamdudum judicata sit, & iniquum sit tot professores quot tunc præsentes aderant in sua causa sedere judices, sicque, aut eis abeundum esse, aut irrita fore comitia; suam tandem sententiā rogati ordine doctores, Censuit facultas, lege & omni jure agendum esse in hæredes D. des-Roches qui dena aureorum millia numerent, quemadmodum donatione constitutum fuit: cogendum etiam D. de Rambure, tam propter fructus adventitios prædiorū, & obventiones fundi censualis, quam propter sumptus judiciales & alimenta controversiarū donec persolverit universitati octo libellarum millia, proindeq. nihil de illa summa detrahendum, & de his consulendos esse patronos: Eligendum esse, accepto vade, M. Robertum Pepin dignatum artium magisterio, quod & peritus sit, & optimis moribus, qui deinceps Apparitoris maioris facultatis medicæ parisiensis munere defungatur in locum francisci de Beuzeville qui eo se volens abdicavit: Decanus viritim professoribus quatuor Physiologiæ, pathologiæ, Chirurgiæ & rei herbariæ impertiat ducentas libellas singulis annis, quas educat ex illa summa millium & sexcentarum libellarum; Itaut media pars antiquioribus professoribus tantum erogetur quæ est octingentarū libellarum; reliqua vero pars media quæ octingentarum est etiam libellarū iis professoribus qui reipsa tunc temporis profitentur, quam pecuniam in eam rem accepit Decanus a Quæstore universitatis dividendam, quemadmodum cunctis seniorū sententijs comprobatum fuerat; prætereaq. facultas persolvat cuilibet professori, præter ducentas libellas, centum alias, quam summā Decanus expromat ex ærario eiusdem facultatis, quamvis in eum diem non fuerit numerata cuivis professori summa amplior, quam nonaginta libellarum: adiecit item M. franciscum Blondel professorem rei herbariæ debere rationem reddere acceptæ pecuniæ numerosioris, quam quæ debebatur, cum eius manibus tradita est,

quod totius

quod totius summæ accipiendæ dies nondum accessisset, ideoq. acceptæ summæ 15. millium libellarum residuum, referret ad ærarium, donec accipiendæ tempus aduenerit, cui etiam conclusioni, M. idem franciscus Blondel obstitit, fretus Senatusconsulto inhibete ne quis possit summam illam integram partiri cum nouis professoribus, cum totam Curia summa velit & jubeat in Antiquiores erogari. Cum denique esset oblata quæstio Decano concionem ingredienti a M. Jacobo Mentel quæ agitaretur in actu vesperiarum M. Nicolai Robin Licentiati, eandem ilico Decanus resoluendam dupit ad facultatem quæ dijudicaret. his autem verbis obuoluitur, An positura viscerum in homine mutatio a perpero initu veneris, perturbato motu seminis? quæ quamvis multis Doctoribus non perplaceret, eadem facultas sic effata, liberum esse libere Doctori Medico dixit, suum ferre judicium de rebus naturalibus, cum Naturæ ipsi nihil sit inhonestum & indecorum, At vero eundem M. Jacobum Mentel debuisse vti verbis pudentioribus, cum turpitudo verborum & rerum obscœnitas maxime vitanda sit, & immutandas esse voces perpero initu veneris; cumque nihil dictu fœdum proponendum sit adolescentibus, quæstionem hanc non esse a candidato discutiendam, sed a Doctore, in quam sententiam cum tota iuisset cum ea in omnibus conclusit Antonius Morand Decanus.

Die Sabbati 9. junij M. Joannes Baptista ferrand supplicauit pro vesperijs & doctoratu cui facultas annuit & cum ea Decanus conclusit.

Die mercurij 20. junij facultas M. Joannem du Cledat aquitanum composuit.

Die luna 2. julij eadem facultas in sacello suo votis & supplicijs Deo opt. max. precata est qui propitius sit Animæ M. Joannis du Cledat.

Die Sabbati 21. Julij ad facultatem supplex accessit M. Antonius Rufin cuius nutu atq. potestate liberum sit ei tyrones Chirurgos edocere in ædibus priuatis vti solemne semper fuit & quantum conuentis et contractibus cautum est, tum perscriptionibus inter Medicos & Chirurgos constat.

Die Sabbati 1. Septembris 1663. supplicauit facultati de more M. franciscus Sorand concederet ei literas Doctoratus cui facultas annuit & cum ea Decanus qui eas literas sigillo maiore facultatis muniri curauit die postera & subscripsit maior Apparitor tantum, more institutoque Maiorum, non Decanus.

Die dominico 2. septembr. misere literas ad Decanum & facultatem Medici Rhotomagenses quas his verbis expressere. Messieurs

Nous auons obtenu vn arrest depuis peu, au parlement de cette prouince, sur le requisitoire de Monsieur le procureur general du Roy, lequel est d'vne consequence trop grande, pour demeurer dans l'enceinte de cette ville; & nous vous croyons trop affectionnez a la religion catholique, pour ne vous en pas rendre participans: vous le verrez authorisé des ordres du Roy, auquel nous auons eu recours les premiers, pour faire limiter le nombre des Medecins de la religion pretendue reformée, non que nostre cause souffrist aucune difficulté dans la prouince, veu son merite, & l'integrité de nos juges; mais bien pour la rendre plus vniuerselle, & pour en asseurer dauantage le jugement. Receuez donc Messieurs, cet arrest, comme vne marque de nostre zele pour la gloire de la veritable religion; de l'vnion qui doit estre entre les Membres d'vn mesme Corps; & du respect que nous conseruons eternellement pour vos personnes

Messieurs Vos tres humbles & Affectionnez seruiteurs Le Baron & Guerante doyens en charge au College de Medecine de Roüen.

A roüen, ce Aoust 1663.

Die veneris 28. septembris conuocata speciali articulo per maiorem Apparitorem M. Robertum Pepin facultas fuit quæ de libello supplice, a pharmacopœis D. prætoris magni eidem oblato deliberaret, recitatus est a Decano his verbis A Messieurs Les Doyen & docteurs Regens de la faculté de Medecine de paris

Supplient humblement les six Apotiquaires espiciers priuilegiez suiuans la Cour, Disant que par vn ancien Concordat du 20. Decembre 1631. les Supplians se sont

se sont soubsmis volontairement a l'examen de Messieurs de vostre faculté laquelle de
sa part leur a fait l'honneur de les Recognoistre pour ses disciples, suiuant lesquelles conuen-
tions les Supplians ont subj les examens, & fait le chef d'oeuure en presence de Messieurs de la
faculté lesquelz en ont donné leurs testimoniales et lors que ladite faculté a fait
annuellement ses rooles de Messieurs les Docteurs Regens elle a fait l'honneur aux
Supplians de leur enuoyer comme les recognoissant de sa suite, & neantmoins les Supplians,
suiets a autre examen que de ceux de la faculté & ont vescu dans cette possession paisible
& sans trouble iusques a l'année derniere 1662. que les apotiquaires de paris ont surpris
vn arrest du Conseil du 17. octobre audit an 1662. dans lequel ilz ont fait glisser que les
Apotiquaires priuilegiez suiuans la cour qui sont a la nomination du grand Preuost de
l'hostel seront examinez par les Maistres & gardes des Apotiquaires de paris, contre lequel
arrest les Supplians se sont pourueus au Conseil en cassation d'iceluy parceque c'est vne
nouuelle seruitude que l'on leur veult imposer, iniurieuse a la faculté & a Messieurs
Les Docteurs qui procedent ausdits examens, parceque ce seroit douter de leur suffisance
& integrité, et outre ce seroit vn preiudice notable ausdits Supplians qui seroient surchargez
par ce moyen & responsables a plusieurs personnes, au lieu qu'il leur suffit & au public
d'auoir Messieurs de la faculté pour Juges: pourquoy les Supplians ont trouué par Conseil
qu'il pourroient appeller la faculté en assistance de cause, mais ilz ont estimé qu'il estoit
plus conuenable a sa dignité de la supplier de leur donner protection & interuenir d'elle
mesme. Ce consideré Messieurs il vous plaise interuenir en ladite instance du Conseil,
& adherer aux conclusions des Supplians & a la descharge par eux demandée de l'examen
desdits Apotiquaires de paris & vous obligerez les Supplians a vous continuer leurs obeissãces
& seruices. Ont signé la presente requeste les six maistres Apotiquaires Reguier
syndic, Barbot, Jardel, Varin, de St Beufue & Richot, comme il paroist a l'original.
Cum autem planum esset eosdem sex pharmacopolas prætorianos suo libello hoc
supplice optare facultatem secum in litem descendere in pharmacopœos parisienses
quod captiosa fraude ac stipula fori curaret eos impetrasse ~~[illegible]~~ parisienses edicto sanctioris
consilij Regis prætoriani deinceps suo subijciantur examini, tam ægre & moleste
adeo id tulere prætoris magni pharmacopolæ, quia nouum esset & in eum diem
inauditum, vt idem sanctius Regis consilium appellarint ilico, supplices q3 tandem
accesserint ad facultatem in cuius fide & clientela semper fuere, tanquam filij eius et
deditij, quæ causam eandem amplecteretur, & inique iniurium esset facultati
decretum illud, quod tacitus facultatem insimularet aut imperitiæ aut doli mali
quæ huc vsque minus cogitate & solicite curasset pharmacopœos idoneos Regi &
vrbi assumi. Quamobrem hoc vbi suis ponderibus facultas examinauit vno ore
censuit omni ope iuuandos esse pharmacopolas prætorianos & eorũ supplicationi
annuendum, & sic cum ea A. Morand Decanus conclusit.
proposuit insuper in illa ipsa concione Decan⁹ se accepisse a Medicis Rhotomagẽsibus
Literas, quibus vehementer facultati lætarentur se tandem impetrasse a Rege
ne possint in collegium suum deinceps cooptare medicos plures hæreticos quam duo.
Decreuit super his facultas Decanus eis gratias ageret quod tanti nuntij participem
facultatem voluissent cui subscripsit Decanus. & antequam omnino dirimerẽtur
hæc comitia, supplicauit M. Edmundus Charrier liberum ei foret docere priuatim
Chirurgiæ tyrones chirurgica tantum, cui facultas annuit cum qua Decanus
conclusit A. Morand Decanus. / ex Decreto facultatis ad Medicos Rhotomagenses missæ sunt literæ./
pharmacopolæ prætoriani syngrapha addicti sunt versuram omnem rei s
persolnere hæc eius sunt verba
Nous soubsignez Apotiquaires de sa maiesté priuilegiez suiuant la Cour promettons
a Monsieur Morand Doyen de la faculté de Medecine de l'indemniser de tous les
frais qu'il conuiendra faire pour l'interuention que Mondit Sr Doyen & Messieurs
les Docteurs de la faculté de Medecine font faits au Conseil en l'instance qui y est
pendante entre nous & les Apotiquaires de paris fait ce 29. Septembre 1663.
Ont signé Reguier syndic, Barbot de St Beufue, Richot Dardel a l'original.
Decanus repromissorem M. Roberti pepin maioris apparitoris accepit Guilellmum
de la brine Bibliopolam paris. qui syngrapha nexum fortunarũ oĩum iniuit vna.

Die Jouis

Die jouis 18. mensis octobris an. 1663. qui Diuo Lucæ Medicorum patrono sacer est, facultate in scholis superioribus, post sacrum, maioris Apparitoris voce congregata, vterq; Bidellus maior & minor, suos fasces coram Decano posuere; quos adegit in verba facultatis vt et Baccalaureos conceptis verbis, sicq; fide data, decreto eiusdem facultatis, eosdem fasces Decano & facultati omnio præferre jussi sunt ambo Bidelli; & ilicò maior Apparitor selecta facultatis decreta, pro concione, de more recitauit: quibus peractis concilium dimittitur, facultate expediente se planè ab omni alia occupatione, festi atq; solemnis diei reuerentia.

Die veneris 19. octobr. an. 1663. quo in scholis medicis celebratur dies festus feraliorum, rogata per maiorem Bidellum post sacrum facultate ad eam supplicitèr & demisse accessere priatoris magni pharmacopolæ, qui vt est ig more positum in facultatis verba jurarunt. jnter moras increbuit rumor pharmacopœorū paris. [illegible] custodes tres fraguier, preuost, & Boleduc (præter sodalitatis suæ consuetudinem, tali potissimum die & expectationem Decani) assistere ad scholarū fores: commoti autem erant grauiter quod facultas, limato & jntelligēti judicio, nuper admodum se pharmacopoeis priatorianis æquam præbuisset, idque cū de industria Decani factum autumarent, nonnullis Doctoribus impellentibus vt ita crederent, eorumdem fauore imbuti, alacres atque læti conuolant, & petunt cum ipsa facultate possent colloqui, quibus ne molestiam Decanus exhiberet, extemplò potestatē sui fecit. ingressi in conspectum Doctorum homines isti cerebrosi & animo turbulento prorsus, ex his senior cognomento Boleduc petulans & audax homuncio, impotens iræ, vt nihil supra, auribus multis non præparatis timerè de ijs quæ prius gesta sunt quamplurima aucta in falsum ausus est effutire & efflare inconcinnitèr & inconditè: & ne transuolantes suas cogitationes pateretur exhalari, dum gesticulatur & rapidè fertur orationis æstu, feruet, ebullit, & sudore fumat, iactat & agitatus intolerabili arrogātia, deprecatur (interrupto sermonis nec caput nec pedes habentis, filo) subitus orator iste, sibi liceat operto tandem capite esse: atque dum eadem via stultam loquacitatem mendacijs impudentissimis pergit aspergere, falsa verba confundit, & implacabilitèr Decano irasci Scholæ dignitatem retinenti, notum testatumq; facit: facultas quæ non pendit res leui coniectura statim atq; Decanum suum audiuit in ore atq; oculis trium pharmacopolarum extempore parare responsum, idque verum & apertum agnosceret & comprobaret, eundemq; Decanum gauderet facultatis iura defendere, obiecta clarè & præclarè diluere, mendacia toto pectore refellere & redarguere, miserabilem & verrucosum istum oratorem execrata, ex iniustitia cum oculis conspexit, & quod grauius est infensa suada; tandemq; Decanus fucatum medicamento concionatorem istum, non rudem facinorum, secedere iubet, vti de allatis vtrinq; facultas haberet deliberationem, quæ vnam hanc voluit negotij conclusionem, libellum supplicem pharmacopœi isti parisienses offerrent facultati, quam aperta assensione Decanus approbauit M. Antonius Morand.

Ad extremum Chirurgi-Barbitonsores paris. longo Medicorum sacramento imbuti, duce M. Joanne Menard primi Regis Barbitonsoris D. de Barnoüyn vicario, suis verbis facultatē salutant, at cum Decanus instaret conceptis verbis iusiurandum renouarent, vti solenne semper fuit, cum inflexibili obstinatione recusassent; facultas eos imposterum omni jure & acerbè cogendos pronuntiauit, cui Decanus in omnibus assensit. Morand.

Die Sabbati 27. octobr. quo singulis hebdomadis habentur priuata comitia, facultas certior facta pharmaciæ rudem hominem cognomento Mesnard, aspirare (authoribus hortatoribus & suasoribus custodibus & alijs) ad magistri dignationem, in probrū & dedecus salutaris medicæ professionis, ocyus eadem facultas occursura publico malo tanto, quod secus in dies ingrauesceret, censuit professores ambo M. Nicolaū Capon & M. Claudium le Vasseur monendos per maiorem Apparitorem M. Robertū pepin, ne diem dicant operi, sed diffindant, donec concionem accuratiorem Decanus aduocet, qui subscripsit, & curauit professoribus edici decretum, quod eodem die Bidellus domum vtrique denuntiauit.

Die lunæ 29. octobr. 1663. facultas per maiorē Bidellum hora 10. matutina speciali articulo In scholas superiores conuocata de libello supplicē* a nonnullis pharmacopœis parisiensibus oblato deliberatura, grauitèr & iniquo tulit animo, ex eo, & ex multorū ore didicisse, non modo res eorum diuexari misere, at quod molestissimum est & In artis præstantissimæ probrum & dedecus, glisciente in dies cum malitia

mala

* libellum hunc supplicem require si placet infra pag. scilicet 24.

mala periculo, imperitos, rudes & analphabetos homines in ordinem suum cooptari
adiutoribus, suasoribus & impulsoribus ipsis pharmaciæ censoribus & custodibus
tribus & alijs, qui vtilitatis publicæ negligentes & incuriosi, iacente virtute, lucro
tantum & quæstu ducuntur; quod vt compertum exploratumque sit, certis indicijs
rem non esse vanam, malo exemplo id etiam parari in gratiam hominis cogno-
mento Mesnard quem ne tyrocinium quidem posuisse fama est, proptereaque
pharmacopolarum custodes fraguier, prevost & Boleduc fraterna vnanimitate jugiter
imminere occasioni: verumenimvero facultas in omnibus religiose memor officij,
& ea indole vt vigilibus oculis tota mente omnique animi impetu incumbat in
Ciuium suorum salutem quo eos omni ope tueatur ac defendat; diligenter cauet
& sancit in posterum Decanus pharmaciæ studiosorum actibus & tyrocinijs cum
professoribus & duobus doctoribus alijs quos ad arbitrium selecturus est præsit,
curetque professores & administros duo Doctores eos probent examine sicque conclusit
Decanus A. Morand. / cum autem petijssent descenderet facultas ad litem secu, in alia comitia relatu.

Vti perspicuum sit & constet omnium gentium & omnium sæculorū memoria,
facultatem Chirurgos-Barbitonsores finxisse & creasse, prima sodalitatis suæ funda-
menta iecisse, eos manumisisse (edueti [illegible] tonstrina) & in libertatem
vindicasse (quantumvis omni ope reluctarentur, & obstarent toto conatu togati
Chirurgi, quos Sctorū Cosmæ & Damiani sodales dicunt) quotannis XV. kal. nouembreis
firmaturi fidem datam, tantumque beneficium clauo trabali figant, clientelare vectigal
Decano facultatis pendunt, nummum aureum scilicet: At cum ita sortitum sit in
malignum vulgus, vt e cœno & stercore mox emersi homines, nullo labore, benefacta
obliuione deleant, eo puncto eo temporis quo fit fortunarū accessio, ditescunt horrea,
afflat aura, & effuse affluunt opes, adagio trita, bene audiat apud omnes necesse est
profert autem in lucem veritatis, Nihil peius homine subito & fungino, gratius & optatius
esse, subito casu vrbem ruere, quam si mercenariæ stipis homuncio altius emergat; statim
enim atque ficulnei homines isti barbitonsores euasere, nimia sua pinguitudine
doctores, regustati salini prorsus immemores & fineti, seditionem induunt & ad facul-
tatis hostes importunissimos & discinctos cosmianos transfugiunt, cum quibus fœdus paciscuntur,
& glomerati internecinum bellum renouant, & seruile, freti impudentia & audacia, & hic
sui fuit exitij & fati dies, vt vno eodemque corruerent sociatæ cohortes ictu, sic placuit auer-
runcandæ summi Numinis iræ, atque facinorum & sceleris vindici Deo visum est propterea
M. franciscum Blondel Decanum, virum incomparabilem & intrepidum contra rebelles istos
suscitare, qui manibus & pedibus noctes diesque conatus est, & inuictum se ab omni labore
præstitit & excubantem, quique accinctus varia & insigni armatura, ad libidinem & quiduis
audendum gentem proiectissimam, verbisque pellem & a dominis profugam veteri tandem
patientiæ restitueret, quam tamen sæpius solicitauit ad se rediret & in antiquum statum;
Et fugitiuos tota errantes via Chirurgos-Barbitonsores ægre patiebatur gremio facultatis
abstrahi, quod malis his artibus subderent ruinæ caput, eos enim omnes non tam vlcisci
studebat quam sanare: Et hoc sui in ordinem nostrum amoris, expertæque virtutis statuit
æternum monimentum posteris vir ingenio præstanti & eruditione perfecta. Nec mirum
si in eum diem prid. scil. kal. Nouembr. scintillula prioris incendij compareat, quo tandē
præsente præposito ordinis nostri amantissimo M. cognomento Cheuerry Baionensi
Chirurgorū-Barbitonsorum quæstor nummum aureum Decano persoluit.
Ne Decanus quicquam temere suscepisse diceretur et male audiret propterea, patronos
adhibuit in consilium qui sententiam dicerent super Decreto facultatis lato postremis
comitijs hoc est die lunæ 29. octobris quo constitutum erat Decanū cum duobus alijs
Doctoribus quos seligeret Interessent actibus Tyronis pharmaciæ Mesnard, quod cum accepissent
nulla Iudicū authoritate fieri Imo ne id fieret senatusconsulto cautum esse, ne repulsam
Decanus pateretur authores vna voce fuerunt Decano, moneret professores pharmaciæ, in quos
facultas Ius habet, actus die, publico abstinerent, & hoc fidum atque prouidum esse consilium.
Quam texuit ideo Decanus Epistolam et ilico misit ad pharmaciæ professores requires infra
pagina scilicet tricesima quarta. M. Antonius Morand Decanus. /

Res gestæ

Res Gestæ in Academia parisiensi a Die Sabbati 4. Nouemb. 1662. in diem Sabbati 3. Nouembris an. 1663.

M. Antonio Morand Donomarensi Decano.

Accidit & sæpius vsu venit, vt hominibus, cum in turbidis rebus sunt, interdum tamen animis relaxentur: verum vniuersitatis parisiensis proceres sic inter se dissentiunt ab annis quindecim, vt visi sint in multis, impetu quodam animi & perturbatione potius quam consilio aut ratione regi; & ea semper fuit vbique, rerum omnium confusio, & acies adeo diuersæ, vt arte nulla huc vsque mitu erint discordiæ jllæ intestinæ: et quod mouet admirationem omnibus, facultas Artium quæ vulgo dicitur minimum firmitatis habere minimumq; virium quod infima, quia tamen diues est & opulenta, leges incidit quas tribus alijs facultatibus superioribus jmponit per vim & contra auspicia, eo nomine vno quod pecuniæ obediant omnia nec jnfimæ fortunæ sit, sicque aliena multa quasi suo summoq; iure vendicat, quantumvis ei refragentur tres superiores; hinc totum odium, hinc omnis offensio, rixæ, lites & hinc fiunt omnia paria, jnfima summis, proptereaq; societas dirimitur vt non sint amplius sociati cœtus, non jnstituuntur, non jndicantur nec agantur conuentus illi, publicæ tantum habentur D. Rectoris supplicationes; quamobrem nullos aut breues omnino rerum academicarum commentarios relinquemus./

Die veneris 15. Decembris solennem & statiuam vniuersitatis supplicationem edixit Amplissimus D. Rector ad ædem Diui Bartholomæi Apostoli. 1662./

Die Sabbati 3. februarij an. 1663. in priuatis comitijs quæ haberj solent singulis hebdomadis, significauj facultati denuntiatum esse mihi domum decretum Curiæ latum in Baccalaureum Theologum cognomento de Villeneufue quod publicitus ausus sit vulgare Nonnulla in Thesi quæ regno, immunitatibus & priuilegijs Ecclesiæ Gallicanæ omnino pugnant, cuius summæ curiæ Senatusconsulto tandem cautum esse, negotium id integrum in commentarios facultatis referretur, cuius monitis obtemperatura facultas decreuit consentaneum & æquum parere & sic cum ea conclusit Decanus. A. Morand./

Die Jouis 8. februarij summa curia constituit facultates superiores cum D. Rectore profiterentur palam se in omnibus quæ voluisset super eo negotio morem gessisse, quod ita præstitum esse declararunt.

Arrest de la Cour de parlement contre vne these de Theologie qui deuoit estre soustenüe le 19. Januier 1663. par M. Gabriel Droüet de Ville-neufue Bachelier.

Du 22. Jour de Januier 1663.

Extrait des Registres de Parlement.

Ce Jour la Cour ayant deliberé sur ce qui a esté representé par les Gens du Roy le 19. & 20. du present mois touchant vne these qui deuoit estre soustenüe ledit

Jour

jour 19. par Maistre Gabriel Drouet de Ville-neufue Breton de nation Bachelier en Theologie es la dispute de la grande ordinaire de Sorbonne laquelle portoit en la 2. position Christus sanctum Petrum eiusque successores summa supra Ecclesiam authoritate donauit: En la 3. Romani Antistites priuilegia quibusdam Ecclesijs, sicut Ecclesiæ Gallicanæ impertiendo: Dans la 8. position, Concilia generalia ad extirpandas hæreses, schismata & alia tollenda incommoda admodum sunt vtilia, non tamen absolute necessaria: & plusieurs autres propositions contraires a l'authorité de l'Eglise, a l'ancienne doctrine de tout temps receüe & conseruee dans ce royaume, aux S^ts. Canons, Decrets des Conciles generaux & aux libertez de l'Eglise Gallicane, & tendans a esleuer la puissance ~~[illegible]~~ du Pape au dessus de celle des Conciles generaux, & au dela des bornes qui ont tousiours esté tres sainctement conseruées dans l'Eglise Gallicane: Apres auoir ouy le Syndic de la faculté de Theologie, & M. Vincent de Meurs Docteur en ladite faculté de la maison de Nauarre qui deuoit presider a ladite dispute, & ledit Drouet respondant, qui auroient esté mandez suiuant l'arrest du 19. de ce mois: & ouys les Gens du Roy en leurs conclusions: La Cour a fait & fait inhibitions & deffenses audit Drouet de soustenir ladite these: a ordonné & ordonne qu'elle sera supprimée, ensemble toutes les autres qui se trouueront contenir de pareilles propositions: fait inhibitions & deffenses a tous Bacheliers Licentiers & Docteurs & autres personnes d'escrire, soustenir & disputer, lire & enseigner directement ni indirectement es escholes publiques ni ailleurs aucunes semblables propositions ni autres contraires a l'ancienne doctrine de l'Eglise, aux S^ts. canons, decrets des Conciles generaux & autres libertez de l'Eglise Gallicane, & anciens decrets de la faculté de Theologie de Paris a peine d'estre procedé contre eux ainsy qu'il appartiendra. fait deffenses au Syndic de ladite faculté & aux Docteurs qui y presideront aux actes de souffrir que telles propositions soient inserées dans aucune these. Ordonne que le present arrest sera leu a l'assemblee generale de ladite faculté de Theologie qui se tiendra es Sorbonne au premier jour lequel par la Cour sera ordonné en presence de deux Conseillers de la Cour lesquelz s'y transporteront a cét effet auec l'vn des substituts du procureur general du Roy. A laquelle assemblee seront mandez tous les Docteurs de ladite faculté, mesme les Bacheliers de la premiere licence. Et sera le present arrest enregistré es registres de ladite faculté & signifié aux Recteur, Doyens & procureurs des autres facultez pour y estre leu & registré es icelles & enuoyé aux autres Vniuersitez; ensemble aux baillages & seneschaussées de ce ressort pour y estre pareillement leu publié & registré a la diligence des substituts du procureur general du Roy lesquelz en certifieront la Cour. Fait en parlement le 22. jour de Januier 1663. signé Robert. Signifié le present arrest a Monsr. Morand Doyen de la faculté de Medecine le 5. feurier de la mesme année.

Die veneris 16. Martij 1663. supplicationem omnium ordinum Vniuersitatis duxit Amplissimus D. Rector ad ædes sacras D. Seuerini.

Die mercurij 20. Junij D. Rector Vniuersitatis stipata supplicantium academicorum caterua D. Eustachij templum iniuit.

Die mercurij 3. octobris D. Rector cum facultatibus ad ædem D. Landerici processit solemniter de more ~~supplicaturus~~.

Tabulæ

Tabulæ Accepti a die Sabbati 4a Novembr. 1662. In diem Sabbati 3. Novembr. 1663.

M. Antonio Morand Senonensi Decano.

Caput primum Accepti

Ex Annuo reditu facultatis.

Accepit Decanus a Quæstoribus urbis die 17. februarij cura & diligentia dicti Joron viginti quinque libellas pro trimestri usura — xxv.tt

Eo ipso die an. 1663. eiusdem D. Joron ope accepit Decan. pro trimestri usura — 50. asses.

Die 14. Julij 1663. accepit Decan. ab eodem Joron pro trimestri usura — 25.tt
& ab eodem asses — 50. s.

Accepit a Michaele Bariat pro trimestri pensione conductarum ædium facultatis die 2. Januarij quæ incidit in ultimū decembris diem 1662. — 60.tt

Decanus pro trimestri pensione conductarum ædium incidente in postremū decembr. 1662. numeravit facultati die 3. Januarij 1663. — 87.tt cū 10. assib.

Accepit a Michaele Bariat oenopola pro trimestri pensione locationis incidentis in ultimum martij, die 4. April. 1663. — 60.tt

M. Antonius Morand Decanus persolvit die 6. april. pro trimestri locatione incidente in primum diem april. 1663. — 87.tt cū 10. assib.

Accepit a Michaele Bariat pro trimestri pensione conductarum ædium die 4. Julij quæ incidit in ultimum Junij — 60.tt

Decanus die 6. Julij 1663. numeravit facultati pro trimestri pensione ædium conductarū incidente in primum diem Julij — 87.tt cum 10. assib.

Die 15. Novembr. 1662. accepit Decan. ab hæredib. D. Lusson de la Thibaudiere — 25.tt

Accepit a Michaele Bariat 2. octobr. 1663. pro trimestri pensione locationis incidentis In diem D. Remigio sacram — 60.tt

Decanus ne foret in ære facultatis die 4. octobr. ei numeravit pro trimestri pensione conductarum ædium incidente in primū octobr. 1663. — 87.tt cum 10. assib.

A Bidellis Nihil. — Nihil.

Caput secundum Accepti

a Tonsorib. Chirurgis.

Cum in eum diem 19. Novembr. 1663. non versentur, uti tamen suetum, commentarij facultatis inter manus, ex quibus liceret intelligere plane qui Debitores intib. pellandi, debita non sum consectatus ista, nec a Tonsoribus Chirurgis quicquam accepi præter nummum aureum quod vectigal clientelare pendunt singulis annis 19 octobris — 5.tt 14 s.

Caput 3.

Summa huius pag. est de six cens soixante quinze livres quatorze s.

Caput Tertium Accepti a Baccalaureis In Quodlibetarijs disputationibus pro stipendijs Lectorum & Registro.

Accepit Decanus a M. Antonio le Moine quatuor libellas cũ duodecim assib.	4 lt. 12 s.
A M. Hippolyto du Val	4 lt. 12 s.
A M. Petro Legier	4 lt. 12 s.
A M. Gasparo Maurin	4 lt. 12 s.
A M. Jacobo de Bourges	4 lt. 12 s.
A M. Guidone Crescentio fagon	4 lt. 12 s.
A M. Carolo Marteau	4 lt. 12 s.

Caput Quartum Accepti a Baccalaureis in eodem Actu Quodlibetariæ pro Sorto.

Accepit a M. Antonio le Moine tres libellas cum 4 assibus	3 lt. 4 s.
A M. Hippolyto du Val	3 lt. 4 s.
A M. Petro Legier	3 lt. 4 s.
A M. Gasparo Maurin	3 lt. 4 s.
A M. Jacobo de Bourges	3 lt. 4 s.
A M. Guidone Crescentio fagon	3 lt. 4 s.
A M. Carolo Marteau	3 lt. 4 s.

Caput Quintum Accepti a Baccalaureis In eodem Actu Quodlibetariæ pro Anatomia & schedulis non Registratis.

Accepit a M. Antonio le Moine sexdecim libellas	16 lt.
Accepit a M. Hippolyto du Val	16 lt.
A M. Petro Legier	16 lt.
A M. Gasparo Maurin	16 lt.
A M. Jacobo de Bourges	16 lt.
A M. Guidone Crescentio fagon	16 lt.
A M. Carolo Marteau	16 lt.

Caput sextum Accepti a Baccalaureis in Cardinalitia disputatione pro Stipendijs Lectorum & Sorto.

Accepit Decanus a M. Jacobo de Bourges decem libellas	10 lt.
A M. Antonio le Moine	10 lt.
A M. Carolo Marteau	10 lt.
A M. Hippolyto du Val	10 lt.

Caput 7.

Summa hujus pag. [illegible] douze sols

Caput Septimum Accepti a Licentiatis In Actu sui Doctoratus pro Negotijs facultatis

Accepit Decan. a M. Nicolao Rainssant centum octoginta libellas — 180 ll ~~[illegible]~~
A M. Nicolao Bonuarlet — 180 ll ~~[illegible]~~
A M. Carolo Brisset — 180 ll
A M. Jacobo Le Menestrel — 180 ll
A M. francisco Sorand — 180 ll
A M. Nicolao Robin 180 ll

Caput octauum Accepti a Licentiatis pro Sacello.

Accepit a M. Nicolao Rainssant triginta duo asses 32 s.
A M. Nicolao Bonuarlet 32 s.
A M. Carolo Brisset 32 s.
A M. Jacobo le Menestrel 32 s.
A M. francisco Sorand 32 s.
A M. Nicolao Robin 32 s.

Caput Nonum Accepti Extraordinarij ex reliqua pecunia praesentibus numerata In Actib. Quodlibetariis.

Restant de pecunia numerata a M. Jacobo Bouiomier in actu prima sua Quodlibetaria de qua extra ordinem disputauit die Jouis xvj. 1662. triginta sex libellæ ob absentiam nouem doctorum. 36 ll.
Restant In actu secundo primæ Quodlibetariæ de qua disputauit extraordinem M. Nicolaus Rainssant viginti octo libellæ ob absentiam septem Doctorum 28 ll.
Restant In actu tertio primæ Quodlibetariæ de qua disputauit M. Nicolaus Bonuarlet 18. Januar. viginti octo libellæ ob absentiam septem doctorum 28 ll.
Restant de pecunia numerata a M. Carolo Brisset In actu quarto primæ Quodlibetariæ 25. Januar. duodetriginta libellæ 28 ll.

Caput Decimum Accepti a Quæstore vniuersitatis pro stipendijs & honorario 4. professorum.

Accepit Decanus a Quæstore ~~[illegible]~~ vniuersitatis D. Dacole mense majo 1663. mille & sexcentas libellas In singulos professores distribuendas quemadmodum summj Senatus authoritate constitutum fuit. m. 600 ll.

Summa hujus pag. est de deux mil huict cens neuf ~~douze~~ solz

Summa totius accepti est de trois mil six cens quatre vingt onze Livres dix huict solz

A Messieurs Les Doyen, & Docteurs Regens en Medecine de la faculté en l'université de paris & professeurs en pharmacie.

Supplient humblement les maistres Apotiquaires de paris soubsignez
disant que depuis trois mois ou environ ilz auroient esté obligez apres plusieurs
remonstrances d'intenter procez contre les maistres & gardes de la communauté desdits
Maistres Apotiquaires & Espiciers de paris pour les contraindre a l'observation des
statuts de laditte communauté lesquelz ilz auroient violé manifestement par le
pouvoir qu'ilz ont donné aux nommez Broguet & Brice de vendre & debiter des remedes
& faire les fonctions d'apotiquaires moyennant une somme de deniers que lesdits
Broguet & Brice auroient donnez auxdits maistres & gardes de laditte communauté des
Maistres Apotiquaires de paris les dispensans d'examen & de chef d'oeuvre & ce nonobstant
un resultat au contraire de toutte la communauté desdits maistres Apotiquaires assemblez
pour ce suiet, & sans la participation de Messieurs les deputez de la faculté pour assister aux
aux examens & chefs d'oeuvres des aspirans a la maistrise d'apotiquaire de cette ville de paris
les interroger & conduire pour leur reception a la maistrise suivant le concordat passé entre
la faculté et laditte communauté des maistres apotiquaires le   ce que lesdits
Maistres & gardes ne se sçavoient pas contentez de faire au preiudice du concordat & desdits statuts
de laditte communauté des maistres apotiquaires, mais pour faire cognoistre davantage le mespris
qu'ilz font desdits statuts, ilz auroient solicité le nommé Mesnard de se presenter pour la maistrise
d'apotiquaire en cette ville quoy qu'il n'ait aucune des conditions portées par lesdits status n'estant
point grammairien, n'ayant iamais fait apprentissage de pharmacie ny servy les maistres apotiquaires
s'estant contenté iusques a present de faire la marchandise d'espicerie & estant pour toutes ces raisons
absolument incapable de la pharmacie, pour raison de tout ce que dessus lesdits suppliants auroient
presenté requeste & fait plusieurs poursuites en la cour de parlement sur lesquelles seroit
intervenu arrest portant que les parties viendroient a l'audience, & un second de la chambre des
vacations par lequel la Cour auroit ordonné que ledit Mesnard seroit interrogé en la maniere
accoustumée. Pour ce qui est de ce pouvoir pretendu que lesdits maistres & gardes ont donné auxdits
Broguet & Brice la cour a reservé d'en faire droit au premiers jours apres la st. martin & d'autant
que lesdits suppliants ont appris & sçavent de bonne part que lesdits maistres & gardes ont obligé les
interrogateurs qu'ilz ont choisiz pour l'examen dudit Mesnard de luy communiquer par escript les
questions qu'ilz luy doivent proposer sur lesquelles lesdits maistres & gardes le font preparer depuis
plusieurs mois affin que par les responses qui luy sont suggerées depuis un long temps par
lesdits maistres & gardes il puisse passer pour habile sur ces questions communiquées ne le
pouvant estre sur le reste de la pharmacie et les poincts les plus importans dudit art

Ce consideré Messieurs & attendu que la faculté est notamment blessée par
cette contravention au concordat & aux statuts qui ont esté dressez par l'advis de la faculté
& que d'ailleurs la maniere accoustumée d'interroger lesdits aspirans a la maistrise d'Apotiquaire
est en presence de Messieurs les Doyen & professeurs en pharmacie lesquelz ont droit
d'interroger lesdits aspirans a telle heure & autant de temps qu'ilz voudront Il plaise a
Mesdits Sieurs Doyen & professeurs en pharmacie assister a l'examen dudit Mesnard en cas
qu'il se fasse et l'interroger ainsy qu'ilz adviseront bon estre pour iuger par ce moyen de la capacité
dudit Mesnard qu'ilz ne pourroient recognoistre par les questions qu'on luy pourroit proposer
d'autant qu'elles luy ont esté communiquées depuis un fort long temps & que lesdits maistres & gardes
luy ont suggeré & fait repeter pendant tout ce temps les responses sur lesdites demandes communiquées
Et sur l'instance pendante encore a la Cour contre ce pouvoir pretendu que lesdits maistres & gardes
ont donné auxdits Broguet & Brice Il plaise a la faculté de presenter Requeste a laditte Cour pour
estre receüe partie intervenante attendu le grand interest qu'elle y a & vous ferez bien. & ont
Signé la presente Requeste a l'original Thiennin, Sequeville, Balbi Gamare, Vanquet La Coste
Molinié Bogue Aubert &c. Gamare André Manjon &c.

Nous soubsignez promettons indemniser Messieurs de la faculté de Medecine de paris de
toutes les despenses qu'il conviendra faire en la poursuite & procés qu'ilz doivent intenter
contre nos gardes suivant la jonction qu'ilz nous ont donnée par vostre decret fait en nostre faveur
& a nostre requeste. fait a paris ce cinquiesme Novembre 1663. Signé Thiennin. Et
laditte indemnité a esté mise entre les mains de Monsieur Morand Doyen & le tout
signé de rechef par les Sieurs Thiennin & Aubert, Maistres Apotiquaires de paris.

M. A. Morand Doyen.

Tabula Expensi
A Die 4. Nouembris 1662. In Diem Sabbati 3. Nouembr. 1663.
M. Antonio Morand Senon. Decano.

Caput primũ Expensi ordinarij pro stipendijs professorũ.

Visa quittancia M. francisco de la Chambre pathologiæ professorj pro

Visa quittancia Honorario persoluit Decanus nonaginta libellas. 90 ₶.

Visa quittancia M. Joanni Garbe physiologiæ professorj 90 ₶.

Visa quittancia M. Germano Bureau rej herbariæ professorj 90 ₶.

Visa quittancia M. petro le large chirurgiæ professorj 90 ₶.

Caput secundum Expensi ordinarij Pro Refusionib⁹.

M. francisco Guenault Antiquiorj Magistro pro jure refusionũ numerauit Decanus quatuor libellas 4 ₶.

M. francisco de la Chambre pathologiæ professorj 40 s.

M. Joanni Garbe physiologiæ professorj 40 s.

M. petro le Large Chirurgiæ professorj 40 s.

M. Germano Bureau rej herbariæ professorj 40 s.

M. philippo Sarduyno de St. Jaques Censorj 40 s.

Decano professorib⁹ pharmaciæ M. Capon & le vasseur 4 ₶. 4 ₶.

Caput Tertium Expensi ordinarij & Extraordinarij pro Rebus Sacris.

Presbyteris, cantoribus, Doctoribus & Bidellis præsentib⁹ die 18. Nouembr. celebrato anniuersario In animæ quieté M. Guillelmj Du Sson Decani numerauit Decanus viginti quinque libellas Sacerdotib⁹ doctorib⁹ & Bidellis. 25 ₶.

Die 14. April. In anniuersario M. Michaelis de Colonia Doctoribus præsentib⁹ numerauit Decanus 8 ₶.

Visa quittancia Capellano, Diacono & cantoribus pro sacris & obitibus celebratis per menses Nouembrem & Decembrem vt constat ex acceptilatione 22 ₶. 5 s.

Visa quittancia Bidellis ijsdem sacris præsentib⁹ & ministrantibus vt ex acceptilatione constat 3 ₶. 16 s.

Summa huius pag. est de [illegible] Capellano
quatre cens quarante [illegible] livres [illegible] sols

Visa quittancia — Capellano Diacono & cantoribus pro sacris & obitibus celebratis mensibus Januario, Februario & martio Decan⁹ capellano numeravit vt constat ex eius acceptilatione 40 ₶.

Visa quittancia — Bidellis præsentibus & toto eo tempore ministrantibus vt ex acceptilatione constat 5 ₶ 10 s.

Visa quittancia — Capellano Diacono & Cantoribus pro sacris & obitibus mensibus Aprili Maio & Junio vt ex acceptilatione constat ~~Decanus numeravit~~ 27 ₶ 12 s.

Visa quittancia — Bidellis præsentibus & ministrantib⁹ per id tempus vt ex acceptilatione constat 3 ₶ 4 s.

Visa quittancia — Capellano Diacono & cantoribus pro sacris & obitibus celebratis mensibus Julio Augusto & septembri vt ex acceptilatione constat. 5 ₶ 16 s.

Visa quittancia — Roberto pepin maiori Bidello facultatis pro sacris lintteis purgandis, pro massa altari substenenda, amictu & crepidis vt constat ex eius acceptilatione vndecim libellas cũ 5. assib⁹ 11 ₶ 5 s.
~~Eidem pro pane azymo & vino vt cõstat ex acceptilatione 3 ₶.~~

Visa quittancia — francisco Creté Cerario pro cereis in die festo purificationis Beatæ Mariæ distributis iuxta decretum facultatis latum die Sabbati 27. Januarij 1663. numeravit Decan⁹ & funalibus 12. quibus facultas exequiarũ pompam Antiquioris M. Joannis Merlet prosequuta est ducentas & triginta duas libellas cũ 2. assib⁹ 232 ₶ 2 s. vt ex eius acceptilatione constat.

Visa quittancia — Nicolao Offrant pro 24. typis scutariis funalib⁹ affixis vt ex eius acceptilatione constat 15 ₶.

Doctoribus singulis In festo Divi Lucæ numeravit Decanus viginti asses centum & viginti vt exurgat summa centum & viginti libellarum 120 ₶.

pro oblatione singulis Doctoribus præsentibus, Cantorib⁹ chori pueris &c. numeravit assem, cum autem octoginta octo numerentur exurgit summa sep libellarũ 6 ₶.

Caput Quartum expensi Ordinarij In supplicationib⁹ Vniversitatis

Die Veneris 15. Decembris 1662. In supplicatione vniversitatis ad D. Bartholomæi viginti octo Doctoribus singulis & Bidellis viginti asses numeravit & pro oblatione assem vt exurgat summa ~~viginti novem~~ triginta libellarũ cum assib⁹ 15. 30 ₶ 15 s 6 d.

Die Veneris 16. martij 1663. In supplicatione vniversitatis ad Divi Severini. 22 ₶ 15 s.

Die Mercurij 20. Junij In supplicatione Vniversitatis ad Divi Eustachij 25 ₶ 10 s.

Die Mercurij 3. octobris 1663. ad ædem Sacram S. Landerici In supplicatione Vniversitatis præsentibus Doctorib⁹ numeravit Decan⁹ 25 ₶ 2 s. 6. d.

Caput 5.

Summa Summa pag. est de Cinq cent Soixante treize Livres douze sols

Caput Quintum Expensi ordinarij & Extraordinarij pro Reb[us] Academiæ

Magistro Philippo Sardugno de S[ain]t. Jacques Censori qui diebus Jouis & Veneris 1. & 2. februarij 1663. Amplissimo D. Rectori D. Lenglet cereos de more oblatum ituro, comitatum præbuit, numeratæ sunt duodecim libellæ, Decano verò duplum unde conflatur summa triginta sex libellarum 36[tt].

Caput Sextum Expensi Extraordinarij Pro Reparatione Scholaru[m] atque Ædium facultatis.

Joanni Lemperier Latomo qui Scholaru[m] Amphitheatro appendicem adstruxit quæ deinceps præparationibus anatomicis inserviat, lapidibus & gypso sepsit & circumdedit, gradus
Visa quittancia — ædificauit, hortulum rudibus purgauit aliaq[ue] in amphitheatro & scholis inferioribus instaurauit quemadmodum liquet ex eius acceptilatione subscripta 30. Decembris 1662. numeratæ sunt centum & quinquaginta sex libellæ 156[tt].

Joanni Richar tignariæ structuræ opifici qui lignariam materiam crassioris operis suppeditauit excitandæ appendici
Visa quittancia — tum claustro & sepimento condendo popinæ Bariat & bidelli minoris officinæ numerata est summa centum libellarum ut constat ex eius acceptilatione 100[tt].

Petro Lumiere qui Appendicem, amphitheatrum & alias
Visa quittancia — ædes colliciis tegulis & corruptis ardosijs texit numerata est summa centum & octoginta libellarum ut constat. 181[tt].

Annæ La Blanche quæ magnam partem plumbi In
Visa quittancia — tecto & colliciis tabulas hiulcas plumbatura solidauit ac opere nouo canaliculos reparauit numeratæ sunt Sexaginta septem libellæ cum 15. assib[us] 67[tt]. 15s.

Margaritæ Blet viduæ Joannis Clement fabri ferrarij pro varijs operibus In amphitheatro maximè, Appendice,
Visa quittancia — Scholis Inferioribus & alibi passim suppeditatis ut liquet ex duabus acceptilationib[us] quibus enumeratur & opus & ferrum, numerata est summa trecentarum & 21. libellarum cu[m] decem assibus 321[tt]. 10s.

Ludouico Pati fabro lignario minuti operis pro multis assibus, ligneis vectibus, sedilibus, januis, clathris
Visa quittancia — suppeditatis tum in amphitheatro, appendice, scholis inferiorib[us], assularibus quadris, fenestris & gradibus ubique ædium, numerata est summa ut ex eius acceptilatione constat ducentaru[m] 25. libellaru[m] 225[tt].

Summa huius pag. est de
mil quatrevingt sept livres cinq sols

Visa quittancia — Francisco Bouficy latomo qui Bidellorum gypsata tabulata instauravit superum & inferum, sepimentum de novo excitavit quod oenopolam & Bidellum minorem claudit Scholarum scalas restituit, scholarum Inferiorum sedes, camini structilem fundam a dicus aulula & alia quamplurima numerata est summa ut ex eius acceptilatione constat centum & quinquaginta septem libellarum 157 ℔.

Visa quittancia — Josepho Seiourné vitreorum specularium artifici qui fenestras omnes amphitheatri tum Bidellorum, sacelli &c. vitro munivit ex integro corruptasque restituit ut ex eius acceptilatione constat numerata sunt centum & septuaginta j. libellæ 171 ℔.

Visa quittancia — Joanni Net acicularia qui amphitheatri transennas omnes ære tractili aut de novo munivit aut instauravit numerata sunt centum & tres libellæ ut ex eius acceptilationes constat 103 ℔.

Visa quittancia — Antonio Aguerin figulo qui coctili latere stravit contabulationem ædium primani quas Decanus incolit numeratæ sunt septuaginta quinque libellæ ut ex eius acceptilatione planum fit, aulam si demas quā sumptibus suis Decanus stravit 75 ℔.

Visa quittancia — Antonio Carré stratori viario qui appendiculæ solum intus & foras solidiore silice munivit numerata sunt sexaginta quinque libellæ ut ex eius acceptilatione constat. 65 ℔.

Caput septimum Expensi Ordinarij & Extraordinarij pro Rebus & Negotijs facultatis.

Die veneris 1. decembris 1662. Senatus Apparitori cognomento Masson ordinis nostri amantissimi qui satellitibus stipatus eripuit e chirurgorum Barbitonsorum manibus cruciarij cadaver quod iniussu Decani sustulerant. Nihil. de St. André

Apparario Joron cuius sedulitate Decanus accepit debitam a quæstoribus urbis pecuniam die 17. februarij, numerati sunt triginta asses 30 s.

Eidem pro eadem opera & accepta pecunia a quæstoribus eorum anno 1663. die 14. julij 30 s.

Visa quittancia — Quæstori qui vijs purgandis præficitur numerata in anni dimidium quatuor libellæ cum 14. assibus ut constat ex acceptilatione incidente in ultimum Junij 1663. 4 ℔ 14 s.

Visa quittancia — Quæstori altri eodem nomine in anni dimidium quod incidet in ultimum Decembris 1663. numeratæ sunt quatuor libellæ cum 14. assibus ut ex acceptilatione constat subscripta 10. augusti 1663. 4 ℔ 14 s.

Visa quittancia — Francisco de Beurenville Bidello die 8. Januarij 1663. ut constat ex eius acceptilatione pro impensis Stationum & alijs numerata sunt viginti libellæ cum 5. assibus 20 ℔ 5 s.

Visa quittancia — Eidem pro vitriaria crate speculari & sera qua discedens facultati reliquit numerata sunt sex libellæ ut constat ex eius acceptilatione 6 ℔

Summa huius pag. [illegible]
Six cent neuf livres treize solz

Visa quittancia — Bidello maiori Germaniae Collet coniugi viduae Joachimi dim ... de Beurville pro armariis emptis facultatis nomine in quibus asservantur Doctorum togae &c. numerata sunt quindecim libellae ut ex eius acceptilatione constat 15 ᵗᵗ.

Visa quittancia — Ludovico Bagot quaestori latibulario numerati sunt viginta quinque asses ut constat ex eius acceptilatione 35 s.

Visa quittancia — Roberto Pepin Bidello maiori qui per sex menses suppeditavit chartam, pennas, atramentum, vinum & azymum panem numeratae sunt decem libellae cum 10. assib. 10 ᵗᵗ. 10 s.

Visa quittancia — Joanni Barbisse bibliopego qui commentarium non tantum compegit sed suppeditata charta cum membrana solidiore munivit numeratae sunt viginti libellae ut constat. 20 ᵗᵗ

Visa quittancia — Aurifabro Boursin geminos qui facultatis asses fibulis argenteis decoravit numerati sunt quinquaginta asses ut ex eius acceptilatione constat. 50 s.

Visa quittancia — Typographo Muguet pro typis editis Doctorum omnium indicibus quingentis numeratae sunt viginti quinque Libellae ut ex eius acceptilatione constat 25 ᵗᵗ.

Visa quittancia — M. Joanni de la Boute in Senatu facultatis cognitori qui Decretum Curiae impetravit adversus M. Philibertum Morisset Exdecanum inspectore litis perspicacissimo Senatore D. Doujat numeratae sunt duodeviginti libellae ut ex eius acceptilatione constat 18 ᵗᵗ.

Amanuensi eiusdem Senatoris ne lis traheretur numeratae sunt sex libellae primum 6 ᵗᵗ.
Eidem Amanuensi tres libellae 3 ᵗᵗ.
Patrono D. Bluet cuius exquisitum est consilium propter absentiam D. Chenuot numeratae sunt 3. libellae 3 ᵗᵗ.

Visa quittancia — Quaestori universitatis Dacolle pro obstructi fundi annua mercede numeratae sunt ut ex eius acceptilatione constat ducentae & quinquaginta libellae 250 ᵗᵗ.
+ Decano ob labores varios pro facultate susceptos . 60 ᵗᵗ.

Caput octavum Expensi pro stipendiis & honorario Quatuor Professorum.

Visa quittancia — Senatus Apparitori Serbinet cuius opera Decano Quaestor universitatis Dacolle post multas tandem tergiversationes professorum stipendia persolvit, numerata est summa exactorem enim acrem se praebuit, quindecim libellarum ut ex eius liquet acceptilatione 15 ᵗᵗ.

Visa quittancia — Apparitori Castoleti paris. togae qui professoribus litigantibus vadimonii acta plura domum denuntiavit numeratae sunt quatuor libellae cum 15. assib. D.D. 4 ᵗᵗ 15 s.

Professoribus octo viris Emeritis uti Decanorum testimoniis comprobatum est, non tantum Decanus numeravit mille & sexcentas libellas, sed praeterea tribus aliis pro stantissimis viris sexcentas alias libellas quas a erario facultatis item deprompsit, enumeravit ut ex eorum acceptilationib. constat quae summa residuum numerosioris. 600 ᵗᵗ. — ~~1600~~ mil six cens Livres

Summa Huius pag. est de
Deux mil six cens trante quatre Livres dix sols

Summa totius expensi est de
Cinq mil trois cens quarante six livres et ... sols

Summa totius accepti est de trois mil six cens quatre vingt onze Livres dix huit sols

30. Summa totius expensi est de
Cinq mil trois cent quarante six livres
vij solz
Summa igitur expensi superat summam accepti
de la somme de
seize cent cinquante quatre livres trois solz
qua debetur a facultate domino Morand die 5a [illegible] 1663 et
Decano Hæc ratio [illegible] visa lecta examinata et probata fuit [illegible] Decano [illegible] quinquaginta librarum decretum fuit honorarium

Baque
Guenard
Le vignon
Mathieu
J. Garbe
Denyau
Landrey
Guarin
Moreau
F. Merlet
Dodart
M. Bourgis
Forestier
desfrades
Pietre
Rainssant
Le Bel
Blondel
Courtois
Mjart
De Reuelois
Carolus Patin
Enguehard
Denyau
Akakia
Delavigne
Morand
Lebreton
Bodineau
J. Boujonier
Tardy
marés
Perreau
Richard
Hamoyn
Guyot
C. Puissart
Cudin
Picard
Garrier
Lemenestrel
Gallays
Barralis
Bonnarlet
Morin
Petiart
Lelarge
Thevart
Douté
Leguerd

P. Hommetz accepi pro domino Rachot defuncto et pro me ipso.

Jouël Guido Patin. Rachot

Launay

Mauvillain Cornuti [illegible] Puylon

Le Vignon Laval. Thibault

Padin Delaen

Bourdin Tournet Le Jonc...

de Beaurains Langlois Bourgeois

La Chambre Mondau Robin

[illegible] Lamy G. Petit. Ruffin

Legaigneur Le Mercier Forestier

Rigault Perrault Meaulcroix

E. Renaudot

Commentarius Rerum In facultate Medicinæ & Academia Parisiensi gestarũ, cum tabulis Accepti & Expensi, a die Sabbati 3ª. Nouembris 1663. in diem Sabbati 8ªᵐ Nouembris 1664.

M. Antonio Morand Senonensi secũdo Decano.

Die Sabbati 3ª. Nouembris an. 1663. Congregatis & conuocatis speciali articulo per maiorem Apparitorem Doctoribus omnibus hora 9ª. post sacrum in Scholas superiores qui de prorogatione Decani & professoribus eligendis deliberarent; vno ore omnes, vti solenne est, Decani Magistratum prorogarunt in annum: Et ne mora esset, futurorũ professorum Electores quinque religiosa sortitione creati sunt; Maioris ordinis M. Gilbertus Puylon. M. Petrus Sommets & M. Nicolaus Capon; minoris vero M. Claudius Tardy, & M. Ægidius le Bel, qui authoritate Decani ad iusiurandum addicti, secesserunt in Sacellum viros peritos & idoneos electuri; Ibique vnanimi consensu Medicinæ professores assignarunt Maioris ordinis M. Jacobum Theuart, minoris vero ordinis M. Nicolaum Lienard & M. Dionysium Puylon. Chirurgiæ, maioris ordinis, M. Petrum Legier, Minoris, M. Carolum Patin, & M. Philippum Douté. Rei herbariæ M. Philippum Sardüynũ de St. Jacques, minoris, M. Carolum Baralis & M. Petrum le Large. Pharmaciæ, Maioris ordinis M. Cyprianum Subault, & M. Petrum le Mercier, minoris vero M. Claudium Quartier: quorũ omnium Designatorum professorũ, nominibus in hydriam coniectis, Decanus tesseras eduxit, quibus tandẽ innotuit Scholarum professorem dici, M. Nicolaum Lienard: Chirurgiæ, M. Philippum Douté: Rei herbariæ, M. Carolum Baralis: tandemque Pharmaciæ, M. Cyprianũ Subault. Cumque iamdudum M. Joanni Armando Mauuillain simultates partim obscuræ, partim apertæ cum M. Philippo Douté intercedant; vt audiuit M. Joannes Armandus Mauuillain, salutatum Chirurgiæ professorem M. Philippum Douté, exasperatus animo, exclamauit, ilico se intercedere, quominus hoc professoriũ munus chirurgicum afficeret, quod faceret eum reum: Et ne tempus abiret incassum, & altercando absumeretur; facultas huic dissidio quammaturissime occursura, Censuit contumeliosum & iniquum esse, Doctorem multari famæ diminutione, atque deiici de professorio gradu antequam Scripto id palam facultati denuntiasset M. Joannes Armandus Mauuillain & probasset ad vnguem.

Et quoniam phar.

34. Et quoniam Pharmacopœorū parisiensiū negotium, ipsorum
Scilicet, quos pharmaciæ custodes expuerunt sedibus & a foribus
pulsos volunt, res sit negotiosa, in hac amplissima comitia facultas
reiiciebat, adeout hominum sortem iniquam miserata (efflagitarunt
enim eius auxilium, porrecto propterea libello supplice) decreuerit
secum in litem coire, sicque in omnibus cum ea Decanus conclusit.
M. Antonius Morand. /

Die mercurij 7. Nouembris 1663. conuocatis per Bidellū maiorem, speciali
schedula, Doctoribus omnibus In scholas superiores de Pharmacopœorū
Paris. & eorumdem professorum rebus ex Patronorū sententia &
Nonnullis alijs ad facultatem pertinentibus deliberaturis: M.
Jacobus Theuart ad facultatem accessit supplex, prospiceretur
deinceps ex statutis & Decretis innumeris, ne quis Doctorū ineat
consilia cum Medicis extraneis. Cuius supplicationi omnium æquissimæ
facultas annuit. Præterea censuit quod spectat ad res pharmacopœorū
et eorūdem professorū, debere omnibus actibus tyronū pharmaciæ
non modo præesse duo professores qui hanc p facultatem authoritate prouinciā
suscepere, sed Decanum & duo Doctores quos seligeret, qui Tyrones
examine tentent, & ita se gerant, vt momentis omnibus curent ne
facultas quicquam detrimenti patiatur, at ibi viuat. Tandemque
Decreuit se de intercessione M. joannis Armandi Mauuillain nihil
posse præiudicare, cum hucusque compertum non sit sedisse Judices
In M. Philippum Douté aut vllo conuictum eum crimine, proindeque
nihil obstare aut impedire, quominus idem ipse M. Philippus Douté
Chirurgicum suum professoris munus obire possit quod ū prensauit, & sic
In omnibus Decanus conclusit. Morand. /

At vbi vidit Decanus vt struerent & molirentur facultati sibique nefastum
& dirum aliquid Pharmacopœorū custodes ira perciti, si negotium pergeret
exequi, cum interim vbique sapientia munitus pectus gerere debeat, huic
negotio Patronos dedit, qui latum decretum improbantes, alio eundum
itinere statuere, & re vera Pharmacopœj tempestatem prospicientes
armauerant se iis Dominos Senatusconsulto vetante & prohibente ne
Decanus cū Doctoribus alijs in contionem vocaretur, & suasere professores
eniterentur in officio continere & eosdem submoneret Epistola quid
facultas haberet in animo in quam nihil erat audendū, nulla mora,
Decanus hanc emisit vndique præcluso per Justitium, aditu alio.

Viri Medici Pharmaciæ Professores dignissimi

Quoniam hoc propriū Decani munus est eiusque partes, curiosis
oculis perspiciat non importentur facultatis nostræ rebus detrimenta,
Jnterea tamen sortis humanæ sit, sententias vbique variari, vt de vna
eademque re variè tum disseratur tum decernatur: ne dum anceps
& incertus Decanus hæret in salebra, pessum eant & abeant res eius
& sic a Schola dignitate ~~dignitate~~ aut a seipso planè deficiat, conceperit
mente tempus idoneum, & satis opportunè accidere, consulerentur
Patroni, vesperascente quamvis die, quid ei faciendum putarent,
vocata re prorsus in dubium; qui vno ore omnes authores ei fuere
& contendū

& eo vtrudum vnico perfugio, moneret Decanus & hortaretur ambos Pharmaciæ professores diem de die differant, cum licet dixerint & edixerint custodibus & cœtui Pharmacopæorum; In eo res vbi facultatis, secus inurere se non modo facultati maculam, sed & ignominiam, quod incassum illa iactata sint: Non esse consentaneum qui metu non franguntur, eosdem frangi cupiditate; nihil esse ducendum in bonis præter virtutem, quæ si quid imperij est in homines eius, immotum animo sedet memoriam accepti beneficij piè sanctèque colant beneuolentia sempiterna; ideoque vanum ingenio eum quem anxium timor vrget senatusconsulto se refragari, inanes esse cogitationes se jus infringere aut legem tollere, ius fas & æquum matris optimæ præceptis & monitis filiorum aures patere, qui morem animo gerere dicantur; exorta subito contumaciæ Pharmacopolas otio & ingenio pingui laborantes ansam dedisse & hoc exhibuisse facultati negotium quod consilio & ratione rem non administrarint, vt in his omnis hæreat culpa sola, sicque excusabitis vos ijs in eo ipso quo eos accusare justè & legitimè potestis. Nec vos fugiat inique iniurium dici, cum hodie decreto statutum sit Decanus intersit vobiscum & duo Doctores alij quos selegit, qui vna Tyrones examine tentent & probent, si vobis clauum tenentibus & exultantibus repulsus foribus deludatur & ludatur: cautius, ne vis & violentia ista tanta vobis & vniuerso ordini fiat, cohibebit se & ab omni lapsu, duce Christo, continebit, quicquid effusè petulantes Decanorum osores effutiant imprudenter & temerè. Interim orat obtestaturque vos, pro vetere coniunctione, & eam maxime charitate qua facultatem complectimini, exquirite constanter & generosè gratiosam missionem, et efficite æternum schola nostra virtutem vestram grata memoria prosequatur; In eam spem erectus felicitatem bonam & longinquitatem ætatis precatur ex animo Vobis addictissimus M. Antonius Morand Decanus. Parisius [illegible] Nouembris an. MDCLXIII. hæc autem fuit inscriptio missæ ad professores epistolæ,

A Messieurs Capon & le Vasseur Docteurs Regens en Medecine de la faculté de Paris & Professeurs en Pharmacie.

Curauit Decanus, vt ministratore Bidello, vtrique Professori id palam denuntiaret. verum facto surdiores, implere vota facultatis aspernati sunt, rati de summo suo iure decedere grande nefas, aut leuitatis esse, si flecterent & dirigerent ad nubsusa [amicissimos] Pharmacopœos judicium suum. Ex quibus assequi coniectura licet, quam grauiter in ordinem nostrum peccarunt, aut animi lapsi sunt, qui neglexerunt, penes vnam facultatem esset, rerum istarum potestas omnis.

Quodlibetariæ Quæstiones.

Die Jouis XV. Nouembris 1663. extra ordinem disputauit de quodlibetaria quæstione M. Jacobus le Menestrel Doctor Medicus Parisiensis proponente Baccalaureo M. Guidone Crescentio Fagon Parisino. hæc autem quæstio fuit affirmatiuè conclusa

An Arthritidi & inueterato Rheumatismo curandis solo lacte vesci conuenit?

Solemne est hora ipsa vndecima matutina, dum singuli Baccalaurei commentantur & meditantur secum de quæstionibus propositis recitet Maior Bidellus M. Robertus Pepin nomina & cognomina Doctorum Regentium facultatis in ipso Actuum limine his verbis.

Sequuntur Nomina & cognomina honorandorum Magistrorum Nostrorum Doctorum Medicorum Regentium in saluberrima facultate.

facultate parisiensi anno Reparatæ salutis 1663.

M. franciscus Guenault Antiquior Scholæ Magister
& primarius Reginæ francorum Medicus.

M. petrus Beaurains.
M. Claudius Lienard.
M. franciscus Bouvonier.
M. franciscus pijart.
M. Antonius Charpentier.
M. Claudius Quiquebœuf.
M. Elias Beda.
M. philippus Harduynus de St. Jacques Censor.
M. Germanus de Launay.
M. philebertus Morisset.
M. Vrbanus Bodineau Medicus Regius.
M. Jacobus Thevart.
M. Guido patin professor Regius.
M. Cyprianus Hubault pharmaciæ professor.
M. Nicolaus Brayer.
M. Sebastianus Rainssant.
M. Claudius Seguin primarius Reginæ Matris medicus.
M. Joannes Vacherot. obijt 23. april. 1664. a Commercy.
M. Gilbertus puylon.
M. Nicolaus Langlois.
M. Jacobus Renault.
M. petrus Yvonnets.
M. Nicolaus Mathieu.
M. Jacobus Mentel.
M. franciscus Blondel.
M. petrus Le Comte.
M. Germanus preaux.
M. Claudius Germain Reginæ poloniæ medicus primarius.
M. Joannes pietre.
M. petrus Legier.
M. franciscus le vignon.
M. Mathurinus Denyau professor Regius.
M. petrus Yvelin Regis, Reginæ matris & primarius ducissæ Aurelianensis Medicus.
M. Claudius Guerin.
M. petrus le Mercier.
M. Nicolaus Richar.
M. Nicolaus Capon.
M. Martinus Akakia.
M. Michael Marais.
M. Jacobus Gavois.
M. Dionysius Joncquet.
M. Claudius le Vasseur pharmaciæ professor.
M. florimundus Langlois.
M. franciscus paiot.
M. Tussanus fontaine.
M. Claudius perrault. M. Carolus

M. Carolus le Breton.
M. petrus Bourdelot Reginæ Suecorum Medicus primarius & Abbas.
M. Stephanus le Gaigneur.
M. Rolandus Merlet.
M. Guillelmus Petit.
M. petrus Moriau.
M. paulus Courtois.
M. Joannes Garbe Scholæ professor.
M. Andreas Guyet.
M. petrus de Mersenne.
M. Michael Dupont.
M. Joannes forestier.
M. Claudius Tardy.
M. Simon Boulot.
M. Joannes Sanlon.
M. Antonius Morand Decanus.
M. Isaac Renaudot.
M. Eusebius Renaudot.
M. Joannes Baptista Moreau professor Regius.
M. Stephanus Bachot.
M. Bertinus Dieuxyuoie.
M. Joannes Armandus Mauvillain.
M. petrus perreau.
M. Michael de la Vigne.
M. Robertus patin.
M. Joannes de Bourges.
M. Germanus Sureau.
M. ~~Joannes~~ Antonius Bourgaud.
M. Carolus Baralis.
M. Daniel Arbinet.
M. Antonius de Sartes Scholæ professor.
M. franciscus Landrieu.
M. Claudius Quartier.
M. Alanus L'Amy.
M. franciscus de la Chambre
M. franciscus Bouvonier.
M. philippus Chartier professor Regius
M. Carolus patin.
M. Nicolaus Morin.
M. philippus Douté.
M. Nicolaus Lienard.
M. Abrahamus Theuart.
M. Ægidius le Bel Chirurgiæ professor.
M. Claudius de frades.
M. Michael Denyau.
M. Antonius Joannes Morand rei herbariæ professor.
M. petrus le Large.
M. petrus Cressé.

M. franciscus Goüel.

M. franciscus bouel.
M. Ludouicus balais.
M. Raphael Maurin.
M. Edmundus Charrier.
M. fabianus perreau.
M. Joannes Baptista de Reuellois.
M. Dionysius puylon.
M. Dionysius Dodart.
M. Carolus de laval.
M. Antonius de Caën
M. petrus pourret.
M. Antonius Ruffin.
M. Joannes brout.
M. Jacobus Bouiomier.
M. Nicolaus Rainssant.
M. Nicolaus Bouvarlet.
M. Carolus Brisset.
M. Jacobus le Menestrel praeses. 113

Die Jouis XX. Decembris m. dc. lxiii. extra ordinem disputauit de Quodlibetaria quaestione M. Nicolaus Robin Doctor Medicus parisiensis, respondente Baccalaureo M. hippolyto du val pontisarano. fuit autem quaestio talis affirmatiue conclusa An hydropi pectoris sectio? Quae sequitur

An febri fluente aluo venae sectio?

Die Jouis xvii. Januarij m. dc. lxiv. ordine disputatum est in quodlibetaria quaestione a M. Carolo le Breton Doctore Medico paris. respondente Baccalaureo, M. petro Legier parisino. fuit autem quaestio supra allata an febri fluete &c.

Die Jouis xxiv. Januarij m. dc. lxiv. de quaestione quodlibetaria disputauit ordine M. Claudius perrault Doctor medicus parisiensis respondente, Baccalaureo M. Antonio le Moine paris. fuit a. quaestio talis affirmatiue, conclusa

An bene fluida reddere corpora purgare est?

Die Jouis vii. februarij m. dc. lxiv. ordine disputauit de quaestione, Quodlibetaria M. Tussanus fontaine Doctor Medicus parisiensis, respondente Baccalaureo M. Jacobo de Bourges parisino. fuit autem quaestio talis affirmatiue conclusa.

An viscerum obstructionibus serum lactis?

Die Jouis 3a Aprilis 1664. disputauit ordine de Quodlibetaria, quaestione M. franciscus paiot Doctor medicus paris. respondente Baccalaureo M. Carolo Marteau Laudunaeo. fuit a. quaestio talis affirmatiue conclusa

An etiam post variolarum eruptionem venae sectio?

Antiquodlibetariae Quaestiones quae vulgo pastillariae

pastillariæ nuncupantur.

Die Lunæ XII. Nouembris M. DC. LXIII. hora X. matutina celebrauit actum pastillariæ M. Jacobus Le Menestrel in quo hæc agitata est quæstio

Estne Arthritis filia { Bacchi ? / Veneris ?

Cuius priorem partem Candidato Medicinæ proposuit M. Jacob. Le Menestrel discutiendam; posteriorem M. Petrus Sommets, M. Roberto Patin.

Die Mercurij XIX. Decembris M. DC. LXIII. hora X. Matutina actum egit pastillariæ M. Nicolaus Robin, in quo hæc agitata est quæstio

Estne Atriplex causa { hydropis ? / Icteri ?

Cuius priorem partem Candidato Medicinæ proposuit M. Nicolaus Robin discutiendam; posteriorem M. Jacobus Mentel. M. Germano Sureau.

Actus vesperiarum.

Die Lunæ 4. Augusti 1664. hora 10. matutina celebratus est actus vesperiarum M. Petri Legier præside M. Francisco Blondel & proposita est quæstio discutienda

Estne opus Medico copia { Librorum ? / remediorum ?

Cuius priorem partem agitandam proposuit Candidato M. Franciscus Blondel præses: alteram vero M. Jacobus Mentel, M. Petro Legier Licentiato.

Die Mercurij 24 Septembr. 1664. hora solita celebratus est actus vesperiarum M. Jacobi de Bourges præside M. Petro le Conte & hæc agitata est quæstio discutienda

An festinis vita { infantibus breuior ? / senibus longior ?

Cuius priorem partem enucleandam Candidato Medicinæ proposuit M. Petrus le Conte præses; alteram vero M. Franciscus Blondel M. Jacobo de Bourges Licentiato.

Doctoratus.

Die martis 9a. Septembris 1664. hora 10. matutina renuntiatus est Doctor Medicus Paris. M. Petrus Legier Parisinus præside M. Francisco Blondel & agitata est quæstio

Estne piacularis temeritas antiquare velle hippocratis dogmata { φυσιολογικὰ / θεραπευτικὰ

Cuius priorem partem Doctor nouus definiendam proposuit M. Joanni Antonio Bourgaud; Doctor vero præses M. Franciscus Blondel alteram M. Jacobo Mentel.

Die Jouis 30. octobr. 1664. salutatus est Doctor Medicus Paris. M. Jacobus de Bourges & agitata est quæstio præside M. Petro le Conte

An qui

An qui medicatur acuto morbo debet esse { ἔμπειρος? ἐπίχαιρος?

Cuius priorem partem doctor nouus discutiendam proposuit M. Carolo Baralis; alteram vero doctor praeses M. Petrus le Conte M. Francisco Blondel.

Cardinalitiae Quaestiones.

Die Jouis 6. martij 1664. cardinalitiae quaestioni praefuit M. Carolus le Breton doctor medicus Paris. respondente Baccalaureo M. Guidone Crescentio Fagon parisino, haec autem agitata est quaestio affirmatiue conclusa

An senibus nocet meri potio?

Die Jouis 13. martij 1664. Cardinalitiae quaestioni praefuit M. Claudius Perrault doctor medicus Parisiensis respondente Baccalaureo M. Petro Legier parisino & haec proposita est quaestio affirmatiue conclusa

An diuturni affectus loci mutatione curantur?

Res Gestae

Res Gestae siue Acta & comitiata tam ordinaria quam Extraordinaria facultatis a Die Sabbati 3ª Nouembr. an. 1663. in Diem Sabbati 8am Nouembr. 1664.

M. Antonio Morand Senonensi iterum Decano.

Die lunae 19 nouembr. 1663. iusta cineribus D. Lusson Decani facultas pie persoluit & summam viginti quinque libellarum praesentibus presbyteris, Doctoribus & Baccalaureis viritim a sacro distribuendam Decanus curauit.

+ Die dominica 7ª decembr. 1663. M. petrus le Large anno superiore chirurgiae professor, chirurgicas operationes aggressus in cadauere cruciarij, qui effractis quantumvis cruribus & brachijs ad crucem alligatus, viuus tamen mansit viginti quatuor horas, & ni carnifex aduenisset laqueo gulam eidem effractoque homini spes vitae productior accidisset ad miseriam, quemadmodum eo ipso die in peruigilio scilicet D. Andreae anno elapso, contigit cruciario alteri, cognomento de St André, qui eodem affectus supplicio viuacitatem diutinam probasset ni fune tandem tortorisque manibus suffocatus fuisset: eiusdem ipsius cruciarij cadauer longum septem pedes resecandum obtulerat M. petro le Large Decanus 1662.

Die mercurij 5ª decembris 1663. edictis de more per schedulam comitijs, rationes accepti & expensi prioris decanatus M. Antonij Morand, viuentibus videntibusque facultatis Doctoribus, visae lectae examinatae probataeque sunt, eidemque Decano facultas decreuit honorarium solitum centum & quinquaginta libellarum cuj conclusioni subscripsit M. Antonius Morand Decanus.

+ Die sabbati 15ª decembris 1663. ad facultatem supplex accessit M. Carolus Brisset, posset deinceps praeesse dissectionibus publicis & in ipso quidem amphitheatro sedere, dum tamen id non vetent facultatis leges, nec ingratum id sit D.D. professoribus, quoniam id attingat in transcursu & praeter consuetudinem. facultas omnibus studijs collegam aequissima suppliciter postulantem sic complexa est vt laudauerit & vehementer comprobauerit & vna M. Antonius Morand Decanus.

Die sabbati 26ª Januarij 1664 per maiorem apparitorem Doctores omnes de more hora 9. post sacrum conuocati sunt de cereis distribuendis & eligendis Examinatoribus in proximum jubileum de liberaturi. adierat praeterea Decanus Illustrissimum virum D. Chamillard regi a consilijs, libellorum supplicum Magistrum & in suprema Justitiae exedra cognitorem generalem oratum venisse Decanum & facultatem qua probaret vt actus in quo de quaestione quodlibetaria disputaturus est M. franciscus Paiot in Esuriales ferias differendi debetur; idque pergratum sibi fore perque jucundum si vellet & juberet facultas ita tractari. Super his facultas decreuit cereos distribuendos

In festo

in festo purificationis Beatæ Mariæ virginis solemni ritu & actum quodlibetarium in diem jovis 3um aprilis in gratiam viri clarissimi domini Chamillard reijciendum esse, tandemque eligendos aut sorte ducendum esse viros qui seligant examinatores candidatorum & sic conclusit M. Antonius Morand Decanus.

Candidatorum rebus ad sortium urnam revocatis Decani sorte electores evaserunt maioris ordinis M. Philippus Darduyn de St. Jaque M. Jacobus Thevart & M. Nicolaus Richar: minoris M. Carolum Patin & M. Franciscum Boüel qui tandem examinatores designarunt quorum omnium nominibus in urnam coniectis is examinatores deprompsit Decanus maioris ordinis M. Petrum Sommets & M. Germanum Preaux, minoris vero M. Joannes Baptista Moreau & M. Joannes de Bourges, desideratis M. Michaele Marés & M. Germano Bureau: qui solemni sacramento addicti, polliciti sunt neminem candidatorum acceptum iri se favore aut gratia, sicque peracta sunt comitia. cereum obtul. de Decano Bacc.

Die 17. februarij M. Carolus Brisset præfuit dissectioni cadaveris humani & alijs diebus extra ordinem usus docta & perita manu M. Claudij Morel chirurgi paris. in theatro anatomico Scholarum in quo concursus undique factus est.

Die Mercurij 26. februarij 1664. proscriptione scholarum valuis affixa Decanus per maiorem apparitorem significavit examen habendum ante festum diem paschatis, nullumque aliud futurum hoc biennio cui subscripsit M. Robertus Pepin maior facultatis apparitor.

Die Veneris 14. martij 1664. convocatis per schedulam ab Apparitoribus more solito doctoribus omnibus hora 10. matutina ad audiendam supplicationem M. Philippi Douté, Doctoris Medici contra Inquisitorem comitij parisini; cum insuper ex schedula præscripto Decanus facultatem monuisset sexennium imminere ex quo facultatis ædes maiores instrumento publico sibi conducta sunt, petere se a facultate, an ipsa vellet renovare instrumentum ijsdem cum priore conditionibus.

Censuit facultas annuendum esse supplicationi M. Philippi Douté & cum eo intercedendum adversus prædictum Inquisitorem Comitij parisini nomine facultatis; simulque Decano renovandum prius instrumentum conductionis Ædium maiorum facultatis in novennium, habita ratione quod pleraque eius sumptibus in ijsdem exornandis Ædibus sine damno æris facultatis perfecerit, Itaut huic Instrumento subscribant nomine facultatis M. Franciscus Guenault Antiquior Scholæ nostræ Magister primarius Reginæ Medicus & M. Philippus Darduynus de St. Jaque Censor & sic conclusit M. Antonius Morand Decanus.

Die Sabbati 15. februarij 1664. quo habentur stata comitia ut facultas subveniat & opituletur ægrotantibus, diei superioris decretum confirmavit facultas, dummodo Laudati viri conducta domus traditionem & dictionem chirographo suo munirent & comprobarent quemadmodum hesterna die constitutum fuerat sicque M. Antonius Morand Decanus conclusit.

Die Sabbati 22a martij 1664. indicta jussu Decani per schedulam concione in scholis superioribus hora 9a. post sacrum, prodijt supplex M. Carolus le Long Agendicus medici monspeliensis filius qui disertis verbis oravit liceret

sibi

sibi candidato Medicinæ parisiensis quantumvis pridem doctor Remensis esset & duodecim alijs itidem candidatis ad Baccalaureatum aspirare; sermonij dum finis fuit singuli ordine candidati leniter tentati sunt & leniter a senioribus ut interrogatiunculis cursim & breviter probata sit eorum industria, ijsdemque candidatis tredecim diem dicit Decanus lunæ proximum 24. martij vespertinis horis quo in scholas superiores conveniant omnes exhibituri litteras magisterij artium, studiorum & ætatis.

eadem die M. claudius Javid parisinus chirurgi paris. filius chirurgiæ magisterium consequutus est in ædibus chirurgicis.

Die lunæ 24 martij 1664. hora de meridie altera convocatis edicto Decani doctoribus omnibus in scholas superiores quo de candidatis suis deliberaretur & res eorum suo pondere æquissimaque libra penderentur; cum nullum sit tempus quod justitia vacare debeat, quantumvis districta facultas tunc esset suis negotijs, litteras tamen ad se a medicis Rothomagensibus datas extemplo recitandas curavit, tandemque ut supplex (quod orabat) audiretur M. Joannes le Chandelier doctor medicus Monspeliensis Rothomagæus, ex eius ore et ex foederatorum medicorum epistola, facultas intellexit, neustriæ provinciæ senatum sanctissimum sapientiss. constituisse (ne sinuosum litigium, parentes discordia, natum traheretur) quod dubijs forsan animis & ambiguis agitatum est, litigantibus medicis Rothomagensibus & eodem M. Joanne le Chandelier, uti medicorum paris. facultas emittat e sinu suo doctores tres qui ferant sententiam, an peritus vel imperitus & expers artis nostræ sit doctor ille Monspeliensis M. Joannes le Chandelier, atque immerito vel immerito repulsam passus sit a medicis civibus in puppi sedentibus & de suo tribunali citantibus; subductis hac super re hinc illincque doctorum omnium calculis; facultas omni licet obsequio, ut par est, pio æternoque cultu venerandum Senatum Rothomagæum prosequatur; Censuit sibi non licere, (uti nunc sunt res eius) implere jussa senatus, ni jubeat & velit, id munus præstet in urbe regni principe. & sic conclusit M. Antonius Morand Decanus. die lunæ ipso 24.

die Jovis 27. martij Petrus Prioust dictus est magister in arte chirurgica, parisijs.

Die lunæ ipso 24. antequam comitia dirimerentur selecti sunt in examinatores litterarum & testimoniorum facultati a candidatis oblatorum cum d. Censore M. philippo Sarduyno de St. jaque e senioribus M. Cyprianus Subault & M. Nicolaus Richar, & e junioribus M. Robertus Patin & M. Nicolaus Lienard, dedituque diem Decanus quo redirent candidati sabbati scilicet 29. martij 1664. horis pomeridianis ut constaret plane an omnes admitterentur ad examen necne.

Tunc autem epistolam in manus Decani tradidit M. franciscus de la Chambre vocata jam concione, & recitata est antequam promeret orationem suam de se M. Joannes le Chandelier huic epistolæ hæc indita est inscriptio.

Clarissimis scholæ parisiensis Doctoribus Medicis

Viri clarissimi

Cum nemini non sit nota saluberrimæ facultatis vestræ gloria, omnes eius authoritatem venerentur, sapientiam mirentur & docta expetant consilia, quippe quæ numerosæ prolis dissidio, a pura nunquam recidit foecunditate quæ acus instar nauticæ innoccidua semper fuit sequuta, velut aurum expers est rubiginis, & uno verbo sicut sol semper est eadem; ad illam tanquam ad sacram anchoram

anchoram confugimus ne virus ignorantiæ intra viscera nostra serpat;
orta est enim non levis contentio collegium inter nostrum & juvenem
audacem & vultuosum, quem absq crimine emeritum & larvatum
Medicum appellabimus, vocatur le Chandelier. Is e Monspessulana facultate
ex pristino splendore suo diffidens, titulos superbos, litteras inauratas & graphice
depictas chirographos falsissimos (ut mos est huius academiæ, fasciolas
versicolores & alia futilia deprompsit ornamenta præterea que nihil.
Nam si aliquam suscepit lucem, eam sub modio posuit non supra candelabrum.
Actu igitur thesis solito sicut & morbi sortes propositi tentatus est, sed nec
in physicis ullo modo satisfecit nec in medicis, & una collegarum omnium
voce repulsus est. appellavit nihilominus ad senatum cuius maiestatem
temeravit acri satyra & calumniis ante parata qua in singulos collegas
debacchatus est nobis interim rei veritatem modesta oratione sustinentibus,
Emanavit ab augustissimo senatu tale decretum, dictum scilicet le
Chandelier sub eadem thesis argumento a tribus medicis ex illustri vestra
facultate evocatis & ab eadem designatis probandum fore iterum & a
nobis quotquot sumus in collegio Rothomagensi inaugurati palam &
in aperto ut omnis tollatur vindictæ suspicio, hac enim libidine
insimulamur, quod insigne dissidium ab hinc sex aut septem annis
inter homines ephippiatos medicos parentem ut pote pharmacopæorum urbis
nostræ rebellionis antesignanum & collegium nostrum motum fuerit, quam
tamen litem marte proprio composuimus, dum inanem medicamentorum
farraginem abolevimus & remedia ad protractandos morbos necessaria
in ædibus ægrotantium confici gravitate curavimus. Illa est unica
falso nobis imputatæ ultionis materia, cuius in præsenti negotio, ut
ut alias ante Deum & Angelos nos prorsus immunes extitisse attestamur, &
te viri Viri sapientissimi humillime vos obsecramus si illud
expostulet a vobis commissarius cuius unius interesse debere ex mente
Senatus & imperio; ut tres viros ex amplissimo vestro cœtu doctrina
& virtute eminentes nuncupetis qui sacramento solemni ante
Seniorem Magistrum obfirment se a nemine contendentium fuisse
in cuiuslibet gratiam sollicitatos, illud enim nobis petentibus a
Senatu firmatum est & in collegii nostri supremum videtur decus
& honorem, durate & vosmet rebus servate secundis;
Vobis in omnibus addictissimi Decani & collegium civitatis Rothomagensis
Foussets decanus Guerdeville decanus onerus, Le Noble.

Rothomagi 15. martii an. D. 1664.

Quæ hi gentium conglobati medici Rothomagenses! quid hoc est, homines
vel ad levissima suorum errata perspicaces in tantis tenebris erroris &
inscitiæ versari & sic in sole caligare, ut de Decano facultatis sileat
obiurgatoria eorum epistola, & probiorum omnium plena, cum interim
non quiescat in decanorum suorum commemoratione. si tamen quæris
excusationem; vix sunt compotes animi qui ita ardent iracundia.
facultati præterea libellum hunc supplicem porrexit M. Joannes le
Chandelier.

Supplicatio Mgri Joannis le Chandelier Rothomagensis medici monspeliensis ut a deputatis a facultate tentetur pro cooptatione in medicorum Rothomagensium albo.

Illustrissimis & sapientissimis viris Domino
Decano admodum venerando saluberrimæ
Medicorum facultatis Paris. singulisq
Doctoribus præstantissimis.

Supplex sistit se M. Joannes le Chandelier Rothomagensis Doctor
Medicus

Medicus monspeliensis aggregationem Collegij Rothomagensis ambiens. 45.
Vobisque notum facit quod Doctoratus laurea insignitus ut otiose inter collegas
Rothomagaeos cooptationis munere gauderet postquam omnia statutorum collegij
munia sustinuit & subijt quorum literas testimoniales ipsi etiam societati
acceptissimas obtinuit, nolens tamen ab academiarum authoritate regia deficere
qua doctoribus singulis licentia datur hic & ubique terrarum omnia medicos actus
exercendi qui ad germanum Doctorem pertinere videntur, thesim praeterea propositam
a viris medicis Rothomagaeis suscepit quam aliquot post diebus praelo excussam
oppugnantibus singulis synadelphis viriliter propugnavit, nec tamen felici adeo marte
quin obiectionum Deo favente aptam licet & appositam in promptu solutionem & in
morbosum affectum ab ipsis studiose propositum convenientes praescripta remedia
ob consenescens erga patrem odium in malam partem verterint quod vobis facillime
innotescet si paulisper adubitatis ex eo quod remediorum praescriptorum illius manu
subsignatorum singula paradigmata senatum amplissimum pluries compulsos
celavisse. repulsam igitur passus in supremum Themidis Neustriacae fanum
me recipere coactus sum in quo postquam ipse apud judices orassem, hoc felix faustum
fortunatumque prodijt decretum quo Rothomagum tres Doctores sive parisini, sive
Cadomaei tanquam rerum aequissimi censores sese conferrent. rebusque cum
adversariorum iniuria in dies cresceret, Ita ampliore gratia subsequuta ut audientia
interdistingueretur. Me itaque pro aegrotantium salute tutanda decemlencis ab urbe
absente secundum diploma emendicaverunt clinici medici & familiares quo decretum
est ut tres doctores parisini nutu Decani e vestra facultate selecti Rothomagum
convocentur praeter Illustrissimos D.D. patin & Mentel qui primus publice
coram amplissimo senatu fidem fecerint se nullius precibus victos litem
omnem ex publica & tentativa disputatione ex aequo & bono iudicaturos. Adeste
itaque sacri Apollinis mystae, thesim medicam tentate, praxim expendite,
difficultates componite & vestrae facultatis nomine tres doctores juxta senatus
decretum & medicorum Rothomagaeorum precibus Rothomagum delegate. Hoc unum
vos rogo obsequentissime neminj noceatis & vestrae dignitati, vestrae aequitati,
vestraeque authoritati hoc in rerum discrimine faveatis. Datum Lutetiae parisiorum
cum chirographo vij. Kal. april. an. Angelicae salutis 1664.

Vester humillimus & obsequentissimus Joannes le Chandelier.

Nihil ex autographis Decanus dempsit aut immutavit at fideliter & ad
unguem vel literulas expressit & signavit, ut auribus & oculis agnoscere
quilibet possit ex ungue Leonem.

Die Sabbati 29. martij 1664. sub horam a meridie secundam congregatis ut
moris est in Scholis superioribus singulis doctoribus audituris renuntiationem
M. Philippi Sarduyni de St. Jaque Censoris, Cypriani Rebault, Nicolai Richard
Roberti patin & Nicolaj Liénard qui in comitijs die lunae proxime elapso
habitis a facultate 24. scilicet martij & praefecti recognoscendis literis
studij & magisterij a candidatis eiusdem facultati exhibitis; cum praedictus
M. Philippus Sarduynus de St. Jaque Censor facultati retulisset M. Raymundum
Finot candidatum nullas studij literas protulisse, sed doctoris medici
Monspeliensis 4. tantum annorum & aliquot insuper mensium: Antequam
haberentur suffragia pronuncem Decanus lectis statutorum articulis 8.
octavo quidem quo cavetur ne extranei medici candidati admittantur ad
examen ni literas magisterij ante octo annos exhibuerint; & altero quo
Decano & singulis doctoribus iniunctum est ut statuta diligenter observent,
neve ab illis recedatur adubitant, admonuit ita statutis fieri iniuriam &
decretis maiorum quibus amplius provisum ne haereticis locus detur ad
ullum gradum in facultate consequendum, aut frequentibus literarum falsimo-
falsimonijs

falsimonijs quibus solet obnoxiæ esse solent eiusmodi exteriorum candidatorum litteræ ut sese prius approbent Universitati parisiensi & ab eiusdem Rectore adoptentur in eiusdem gremium ut in talibus casibus factitatum; viderent singuli ne quid in ferendis suffragijs adversus statuta peccarent, alioqui sibi ex sacramento & munere non licere illorum partibus si vincerent accedere.

Verumtamen cum in eius prædicti finot gratiam maior pars suffragiorum, nulla statutorum habita ratione præcuntis Antiquioris Magistri inclinaret, comitia dissoluit sine conclusione Decanus excessitque loco comitijs destinato: Nihilominus licet iam bene multi abijssent, ab ijs qui remanserant nullam litterarum & statutorum sed unius examinis curam habendam confusis vocibus exclamabat, invito revocatus ne aliorum duodecim candidatorum qui a facultate admittebantur ad examen rebus officere videretur & condictum statutis diem diffindere vellet, sine ullo præiudicio intercessionis & provocationis ad Senatum quam plenis adhuc comitijs de more palam & publice instituebant pro servandis statutis M. Jacobus Thevart, Guido Patin, Jacobus Mentel, Franciscus Blondel, Claudius Perrault, Robertus & Carolus Patin, Philippus Douté, Antonius Joannes Morand Decani filius, Joannes Baptista Moreau, alijque plures illum quoque dictum Raymundum finot ad examen admittendum conclusit.

Candidatorum accinctorum numerus tredecim fuit & hi nominatim sic proferuntur

M. Carolus le Long Agendicus.
M. Mathæus Thuilier Ambianus.
M. Robertus Raoust Sagiensis.
M. Raymundus finot Bituricensis.
M. Petrus Lombard Æduus.
M. Paulus Matot parisinus.
M. Philippus Maton Abavillæus.
M. Ludovicus Morin Cenomanus.
M. Nicolaus Lhonoré Baiocensis.
M. Gabriel Daquet Lemovicensis.
M. Andreas Porchon Gastinæus.
M. Franciscus Basin Constantiensis
M. Radulphus Berard Senonensis

A Nosseigneurs de Parlement.

Supplient humblement Jaques Thevart, Guy Patin, Jaques Mentel, François Blondel, François le Vignon, Claude Perrault, Robert Patin, Charles Patin, Antoine Jean Morand, Jean Baptiste de Moreau, Antoine Ruffin tous docteurs Regents en la faculté de Medecine de Paris Disant que par les statuts & reglements de ladite faculté confirmez & authorisez par les arrests de la Cour, Il est expressement porté en l'article huictiesme qu'aucun candidat ne pourra estre admis a l'examen s'il n'est maistre es arts de 4. ans entiers au moins en l'Université de Paris, ou de huict années entieres dans une autre Université, & aussy s'il n'a estudié & pris les leçons pendant quatre années des professeurs ordinaires des Escholes, Et que ceux qui n'apporteront point les tesmoignages de 4. années d'estude seront exclus de l'examen, ce sont les propres termes du statut; Neantmoins Raymond finot & Radulphe Berard ont presenté leurs lettres a la compagnie pour estre veües & examinées & si elles

& si elles estoient dans les formes designées par lesdits statuts, philippe hardouyn
de st jacque censeur, Cyprien hubault, Nicolas Richar, Robert patin & Nicolas 47.
Lienard ont esté commis & deputez par la compagnie pour proceder a la verification
desdittes lettres lesquelz ayant trouvé qu'a l'egard dudit Radulphe Berard il luy manque
trois mois & demy en ses lettres, & dudit Raymond finot qu'il n'est point Maistre es
Arts de l'université de paris ny autre part. Ilz en ont fait rapport a la compagnie
laquelle ayant deliberé sur ledit rapport, Il s'en est trouvé grand nombre lesquelz
contre le serment authentique & public de garder inviolablement lesdits statuts
qui sont faits particulierement pour l'interest du public se sont relaschez a tel point
qu'ilz ont donné leurs suffrages pour admettre lesdits particuliers audit examen contre
les termes precis & formelz dudit statut & des arrests de la cour qui les ont perpetu-
ellement maintenus. de sorte que les advis de ceux qui se sont relaschez
par les brigues des candidats & de leurs amys se sont trouvez exceder de quelques
voix, la meilleure & plus saine partie de ceux qui ont conclu a l'observation desdits
statuts; ce qui a necessité le Doyen de ladite faculté de conclure ladite deliberation
dudit jour 29. mars dernier nonobstant l'opposition des suppliants & sans prejudice
d'icelle par eux faite a haute voix lors de la deliberation ainsy qu'il appert par
l'acte d'icelle signé dudit Doyen. C'est ce qui a obligé lesdits supplians de
reclamer sur ce l'authorité de la Cour. Ce consideré Nosseigneurs &
attendu ce dont il s'agit & la consequence de l'affaire Il vous plaise recevoir
les supplians opposans a la conclusion de ladite faculté dudit jour 29. mars dernier,
ce faisant faire deffenses aux Doyen Examinateurs & tous autres de passer
outre a l'examen & reception desdits candidats cy dessus nommez & de
contrevenir a l'advenir pour quelques causes & consideration que ce soit a l'observation
& execution desdits statuts jusques a ce que par la Cour en ayt esté autrement
ordonné, & jusques a ce que les parties ayent esté oüyes sur ladite opposition ordonner
qu'il sera sursis a l'execution d'icelle deliberation sur telle peine qu'il plaira a la Cour
& vous ferez bien. signé Sauvage. & plus bas soit monstré au procureur general
du Roy communiqué a la partie & en viennent. fait ce 3e avril 1664. & au dos de
ladite requeste l'an 1664. le 4. avril fut la presente signifiée & d'icelle baillé copie a
M. Raymond finot & Radulphe Berard candidats y dessus nommez parlant a leurs
personnes trouvez es escholes de medecine & a eux enjoint de comparoir demain
samedy onze heures du matin au parquet de Messieurs les gens du Roy, ou y faire
comparoir pour eux advocats ou procureurs tant pour y communiquer qu'en suite
de ladite communication plaider a la grande chambre. par moy huissier du parlement
soubsigné. ainsy signé.
A la requeste de M. Jacques Thevart, Guy patin, Jacques Mentel, françois Blondel
françois le vignon, claude perrault, Robert patin, charles patin, Antoine Jean Morand,
Jean Baptiste de Renelois & Antoine Ruffin tous docteurs Regents de la faculté
de Medecine en l'université de paris, soit declaré & signifié a M. Antoine Morand
Doyen de ladite faculté & a M. françois Guenault aussy docteur Regent & Antiq Maistre
de ladite faculté, & a M. phil. hardouyn de st jaque aussy Docteur regent & Censeur des Arts
pour ladite faculté de Medecine, & a M. pierre Yvonnets Docteur Regent tant pour luy
que pour les autres Docteurs commis & deputez par la faculté pour examiner les
candidats, qu'en adherant a leur opposition formée de vive voix en l'assemblée tenüe en
ladite faculté le 29. mars dernier, inserée en la deliberation & decret de ladite faculté
qui leur a esté delivrée par ledit sieur Morand doyen d'icelle, Ilz se sont pourveus a
la Cour, & sur ladite requeste y a esté apposé ordonnance de ladite Cour portant que,
pour faire droit sur ladite opposition, fins & conclusions portées en ladite requeste
icelles seroit

48.

icelle seroit monstrée a Mons.r le procureur general, communiquee a M. Raymond finot & Radulphe Berard deux des Candidats qui se sont presentez & ensuite ordonné que les parties en viendroient en l'audience de ladite Cour & grande Chambre d'icelle de laquelle requeste & ordonnance d'icelle Cour apposée ilz ont fait bailler copie ausdits deux Candidats susnommez separement & par la signification il leur est enioint de nommer pr. & Advocat po. se trouver au parquet pour y communiquer avec Me. Guillaume Bluet, Advocat desdits opposants & ensuite se tenir prests de plaider, de laquelle requeste & signification d'icelle portant ladite iniontion ausdits deux Candidats telle que dessus, Lesdits opposants ont esté conseillez de faire signifier et bailler copie ensemble du present acte audit s.r Morand Doyen de ladite faculté tant pour luy que pour les Docteurs Regents d'icelle. M. françois Guenault aussy docteur & Ancien Maistre d'icelle tant pour luy que pour tous les autres Docteurs Regents de ladite faculté qui l'ont suivi en son advis au preiudice de l'opposition desdits opposans, & par vn manifeste attentat aux statuts de la faculté & arrests de la manutention & execution desquelz il s'agit & de faire serment solemnel & public contrainct ledit s.r Doyen de conclure, Contre lesdits statuts & arrests la deliberation dont il s'agit, & audit Philippe Sarduyn de St. Jaque Censeur des Arts pour ladite faculté, & audit s.r Sommets l'vn des examinateurs tant pour luy que pour les autres, le tout a ce qu'ilz n'en pretendent chacun tant en general qu'en particulier cause d'ignorance, & ayent sçavoir ledit s.r Morand doyen tant pour luy audit nom de Doyen que pour tous les autres Docteurs Regents de ladite faculté en nom collectif a se joindre & prendre le fait & cause desdits opposants & empescher qu'il soit passé outre al'examen desdits finot & Berard Candidats & a leur reception, ains conclurre ainsy que lesdits opposans a ce qu'ilz en soient exclus conformement aux statuts & arrests distribuens sur iceux qui seront inviolablement gardez & observez & prendre telles autres conclusions contre les contrevenans pour y estre pourveu par la Cour a l'encontre tant dudit s.r Guenault Ancien Maistre que dudit Sarduyn de St. Jaque Censeur des Arts pour la faculté, que de tous les autres Docteurs de ladite faculté qui voudront persister en leurs advis & contravention audit statut & arrest sur les peines y portées & telles autres que de droit n'empeschant lesdits Opposans qu'il soit procedé & passé outre par ladite faculté a l'egard des autres Candidats qui se sont presentez a la maniere accoustumee dont & de tout ce que dessus lesdits opposans ont requis le present acte pour leur servir & valoir ce qu'il leur appartiendra en temps & lieu ainsy que de raison, pour la validité duquel ilz ont esleu domicile en la personne & maison de Me. M. charles Sauvage leur procureur en ladite Cour size rüe St. Julien des Menestriers & paroisse de St. Josse pour copie Sauvage

fait le 4e Avril 1664 & signifié a Mr. Morand doyen de la faculté de Medecine a ce qu'il n'en ignore par moy a huict heures du matin

Die Veneris 4. april. 1664. sub horam circiter decimam matutinam. postquam propositis in diu sextetibus Hippocratis Aphorismis auditi septem ex tredecim Candidati respondissent, Illis statim egredi iussis retulit ad facultatem Decanus sibi mox a Viatore Curia significatum libellum supplicem quem eo hoc ordine doctores M. M. Jacobus Thevart, Guido Patin, Jacobus Mentel, franciscus Blondel, franciscus le Vignon, Claudius Perrault, Robertus Patin, Carolus Patin, Antonius Joannes Morand Decani filius Joannes Baptista de Renclois, Antonius Ruffin pro tuendis statutis & adversus conclusionem latam 29. martij nuper elapsi Senatui porrexerant ad quem significabant provocasse, idque ex solemni subscripta iuris formula

formulam eiusmodi libellum supplicem cognitori regio exhibendum, commu-
communicandum partibus ac super eo jus ambulandum Curiam edixisse videbat
nunc nunc facultas quando negotium urgebat quid super eo decernere haberet, accepisse
se eiusmodi libellum significatum ampliss. D. Rectori, M. Philippo Sarduyno de St.
Jaque Censori, M. Francisco Buenault Antiquiori Scholæ Magistro Reginæ Christianæ
Archiatro, M. Petro Sommets Examinatorum Seniori & Raymundo Finot ac Radulpho
Bebard candidatis, Dominumque Rectorem pro statutis servandis una cum tota Academia
in partem litis & una cum prædictis intercessoribus venire. lecto palam libello supplice
antequam haberentur suffragia quo suam illi intercessionem Senatui probari flagitabant
eiusque authoritate prohiberi Decanum, Examinatores cæterosque alios quos cumque ne ultra pergerent
in tentandis examine vel admittendis dictis candidatis, ne ve in posterum quocumque
nomine vel titulo quicquam contra sua statuta geratur peccetur ve sub pœnis Senatus
judicio sanciendis adscriptoque insuper alio instrumento Decanum interpellabant ut adversus
dictam conclusionem facultatis quam invitus pronuntiaverat dictis intercessoribus
accedere vellet, arcerentur ab examine dicti candidati iuxta facultatis statuta & decreta
Senatus summa fide & religione servanda, alias se graviori petitione apud Senatum acturos
contra eiusmodi conclusionis suffragatores ni a sua sententia discederent, Antiquiorem
Magistrum videlicet, Censorem aliosque eiusdem cum iis sententiæ, neque tamen impedire
quominus cæteris videtur candidatis examinandis & probandis vacaret facultas.
Quibus auditis, dixit antiquior Scholæ Magister superioribus comitiis, neque usquam sibi
in animo fuisse contra Scholæ leges & statuta ferre sententiam, id factum sequiore
legum interpretamento cui Censor prævierat in sua de admittendis ad examen ~~renunt.~~
renuntiatione qua protulerat nihil violari articulum statutorum octavum cum de
candidatis habeatur non de doctoribus, dictum Finot esse universitatis Monspeliensis
doctorem, verum rem secus se habere a Dno Rectore quem pridie convenerat se
accepisse, idque contra statuta et jura academiæ factum esse; quamobrem quando factum
infectum fieri nequit, in ea se esse sententia ut si facultatis comitiis postridie
habendis dignus judicetur dictus ille Finot qui inter admittendos Baccalaureos sederat
non ante ad sacramentum præstandum vel ad principium ut vocant, admittatur
Baccalaurei nomine, iure & dignitate gaudeat vel utatur quam literas magisterii in
artibus easque legitimas et statutis congruas quas habere se ait, nec potuisse alioquin
incogitantem e longinquo tam brevi repetere & exhibere Academiæ atque adeo universo
ordini intra duorum mensium spatium, quod privata gratia videtur hoc nomine
indulgendum, approbarit, secus nulla prorsus ratione esse admittendum, Sancque
meritam repulsam cui se ultro obnoxium, secus fore volens atque ultro professus est
publico instrumento in commentarios facultatis referendo significet. Quantum ad
Alium dictum Bebard nihil lædi statuta si dignus admittatur, esse quidem trium
mensium tempus literis magisterii in universitate parisiensi, sed quod facultati
non fuit renuntiatum, alias exhibuisse literas alterius universitatis statutorum
scriptæ legi congruas, utque in posterum omnibus dissidiis super eo negotio uno-
quoque biennio intercedentibus occurratur comitia speciali articulo essent indicenda
& habenda quibus distribuerit facultas ex expectantis Doctoribus inter candidatos
ad examen admittendis, in quam Antiquioris Magistri sententiam cum
omnium suffragiis itum esset, sic conclusit M. Antonius Morand Decanus.
Die sabbati 5.a Aprilis 1664. hora 8.a matutina post sacrum convocatis
per schedulam doctoribus omnibus qui certiores fierent de relatione Dominorum
Examinatorum, & quot & quos ad Baccalaureatum candidatos admitterent.
Ex iis Senior M. Petrus Sommets octo candidatos se una cum Collegis tantum
designasse & confecisse Baccalaureos nominavit, et ut excidit ore vox nominis
Finot, sparsus est ilico rumor, contradici legibus & Scholæ statutis vetantibus
& prohibentibus ne quis dicatur Baccalaureus nondum consecutus magisterium
In artibus, itaut præcedentis diei querimoniæ ultro citroque jactatæ sint &
renovatæ, multis discrepantibus animorum contentione potius quam opinionum
dissensione,

dissensione, donec tandem propitiante Deo, facultas ad se & ad bonos & antiquos mores miro consensu non grauate sed benigne redibit. Statuit autem M. Raymundum non posse gloriari Baccalaurei paris. titulo antequam adeptus sit magisterium artium in Academia parisiensi & de his prouisurum Decanum. Eidemq[ue] facultati placuit M. Claudiu[m] Le Long ad selectoru[m] Baccalaureoru[m] numerum adscribere & sic conclusit M. Antonius Morand Decanus.

Sequuntur Nomina & cognomina Baccalaureoru[m] quos Facultas creauit die Sabbati 5a april. 1664.

M. paulus Matot parisinus.
M. Mathæus Thuilier Ambianus.
M. Robertus Raoust Sagiensis.
M. petrus Lombard Æduus.
M. philippus Maton Abauillæus.
M. Carolus le Long Agendicus.
M. Ludouicus Morin Cenomanus.
M. Raymundus finot Biterrensis.
M. Nicolaus Lhonoré Baiocensis.

Qui nouem Baccalaurei iurarunt omnes in verba facultatis jussu Decani.
Exindeq[ue] supplices accessere sex emeriti Baccalaurei, duce M. Jacobo de Bourges qui emittebantur & ad examen particulare admittebantur, quoru[m] supplicationi facultas annuit, statim a paschalibus ut afficerent & sic vna conclusit M. Antonius Morand Decanus.
peractis his omnibus noui Baccalaurei celebrarunt actum principii in scholis inferioribus coram Decano & facultate actum proclamante Bidello maiore.

Obitus Die Lunæ 21. april. celebratus est in scholæ sacello dies obitus M. de Colonia pro cuius manibus pie supplicatum est numeratis de more præsentibus doctoribus libellis octo turonensibus.

Die Dominica 4. Maii 1664. Antiquior scholæ Magister franciscus Buchault Decanum rogauit vellet a meridie cum Doctoribus aliis & omnibus qui huc vsq[ue] Decanatus munere functi sunt & inquisitore comitii parisini cognomento Bannelier M. philiberti Morisset amico apud se esse, qui vna curarent omnes et exquirerent a stirpe & amice quomodo posset eiusdem M. philib. Morisset ex decani negotium confici qui is cum diem rationis accepti & expensi posterioris decanatus non fecit, & sibi habet omnia facultatis instrumenta, commentarios & monimenta nullo post homines natos exemplo, cum penes vnu[m] Decanu[m] & facultatem ista omnia esse debeant. At inaniter conuenere viri, & docuit euentus tentamentum istud Antiquioris Magistri iniectis frustrationibus euanuisse & industria D. Morisset, omnibus rebus imparatissimi, qui diem non dicit operi nondumq[ue] putauit rationem cum facultate præter expectationem Decani qui tamen noluit eum acerbe cogere aut in angustias compellere & iurgantium plagas, tutiorem viam per magistratum quæsiuit, ablegata lite forate, & hac prece ingiter vsus est, Sit tantum pax in diebus nostris.
Abre forsan non sinam prætefluere, e conuocatis Antiquioribus Decanis

Nonnullos

nonnullos improbasse Antiquiorem Magistrum conventum hunc indixisse, 51.
cum Antiquioris non sit, collegas cogere, verum unius Decani penes quem est hæc
potestas quod sit caput facultatis non Antiquior scholæ magister.

A Messieurs Les Doyen & Docteurs Regents en Medecine de la faculté de Paris.

Supplient humblement les prevosts jurez & gardes de la communauté des
Maistres chirurgiens Barbiers unis en cette ville de paris disants qu'ilz se
trouvent obligez de se plaindre a la faculté d'une entreprise nouvellement remise
au jour apres que par un premier arrest du Conseil privé du Roy du   jour de
1626. l'entreprise que le nommé despots de vouloir establir une communauté de
Baigneurs estuvistes fut condamné tant sur l'empeschement des Supplians que sur
l'intervention de la faculté pendant le decanat de Mons.r Pietre docteur regent es
ladite faculté ont esté rendus deux celebres arrests au parlement es l'audience qui
ont reietté deux differentes declarations du Roy par lesquelles on avoit encore tenté
cet establissement, certains particuliers traittans ne laissent pas de recommencer
nonobstant que la fonction de la barberie & chirurgie leur appartienne, que ce soit
un des principaux points & fonction de leur maistrise, & soubs pretexte de dire,
qu'ilz veulent procurer du bien a l'hospital general s'avisent de suggerer a Messieurs
les gouverneurs & administrateurs dudit grand hospital qu'il n'y a qu'a faire & creer
une communauté de deux cent barbiers Baigneurs et Estuvistes dans paris & leur po[ur]
cela des deniers de deux cent personnes pour faire telle communauté & que par ce
moyen ilz supposent qu'ilz soulageront ledit grand hospital, mais comme la faculté a
trop de cognoissance des inconveniens qu'apporteroit tel nouvel establissement ayant
tant de fois presté son secours & sa voix pour empescher de telles entreprises. Les
Supplians sont obligez de donner leur requeste a la faculté po[ur] la supplier dans cette
nouvelle occurrence vouloir agreer qu'il soit par elle fait remonstrance au Roy & a
Mess.rs les ministres d'Estat po[ur] destourner cette entreprise laquelle ruineroit entierement
la chirurgie non seulement dans paris mais dans le royaume, estant impossible,
d'esperer voir des gens studieux en chirurgie s'ilz perdent la faculté de la barberie qui
qui leur est acquise par des tiltres si certains & dont le premier Barbier de sa Maiesté
est le depositaire. La 2.e chose dont ilz ont a donner advis a ladite faculté est une autre
nouveauté que veulent faire certains chirurgiens de la maison du Roy lesq.ls s'ingerent
de vouloir faire une communauté & un corps dans paris, avoir assemblée & confrairie
pretendant apres cela y recevoir les officiers de cette qualité des maisons de leurs
Maistres & de mess.rs les princes & se faire a cet effet des statuts ce qui ne pourroit aller
qu'au dommage de ladite faculté & des supplians, laq.lle faculté a interest de n'avoir
autre communauté soubz sa dependance que celle des Suppliants establie a cette
charge qu'il ne s'en fera point d'autre. Ce consideré Mess.rs & qu'il est de la gloire
de la faculté de maintenir les Supplians dans ce que nos Roys ont donné a leur
communauté il vous plaise avoir agreable d'arrester qu'il sera incessamment
fait remonstrance au Roy pour obtenir de sa Maiesté la revocation que les Supplians
poursuivent de l'establissement qu'on pretend faire de deux cent Barbiers Baigneurs
& Estuvistes a paris a la perte de la chirurgie & communauté des Supplians a qui
cette fonction appartient comme aussy po[ur] faire reietter l'entreprise des Chirurgiens
du Roy & des maisons royales de vouloir aussy faire communauté statuts, confrairie,
& receptions, mesme que ou il sera besoin de se pourvoir au parlement & partout ailleurs
il y sera fait intervention & jonction avec lesdits Supplians par ladite faculté lesquelz
Supplians feront les frais en la maniere accoustumée & vous obligerez cette communauté d'augmenter
ses voeux & prieres po[ur] la prosperité de la faculté & des nobles membres qui la composent & ont signé les 4
prevosts Deu. de Leurye. L'estorcel. & de Cheverry.

Die lunæ

Die lunæ 5. maij 1664. hora 2. pomeridiana conuocatis per Bidellos doctoribus omnibus scholæ superioris, recitandum imprimis libellum supplicem facultati a Chirurgis-Barbitonsoribus oblatum Decanus proposuit. 2. emeritos Baccalaureos priuato doctorum examine tentatos precibus omnibus petere possint ad licentiæ gradum aspirare. 3°. designandos & notandos doctores qui debeant rotuli jure priuari. 4. indicendum quo die debeat institui examen rei herbariæ; tandemque deliberandum an pharmacopœis Barcinonensibus respondendum esset & quid; miserunt enim litteras quæ decano quidem redditæ sunt, at cum proprio titulo careant, nec constet omnino cuius desit nomen, inscriptio caput si velis & pedes vtrumque offerebantur facultati & res sit ambiguo, inquirendum studiose fuit quid opus esset facto. his omnibus trutina examinatis Censuit facultas ad licentiam admittendos esse Baccalaureos; jure rotuli merito gaudere qui per maiorem biennij partem actibus interfuere, secus propria statuti authoritate omnino priuandos: celebrandum examen rei herbariæ ante festum diem pentecostes, diem autem indicet Decanus ad arbitrium & nutum: & si fieri potest significandum ipsis pharmacopœis Barcinonensibus suos doctores vel inuisant aut codicem parisiensem consulant vt compertum habeant quota panis pars in conficienda Theriaca carni viperinæ sit adjicienda, annuendumque omnimode supplicationi Chirurgorum-Barbitonsorum consultis in eam rem patronis & sic conclusit M. Antonius Morand Decanus.

Epistolam primarius Regis Ludouici XIV. medicus ad facultatem misit quam hic verbis continuit in gratiam Chirurgorum-Barbitonsorum. Sic autem inscribitur in fronte primarij Medici D. Valot epistola.

A Monsieur
Monsieur le Doyen de la faculté a Paris. a fontainebleau le 24. may 1664.

Monsieur

J'ay parlé hier au soir au Roy de l'affaire de Messieurs les Chirurgiens de Paris en presence de Mrs. Felis & Barnoüyn le Roy me donna vn'audiance assez fauorable, mais comme il me fit responce qu'il y auoit vn breuet desia expedié je priay sa maiesté de se resouuenir de ce qu'elle m'auoit promis sur ce mesme suiet Il y a deux ans a St. Germain, Il me dit qu'en cette consideration il examineroit cette affaire, mais n'ayant rien decidé pour cette premiere fois je l'ay ce matin entretenu sortant de son lict en particulier & a loysir, & apres luy auoir representé l'interest que toutte la faculté prenoit en cette affaire & le soin que je deuois auoir pour empescher semblables abus qui ruineroient deux cent familles dans Paris & toutte la chirurgie en son Royaume sa maiesté s'estant en quelque façon rendüe a mes prieres & a mes raisons m'a commandé de vous faire sçauoir que l'on luy enuoyast vn memoire succinct de touttes les difficultez & oppositions que l'on peut faire en cette conioncture tant de la part de vostre faculté que de la communauté des Chirurgiens cette ouuerture me fait bien esperer & m'oblige de vous dire que vous deuez promptement trauailler de part & d'autre a faire vostre memoire & me l'enuoyer vous asseurant que j'y trauailleray auec plus de chaleur que si c'estoit mon affaire propre, Nous n'auons plus qu'a combattre Mr. Berier mais j'espere que nous trouuerons le moyen de le destourner de cette entreprise c'est la maintenant la seule difficulté qui nous reste qui pourtant ne nous donnera pas tant de peine que celle que nous auons desia surmontée, soyez persuadé que tout ce qui regardera le bien & la gloire de vostre faculté je ne manqueray de l'entreprendre auec passion & particulierement quand je sçauray que vous y prendrez part ayant fait voeu de rendre toutte sorte de bons offices a tout vostre corps aux occasions qui se presenteront & a vous tres particulierement puis que je suis auec verité

Monsieur

vostre tres humble & tres
obeissant Seruiteur Vallot.

J'ay parlé presentement a Mr. Guenault & l'ay prié de vouloir confirmer ce que j'ay dit au Roy il le fera a la premiere comodité. Cependant ayez soin
de

de l'affaire de Fagon & de representer a Messieurs de la faculté
la part que i'y prens pour qui je ne demande que la Justice.

Requeste presentée au Roy par la faculté en faveur des Chirurgiens-Barbiers de Paris.

Au Roy

Sire

Les Doyen & Docteurs Regents de la faculté de Medecine de Paris ont esté surpris d'apprendre que certaines gens ramassez dans Paris ont esté si osez que de supposer a vostre Maiesté que la faculté estoit d'advis & qu'il estoit expedient de faire un art & mestier particulier de barberie bains & Estuves separé de la Chirurgie & soubs ce pretexte & autres, supposant un consentement de ladite faculté ont surpris une declaration de vostre maiesté au mois de decembre 1659. portant erection d'une nouvelle maistrise de barberie bains & Estuves dans Paris ce qui oblige la faculté de representer a vostre Maiesté que les sentimens de ladite faculté n'ont point esté telz & qu'au contraire elle a tousiours recognu comme elle fait a present que la barberie est inseparable de la chirurgie dans laquelle les Apprentifs font leur premier essay & s'acquierent avec le temps l'habitude & l'agilité de la main chez leurs maistres. Et pour ce qui est de la theorie ilz la tiennent des Docteurs de la faculté qui leur entretient a cet effect tous les ans quatre Docteurs & plus pour les enseigner soubs lesquelz ilz prennent leçons pendant 4. années & apres une longue experience ilz font leurs examens & chef d'oeuvres dans la chambre de jurisdiction de vostre premier Barbier & prestent serment entre ses mains apres avoir esté jugez capables par le Doyen & Docteurs de la faculté qui y president. Et c'est par cette seule voye que la faculté a eslevé & fourny a vostre Cour a sa suitte & a vostre ville de Paris de si habiles chirurgiens. les bains sont aussy une dependance de la medecine & sont remedes en saison, & pris a contretemps peuvent causer de grandes maladies, ainsy cet exercice doit estre laissé aux chirurgiens qui ne souffriront pas qu'ilz soient pris imprudemment & sans conseil. que si l'on permettoit la separation de la barberie, les Chirurgiens demeureroient destituez d'apprentifs & de compagnons, & la Medecine de vrais chirurgiens sur lesquelz elle se puisse reposer pour l'execution des ordonnances. Et comme les plus excellens ouvriers ne peuvent reussir dans leurs desseins s'ilz n'ont des instruments propres; ainsy la faculté ne peut respondre a vostre Maiesté du salut de sa cour & de ses peuples s'il ne luy plaist luy conserver ses anciens disciples & tous leurs droits, ce que la faculté espere de la Justice de vostre Maiesté & qu'elle agreera l'intercession de la Medecine en faveur de la chirurgie. dans cette confiance la faculté doublera ses voeux & continuera ses services en consideration de la santé de vostre maiesté de la maison Royale & de ses peuples.

Die martis 27. Maij 1664. actus vesperiarum solido die de more celebratus est edicente decano M. Antonio Morand.

Die mercurij 28. maij. facultas in sacello suo parentavit manib[us] clariss. viri M. Joannis Vachebot quibus requiem aeternam largiatur Deus opt. max. precatur ex animo M. Antonius Morand decanus.

Die 30. maij 1664. francisc[us] Jullier donatus est magisterio chirurgico in aedib[us] sanctorum cosmae et damiani.

Die sabbati 31. maij 1664. M. Raymundus Finot Bituricensis porrexit Decano litteras Magisterij in artib[us] quibus donatus est in universitate parisiensi quemadmodum constitutum fuerat decreto facultatis lato die sabbati 5. april. postremo 1664. qui titulo Baccalaurei parisiensis in facultate medica fruatur deinceps.

Die veneris 6. Junij 1664 Joannes Robillard consequutus est privilegium artis chirurgicae faciendae In suburbio S. Marcelli Parisijs.

Die sabbati

Die 7. Junij Petrus Martin donatus est sodalitate chirurgica paris. in Aedibus Santcosmodamiani & Chirurgorum-Barbitonsorū praesidentibus de more Decano & Doctoribus duobus quos seligit vnū scilicet maioris & ordinis alterum minoris.

Die lunae 9. Junij 1664. conuenere Doctores omnes in scholas superiores hora de meridie 2. qui deliberaretur Iterum de ijs qui suffragij jure donandi sunt e statuto 30. & vt omnis tollatur occasio simultatis & contentionis. Censuit facultas condonandum Doctorib⁹ hoc anno tantum qui defuere actibus per maiorem biennij partem, suffragium usque rotuli, ea tamen lege vti deinceps seruetur statutū ad amussim, propterea que Decanus curet Doctores omnes (ne peccetur amplius in statutum tanti momenti) non possint haberi praesentes & arbitrij ni & togati & pileati sint suaque manu praesentiam declararint & cautione chirographi notam scribant secus a culpa non eximantur. praeterea que moneatur M. Philibertus Morisset reddere facultati quae sua sunt, alias animaduertatur in eum & sic M. Antoni⁹ Morand Decan⁹ conclusit.

Die dominj 15. Junij 1664. edixit Decanus Doctorib⁹ omnibus conuentum in aulam illustrissimi Archiepiscopi paris. Emeritos Baccalaureos praesentatur⁹, At Domini Cancellarij precibus indulsit primum illud scholae Medicae parisiensis munus differendum esse in diem 22. quantumvis forent schedulae typis mandatae & delatae.

Die dominj 22. Junij hora 3 pomeridiana Decanus facultatis Domino Cancellario vniuersitatis D. Loisel pastori Ecclesiae D. Joannis in grauia, ex exilio decennali nuperrime reducto in aula Reuerendissimi Archiepiscopi Emeritos Baccalaureos obtulit cum quo propterea orationem instituit, quae Doctissimorum virorū omnium gaudium atq ordinū concio celebrata est, omnium Auditorum sermone.

Die Martis 24. Junij 1664. pomeridianis horis summa Doctorū & auditorū omnium frequentia in scholis facultatis superioribus, oratoris omni laude cumulati partes sustinuit medicinae candidatus cognomento Maieux paris. vbi sq laudibus emeritos sex Baccalaureos ornauit plausu & approbatione coet⁹.

Die mercurij 25. Junij 1664. hora quinta matutina conuenere Doctores in aulam Illustrissimi D. Archiepiscopi parisiensis laturi suffragium ordine et Baccalaureis sex ad licentias admittendis praesidentibus D. Cancellario Ecclesiae paris. & facultatis Decano. Eduxit autem D. Cancellarius ex vrna licentia donandos hac serie.

Series & ordo Licentiae facultatis Medicinae Parisiensis die mercurij 25. Junij 1664.

M. Petrus Legier Parisinus.
M. Jacobus de Bourges Parisinus.
M. Guido Crescenti⁹ Fagon Parisinus.
M. Antonius le Moine Parisinus.
M. Hippolytus Duval Pontisaranus.
M. Carolus Marteau Laudunaeus.

Eodem die hora 10. matutina conuenere Doctores in aulam superiorem illustrissimi D. Archiepiscopi paris. ibidemq sedentibus Domino

Cancellario

Cancellario procancellario Decano & Doctoribus maior apparitor facultatis jussus est licentiandos suo quemque ordine collocare, quibus momento post prouolutis genibus D. Cancellarius erectus & nudo capite summi Pontificis authoritate ipsis impertiuit benedictionem & potestatem eis concessit ac licentiam Legendi docendi ac faciendi medicinam hic & vbique terrarum in nomine patris & filij & spiritus sancti, tandemque M. Petro Legier ordine in ducenti D. Cancellarius proposuit 55.

Vtrum animi morbi a corpore?

Agitata hinc & illinc quæstione itum est ad D. Mariæ virginis D. Cancellarium comitantibus Decano, doctoribus & licentiatis fusisque in templo precibus D. Cancellarius licentiatos admonuit altaribus tactisque sacris jurejurando eos omnes adegit se numine propitio non recessuros vnquam a fide catholica apostolica & Romana.

Die sabbati 28. Junij 1664 hora 10 matutina post sacrum quo habentur stata facultatis comitia accesserunt supplices Licentiati sex ordine M. Petrus Legier, M. Jacobus de Bourges, M. Guido Crescentius Fagon, M. Antonius le Moine, M. Hippolytus Duval, M. Carolus Marteau sibi liceret ad vesperias & doctoratum aspirare quorum supplicationi facultas annuit tum M. Michaeli Denyau petenti chirurgiæ tyrones posset chirurgica tantum docere. Et quoniam Doctores sæpius ac diutius Decanum rogitaverant vtius quod ordinis bene multi, pararet locum accomodatum & opportunum in quo diligenter asservarentur toga, pilei, aliaque doctorum ornamenta, idipsum eo die, & in ipsa concione, cum aperuisset & significauisset Decanus, non modo laudauit vehementer & probauit consilium illud facultas, verum subiret hoc negotium sine mora, & sarta tectaque seruaret omnia decreuit, & sic vna conclusit M. Antonius Morand Decanus.

Nihil optimorum calculo potuit aut excogitari aut fieri commodius & aptius quicquam illo cubiculo quod Decani diligentia facultatis que decreto tandem excitatum fuit: Is enim locus in eum diem manserat inanis vacuus & inutilis, & is erat in summa scilicet parte vetustioris sacelli camerata, Itaut eiusdem noui conclauij fornicatum fere tabulatum, laqueato eodem opere communiri & ornari curauerit Decanus: Cum autem quæcunque gessit, & administrauit ad gloriam omnia splendoremque facultatis reuocauerit, minime mirum esse debet eum non siuisse eiusdem prophanas ædes, parietes & tecta, minus autem sacras, vel leui ruina disijci; curauitque sacellum sacrare omnia, quantum licuit, honorifice picturis, tecto pensili & ornamentis alijs collustraretur & niteret, vel in vitro fragili pellucerent & videbatur in id temporis imagines & effigies Virginis intactæ in Ægyptum abeuntis cum filio & sponso; tum Diui Lucæ. At serum tacitus & incredibiliter gaudet Decanus vtaque lætitia non tantum completus afficitur & perfunditur quod suis etiam temporibus anno scilicet primo sui decanatus Christus Dominus cuius est terra & plenitudo eius, die ipso sanctissimæ synagogæ sedibus antiquis eiectus ac de terra deiectus inhospita quantumuis in alios hospitali, & expulsus iniqua, (o quæ gens immanis vnquam & barbara infestum & detestabile scelus istud induceret in animum?) bonis tamen facultatis auibus veteris patientia Deus & rex gloriæ dignatus sit in fundum medicum migrare vicinum & finitimum; verum etiam vehementer gratulatur, fauste feliciter & prospere euenisse sibi vt eiusdem facultatis nomine supplicitur & demisse gratias eidem habere contigerit, hospitalem tesseram porrigere; supplicibusque votis orare & obtestari patronum perpetuumque fauere hospitium cum facultate priuatim & publice velit.

A Messieurs Les Doyen & Medecins de la faculté de Paris.

Supplie humblement Jean le Chandelier Docteur en medecine

de medecine de la faculté de Monpellier, disant que par arrest de Nosseigneurs du Conseil du Roy du 17. Juin de la presente annee 1664. & pour les causes y contenües sa maiesté sans s'arrester aux arrests du parlement de Roüen des 7. & 20. fevrier & 27. may derniers & a tout ce qui s'en est ensuivi auroit renvoyé le Suppliant pardevant vous pour estre par vous examiné tant sur sa these ou maladie fortuite que sur telle autre matiere qui luy seroit proposée & la maniere accoustumée, auquel examen lesdits Medecins de Roüen seroient appellez pour y assister si bon leur sembloit, sinon procedé tant en presence qu'absence pour ce fait & ledit Suppliant examiné, & l'examen rapporté au Conseil estre ordonné ce que de raison en execution duquel arrest requiert ledit Suppliant qu'il soit par vous pourveu: Ce consideré Messieurs Il vous plaise de vos graces donner iour audit Suppliant pour estre par vous examiné conformement audit arrest sur sa these & maladie fortuite & sur telle autre matiere qui luy sera proposée, ainsy & en la maniere accoustumée, auquel examen lesdits Medecins de Roüen assisteront si bon leur semble, sinon sera procedé tant en presence qu'absence pour ce fait & ledit examen rapporté au Conseil estre ordonné ce que de raison & ferez bien. Le Chandelier.

Tandemque recitata est in concione Arreti regij summa.

Ouy le rapport du sieur Danaux commissaire a ce deputé & tout consideré Le Roy en son Conseil ayant egard a la requeste sans s'arrester aux arrests du parlement de Roüen des 7 & 20 fevrier, 27. May derniers & a tout ce qui s'en est ensuivi A renvoyé le suppliant pardevant les Medecins de la faculté de paris pour estre examiné par eux sur sa these & maladie fortuite que sur telle autre matiere qui luy sera proposée en la maniere accoustumée, auquel examen les medecins de Roüen seront appellez pour y assister si bon leur semble, sinon sera procedé tant en presence qu'absence pour ce fait & ledit Suppliant Examiné, & l'examen rapporté au conseil estre ordonné ce que de raison. Fait au Conseil privée du Roy tenu a paris ce 17. juin 1664. Maissat en paraphe.

Decretum facultatis Medicinæ parisiensis.

Convocatis per maiorem apparitorem Doctoribus omnibus in scholas superiores die sabbati 28. Junij 1664. hora 2. pomeridiana de libello supplice a M. Joanne le Chandelier doctore medico monspeliensi facultati nostræ oblato deliberaturis, recitatus est pro concione libellus ipse supplex & innotuit sanctioris regiæ consilij edixisse facultatem (ne litigium istud exactæ jam ætatis, impeditum evaderet ambagiosum & restibile) diem præfinire quo tandem enata controversia inter medicos Rothomagenses & M. Joannem le Chandelier medicum Monspeliensem dirimeretur examine noviter instituendo. facultas in omnibus obsequutura de more delectu primum ex urnaque sorte 4. examinatores creavit qui peritiam probent M. Joannis le Chandelier vel improbent die martis 15. Julij imminentis horis de meridie iussaque Regia diligenter & ad amussim impleant, &

sic

Et sic conclusit M. Antonius Morand Decanus.

Datum Parisijs pridie kalendas quintilis an. M.DC.LXIV.

Electores sorte creati sunt M. Philippus Sarduynus de St. Jaque censor, M. Nicolaus Mathieu & M. Mathurinus Denyau & hi tres maioris ordinis, minoris vero M. Petrus le Large & M. Fabianus Perreau. quinqueviri illi in sacellum secedentes ibi in examinatores elegerunt, maioris ordinis M. Antonium Charpentier, M. Jacobum Thevart & M. Germanum Preaux, minoris M. Germanum Sureau, M. Nicolaum Lienard & M. Edmundum Charrier, quorum nominibus in urnam coniectis, digiti emissi sunt maioris ordinis Doctores M. Jacobus Thevart & M. Germanus Preaux, minoris vero M. Germanus Sureau & M. Nicolaus Lienard.

Die lunæ 30. Junij 1664. renuntiatus est Parisinus Chirurgus Michael Triboulean in ædibus Chirurgorum Barbitonsorum Sancosmodamianis.

Die martis 15. Julij 1664. horis pomeridianis M. Joannes le Chandelier Rothomagaus edicto sanctioris regis consilij examine tentatus est pro more & consuetudine facultatis a quadrumviris Examinatoribus M.M. Jacobo Thevart, Germano Preaux, Germano Sureau & Nicolao Lienard, in ædibus M. Jacobi Thevart senioris, præsentibus Decano M. Antonio Morand & Censore M. Philippo Sarduyno de St. Jaque, subductisque calculis D.D. Examinatorum suffragijs iudicatus est idoneus qui faciat Medicinam.

Die veneris 1a. augusti Jacobus Bessiere insignitus est magisterio in arte chirurgica parisiis in ædibus chirurgorum Barbitorum.

Die sabbati 2. augusti 1664. Daniel Rodier donatus est magisterio chirurgicæ professionis in ædibus Chirurgicis.

Die lunæ 4. augusti M. Petrus Legier filius memor & gratus accepti a facultate beneficij qua voluit cum primario Licentiæ gradu sedere ordinemque ducere, lauto & iucundo convivio Doctores omnes excepit qui lætitiam aperte tulerunt omnes quod rem restituerit honorifice & interruptam festive continuerit.

Extraict des Registres du Conseil privé du Roy.

Sur la requeste presentée au Roy en son conseil par Jean le Chandelier Docteur en la faculté de Medecine de Montpellier Contenant que par arrest dudit conseil du 17. juin dernier & pour les causes y contenües sa Maiesté sans s'arrester aux arrests du parlement de Roüen des 7. & 20. fevrier & 27. may dernier, ny a tout ce qui s'en estoit ensuivi, auroit renvoyé le suppliant pardevant les Medecins de la faculté de Paris pour estre examiné par eux tant sur sa these ou maladie fortuite, que sur telle autre matiere qui luy seroit proposée en la maniere accoustumee, auquel examen les Medecins de ladite ville de Roüen seroient appellez pour y assister si bon leur sembloit sinon procedé tant en presence qu'absence pour ce fait & ledit suppliant examiné & l'examen rapporté au Conseil estre ordonné ce que de raison, Lequel arrest ledit suppliant ayant fait signifier ausdits medecins de Roüen par exploit du 23. du mois de Juin & l'ayant presenté a l'assemblée desdits Medecins de Paris a ce que le jour dudit examen luy fust donné, lesdits Medecins pour satisfaire audit arrest auroient par leur decret du mesme mois de Juin assigné ledit examen au mardy 15. Juillet ensuivant ce que le suppliant ayant pareillement fait signifier le 2. dudit mois aux Medecins de Roüen avec sommation d'assister audit examen si bon leur

sembloit

sembloit conformement audit arrest il auroit esté procedé ledit jour 15.
juillet en la maniere accoustumée par lesdits sieurs Medecins de Paris
en presence du Doyen & du Censeur de ladite faculté lesquelz auroient
trouvé ledit suppliant capable d'exercer & pratiquer la Medecine certifié &
attesté par acte authentique du mesme jour 15. Juillet sa capacité en
consequence dequoy il supplioit sa maiesté y vouloir pourvoir A ces causes
& qu'il appert de ce que dessus par les pieces attachées a ladite requeste requeroit
qu'il plust a sa maiesté ordonner qu'il sera receu & aggregé au college desdits
Medecins de Roüen pour iouir sans aucune difference ny distinction de
tous les droits & privileges a eux accordez par les lettres patentes de leur
establissement arrests & reglemens donnez en consequence d'exercer &
pratiquer la medecine dans la ville de Roüen & par tout ailleurs ainsy
& de la mesme maniere que font lesdits medecins & ce faire, leur
enioindre de consulter avec luy & l'admettre parmy eux en toutes les
assemblées tant generales que particulieres dudit college pour y avoir seance
& voix deliberative tant active que passive selon l'ordre de sa reception avec
deffenses de le troubler dans toutes lesdites fonctions privileges & droits a
peine de desobeissance, six mil livres d'amende & de tous despens dommages
& interests. Ordonner en outre sur les mesmes peines que l'acte de refus dudit
suppliant fait par lesdits Medecins de Roüen le 13. decembre 1663. inseré dans
le registre dudit college sera rayé & biffé dudit registre & mention faite a
costé de l'acte d'attestation des Medecins de Paris dudit jour 15. juillet 1664.
ensemble de l'arrest qui interviendra, & en cas de contravention a tout ce que
dessus permettre au suppliant de faire assigner en vertu d'iceluy audit
Conseil les contrevenans sans qu'il en soit besoin d'autre pour voir declarer
ladite amende encourüe & ordonner qu'ilz seront contraincts au payement
de ladite amende par toutes voyes deües & raisonnables & condamnez a
tous despens dommages & interests du suppliant & deffense a tous Juges
d'en connoistre veu ladite requeste signée du suppliant & de Lonnet
son advocat au conseil, l'acte du 13. decembre 1663. contenant le refus
fait par les medecins de la ville de Roüen de recevoir & aggreger en leur
compagnie le suppliant a cause de son insuffisance, arrest du conseil rendu
sur requeste presentée en iceluy par ledit suppliant le 17. Juin 1664. par
lequel sans s'arrester aux arrests du parlement de Roüen des 7. & 20. fevrier
& 27. may dernier & a tout ce qui s'en est ensuivy a renvoyé ledit suppliant
pardevant les medecins de la faculté de Paris pour estre examiné par eux,
tant sur sa these & maladie fortuite que sur telle autre matiere qui luy
seroit proposée en la maniere accoustumée auquel examen les Medecins de
Roüen seroient appellez pour y assister si bon leur sembloit, sinon seroit
procedé tant en presence qu'absence pour ce fait & ledit suppliant examiné
& l'examen rapporté au conseil estre ordonné ce que de raison, commission
obtenüe sur ledit arrest ledit jour exploit de signification dudit arrest ausdits
Medecins de Roüen le 23. Juin 1664. decret de la faculté de Medecine de
Paris du 28. dudit mois signifié ausdits medecins de Roüen le 2. Juillet
ensuivant certificat des Medecins de Paris contenant qu'ilz ont examiné le
supliant & qu'ilz l'ont trouvé capable d'exercer & pratiquer la Medecine en datte
du 15. juillet 1664. & autres pieces attachées a ladite requeste, Oüy le rapport
fait d'icelle par le sieur Daubray commissaire a ce deputé. Le Roy
en son conseil ayant egard a ladite requeste, a l'examen &
certificat

certificat des docteurs regens de la faculté de medecine de paris, de la capacité du suppliant a ordonné & ordonne qu'il sera receu & aggregé audit college par lesdits medecins de Rouen & jouira des droits & privileges qui leur sont attribuez par les letres patentes de leur establissement & arrests donnez en ~~conseque~~ consequence sans s'arrester a l'acte de refus fait par lesdits Medecins de Rouen du 13. decembre 1663. lequel demeurera nul & de nul effect & es cas de contravention audit arrest ordonne sa maiesté que lesdits medecins de Rouen seront assignez au conseil. fait au conseil privé du roy tenu a fontenebleau le 9e jour d'aoust 1664. La Guillaumie.

Collationné a l'original par moy conseiller secretaire du roy & de ses finances Lounet.

Extraict des Registres de parlement.

Entre M. philippe Douté docteur regent es la faculté de Medecine & professeur es chirurgie des escholes de paris appellant de l'apposition de scellé fait l'intimé sans ordonnance de justice sur la porte de la chambre de l'Appellant qu'il occupoit, cy devant es une maison size au coin de la rüe des gravilliers appartenant a M. Simon Douté son oncle es laquelle il est demeurant & de tout ce qui s'en est ensuivi d'une part, & Maistre pierre Doüet commissaire examinateur au chastelet de paris intimé & pris a partie es son propre & privé nom d'autre, & les Doyen & Docteurs regens de ladite faculté de Medecine de l'université de paris demandeurs es requeste par eux presentée a ladite cour a ce qu'ilz fussent receus partie intervenante en ladite cause d'appel & en tant que besoin seroit appellans de ladite apposition de scellé & procedure extraordinaire dudit commissaire faisant droit sur l'intervention & appel & declarant ledit Doüet commissaire bien intimé & pris a partie es son propre & privé nom, que ladite apposition de scellé sera declarée nulle injurieuse & tortionaire deffense a luy & a tous autres commissaires du chastelet d'apposer aucuns scellez sans pouvoir ny permission suivant les ordonnances & arrests de ladite cour sur les peines portées par icelles & condamner ledit Doüet commissaire es telle reparation dommages & interests & despens sauf au procureur general a prendre contre ledit Doüet telles conclusions qu'il trouvera bon estre & advisera d'autre part & ledit Doüet deffendeur & intimé d'autre & françois Lamet mercier a paris & Barbe Odot sa femme demandeurs es requeste judiciaire a ce qu'ilz fussent aussy receus partie intervenante es ladite instance, faisant droit sur leur intervention qu'il fust dit que es consequence de leur declaration qu'ilz adheroient aux conclusions dudit intimé les Appellans fussent declarez non recevables es leur appel d'autre & lesdits Douté Doüet & Docteurs Regents de ladite faculté deffendeurs d'autre sans que les qualitez puissent prejudicier. Garnon Advocat de l'Appellant a conclud es son appel a ce que le scellé apposé sur la porte de sa chambre soit declaré injurieux le commissaire bien intimé es son nom luy condamné es l'amende & es tous ses dommages & interests. Blüet pour les Doyen & Docteurs regents de la faculté de medecine a aussy conclu es leur intervention & adherant avec l'Appellant, oüy Vagneau pour le commissaire & Verdin procureur pour Lamet qui a soustenu sa procedure, ensemble Bignon pour le procureur general. La Cour a receu les parties de Blüet intervenantes, & ayant egard a leur intervention, a mis l'appellation & ce dont a esté appellé au neant, declare le commissaire bien intimé es son nom luy fait deffenses de plus user de telles voyes, le

condamne

condamné es dommages interests & despens de la partie de Barnon liquidez a quatrevingt livres parisis. & faisant droit sur les conclusions du procureur general du Roy ordonne que le present arrest sera leu & publié audit chastelet l'audience tenant a la diligence de ses substitut. fait en parlement le 2. septembre 1664. collationné & signé du Tillet.

Decretum aliud immissum est in medicos Rothomagenses omnibus brevi & judicij hac est formula.

Le Roy en son conseil a ordonné & ordonne qu'aux fins de ladite requeste lesdits Medecins de Roüen seront assignez audit conseil a quinzaine cependant leur fait sa Maiesté deffense d'inquietter le suppliant dans l'exercice de Hogart de Medecin a peine de nul livres d'amende despens dommages & interests conformement a l'arrest dudit conseil du 9. d'aoust. fait au conseil privé du Roy tenu a Paris le 27. septembre 1664.

Chirurgiae tyro cognomento Vatou artis exercendae licentiam obtinuit in suburbio Lutetiae Sancti Jacobaeo [illegible] chirurgicis.

Autre Arrest obtenu pendant les vacations le 27. septembre 1664. par lequel il est ordonné que ledit arrest du 2. septembre present mois sera executé & que sans s'arrester a la saisie desdits Lamet & sa femme dont la chambre a fait mainlevée par provision audit Douté a sa caution juratoire les quatrevingt livres parisis deubs par ledit Doüet commissaire seront baillez & livrez audit Douté & a ce faire contrainct par les voyes qu'il est condamné par l'arrest du 2. septembre nonobstant toutes oppositions &c.

Tandem aliquando & antequam abiret magistratu biennali Decanus, M. Philibertus Morisset ex decanus in potestatem eius tradidit facultatis commentarios & donationem inter vivos D. des Roches, subindeque hoc est 27. septembris urgente negotio pacta conuenta duo praediatorie pensionis quam civitatis concilij basilica decano facultatis numerare debet singulis annis, quod Rex edixisset diligentissime cauisset circa & alios intra menses aliquot exemplum archetypi efficere et exscribere tradendum libellionis tabulariumque publicarum perscriptori cognomento foin. Cumque cuncta curatum ad decanum facultatis rejiciat debuit & in id negotium sedulius incumbere. hæc vnius facultatis tantum sunt quæ sibi nunc habet Decanus, caetera omnia tum pacta, senatusque consulta monimenta arcæ claues &c. quæ huc vsque venere semper in jure & potestatem Decani, asseruat sibi etiam hodie M. Philibertus Morisset; Nec mirum inde sit extraneos medicos non potuisse decanum attrahere ad judicium tribunalia aut referre nomina Candidatorum medicinae in commentarios facultatis, caruit enim instrumentis quibus susceptum munus implere licuisset, secus et lis habenda esset cum Collega, maluit longa patientia & aequo animo ista omnia tolerare atque modeste & abstinenter se gerere quam addere viro molestias, aut inops facultatis aerarium litigijs [illegible] exhaurire ac futilibus impensis, appulit mentem ad ea maxime quæ facultati sunt omnino necessaria ea ad eius decus & splendorem pertinent quicquid obganiat & blateret homuncio malignus liuidus & inuidus.

Die sabbati 4. octobris M. Claudius le Vasseur pharmaciae professor decanum monuit & hortatus est vellet adiungere se pharmaciae professoribus

professoribus & pharmacopaeis parisiensibus qui vna die lunae 6. octobr. lustrarent vrbis pharmacopolia. hanc autem viro professori dedit excusationem decani esse lustrationis diem judicare vsitata maiorum consuetudine, jniurium & iniquiè comparatum esse pharmacopolas paris. eorumq. custodes decanus & facultatem superbiae toties appellasse & a religione muneris & officij tantopere declinasse vt dedignentur propterea decanum inuisere qui dux sit & princeps illius inspectionis.

Die Sabbati 18. octobris 1664. solemniter & omni cultu festum diem patrono suo diuo Lucae euangelistae sacrum facultas prosequuta est, caeteraque omnia de more peregit.

Die lunae 20. octobris 1664. feraliorum solemnia prisca religione celebrata sunt, a quibus hora circiter decima, sacramento addicti sunt pharmacopolae praetoris magni, tandemque Chirurgi-Barbitonsores duce M. Petro Tourbier primarij regij Barbitonsoris M. francisci de Barnouin eiusq. chirurgi vicario, qui negarunt sibi tunc licere nummus aureum facultati eo potissimum die persoluendum, offerre, quantumvis ad hoc aeuj inualuerit offerendi consuetudo, quod hac de re nihil instrumentis pactisque suis continetur. vereor vt aliquid monstri corde machinentur is primarium Barbitonsorem regium & facultatem, quod plerorumque inquieta sint ingenia & in noua arreta auida, ex his autem maxime qui sanctorum Cosmae & Damiani togati & pileati sodales dicuntur, qui nuperrime asciuere sibi socios Castelleti Chirurgos tyrannidem affectantes, supra morem, modum, & fidem. At ab eorum hominum insidijs praecauebit vigilantibus oculis decanus & excubabit animo ut irritum cadant omnia eorum consilia.

Residuam ceram sacelli permisit decanus Majori Bidello Roberto Pepin qui eiusdem sacelli rem cum coniuge studiose semper curet munditiasque faciat quod res parui pretij sit cum ignis per annum cereis & funalibus incubuit.

Chirurgi qui sunt rei aere facultatis & nihil persoluerunt & singuli debent tres libellas cum duodecim denarijs assibus^[sic] hi sunt

Gabriel Delloin.
Simon fillastre.
Philippe peu
Jacques Coulombe
Mathieu Bertreau
Pierre Matot
Jean de Vaux le Jeune.
Estienne Nauarre
Pierre Aubin
francois Lerye
Louys Jaume
Jean Gillet
Gaspar hemery
Jacques Lamy
Martin Roger
Jean Bronsard
Nicolas Pietre
Dominique Cheuerry.

Paul Matot
Claude Bonhomme
Pierre Clavier
Gilbert Chambon
Louys Prioust
Charles Courtois
Jean Mouzon
Guillaume Auguy
Claude Moril
Benoist Audier
René du Tertre
Pierre Viuien
Pierre Morin
Robert Breche
Laurent Verduc
Charles Lambin
Thomas Paris

Gabriel le clerc
Jacques Poucy
Antoine Bon-amy
Simon Brochand
françois Mauriceau
Louys Bognon
Jean Joly
Denis Bodot
Pierre Prioust
Pierre Martin.

haec oia habemus ex commentarijs referente M. francisco Blondel paginis 544. & 545. cuius incredibili diligentiae multum debemus. / M. Antonius Morand Decanus 1664.

Res gestae in Academia Parisiensi a die Sabbati 3a. Novembris in diem Sabbati 8am. Novembr. 1664.

M. Antonio Morand Senonensi iterum Decano.

Conditionem hominis dolendam ideo semper duxi, non quod miserandae plerumque sorti vita eius obiecta sit, et tacitis annis moriturus homo senescat; at quod sua sponte, nulla adhibita vi, pronoque lapsu, in perniciem suam ruat, ad ineptias et ingenium redeat, fronte ac supercilio libidines contegat, et quantumvis ditescant eius horrea et adolescant opes, iacente virtute, ad insaniam concupiscat, ut ne religioni sit ei parare opulentiam ex miseriis aliorum; Et quod omnes admirationis terminos egreditur, eo progreditur imbecillitas fragilitasque humani generis, ut illi ipsi qui pervagata fama sapientes habentur, non erubescant opulentos et fortunatos omnes ridicule tanquam Deum venerari, ut apud eos conciliatrix amicitiae non tam virtutis opinio sit quam ingens pecunia, cuius gratia faciunt omnia, inde causa et origo malae mentis, dissidii tumultus et dissensionis, indeque dudum rixantur inter se facultates omnes universitatis, propterea que superiores tres cum inferiore dissident atque discordant, ab amicitia distrahuntur, summoque iure contendunt; Ita tamen ut sola facultas artium licet inferior largitione turpi superior longius evadat, et quod movet admirationem omnibus, attingit coelum digito et est in claritate, quod opibus et potentia valeat, ideoque possit, et pollet summis viribus ad luctandum, dum fugiunt interim tres aliae facultates nudae praesidio, quod congesto pauperes sint in auro, nec fiant impia fraude doloque malo fortunarum omnium sociae ac participes, quantumvis ex caelestum familia natae, et ordine praecedant et praecellant: Et quod vix fidem habet, facultas artium omnium infima imponit tamen leges superioribus per vim et contra auspicia, divis ubique propitiantibus, hoc uno titulo, quia dives, et spargere nummos possit. Quis ergo petulantia perpetuaque jurgia ista finiet? Rex ipse fortuna non egens, aut finitor rerum omnium maximus Deus.

Die veneris 14. decembris 1663. Universitas Parisiensis decrevit supplicationem ad aedem Beati apostoli Andreae ab arcubus.

Die veneris 21. martii 1664. Universitas publice supplicavit ad divi Hilarii doctoris franci.

Die veneris 28. martii 1664. Universitas edicente Rege, parentavit etiam manibus Ducissae Sabaudiae Cristinae Henrici quarti Regis Christianissimi filiae in templo.

Die sabbati

Die sabbati 19. april. 1664. Academia tota nouum Archiepiscopum suum Harduynum de Perefixe Doctorem Sorbonicum frequentissimo comitatu salutauit.

Die veneris 20. Junij 1664. vniuersitas religiose supplicauit ad Diuj pauli Apostolj.

Die sabbati 9. augusti 1664. Eminentissimus Ecclesiæ Romanæ princeps flauius Cardinalis Chisius ex pace rebusque maximis authoritate patrui summi pontificis Alexandri VII. ad Regem Ludouicum XIV. legatus a latere vrbem ingressus est, tantusque hominum omnium generibus & ordinum concursus ad eum factus est vt effusam ciuitatem tantam ei obuiam accessisse diceres, cuius aduentum vniuersitas expectabatur in vico Beati Antonij de suggestu & expassis propter ea templi virginum Sanctæ Mariæ foribus; ad quem locum cum peruenisset Legatus, gradibus ex templo descendens Dominus Rector Magister Ludouicus Rouillard Normanus, cum Decanis tribus, & alijs viris academicis, orauit solus; sedebat autem Dominus Legatus in mula alba pensili coelo & argenteo tectus cuius latera tegebant pater & filius Condæus & Duxenguienensium principes regiæ stirpis; paucis verbis retulit sibj summisque pontificibus magni semper fuisse parisiensem Academiam, cuj benedicebat, eiusdemque occursu vehementer gratulabatur.

Die Jouis 18. septembris 1664. vniuersitatis rationes tam accepti quam expensi dispunctæ sunt in ædibus D. Rectoris M. Ludouici Rouillard coram Decanis tribus totidemque eorum adiunctis Doctoribus, procuratoribus 4. Nationum & alijs proceribus artium referente eas M. Samuele Darole vniuersitatis quæstore summique Senatus procuratore. At absente Scriba du Boulay in cuius locum sufficere Decanj Quæstoris principem scribam cognomento Deschamps quod inuitis Decanis se scribam Rector olim dixisset & sub judice lis sit.

Die veneris 10. octobris 1664. quandoquidem expactis jam sex mensibus ab eo die M. Ludouicus Rouillard Rector cæca & foeda retinendæ dignitatis & habendi cupidine captus clam Decanis tribus vlterius justo magistratus continuaturus, summæ curiæ Senatusconsulta & vniuersitatis leges audet abrogare, quia contra spem, opinionem & expectationem bonorum omnium & pacis amantium segerit, bellum sane prorogat & renouat, ne parisiensis Academia jactata & agitata toties omni turbido motu vel momento vacasse dicatur. orandum est tot malis Deus medeatur, & tempestates ruina impendentes velit immensa bonitate auertere prorsus & auerruncare.

Tabulæ Accepti
A die 3ª Nouembris an. 1663. in diem Sabbati 8am Nouembris an. 1664.
M. Antonio Morand senonensi iterum Decano.
Caput 1um. Accepti.

Accepit Decanus a quæstoribus urbis 9. Junij 1664. cura dicti Joron viginti quinque libellas pro trimestri vsura 25tt.
Eo ipso die ab eodem Joron accepit pro trimestri vsura 50s.
Die 27. Septemb. 1664. accepit ab eodem Joron pro trimestri vsura viginti quinque libellas 25tt.
Ab eodem ipso die decanus accepit 50s.
Accepit Decanus a Michaele Bariat œnopola pro trimestri pensione conductarum Ædium minorum facultatis die 1ª Januarij 1664. sexaginta libellas incidente pensione in vltimum mensis decembris abeuntis anni 1663. 60tt.
Decanus ipse M. Antonius Morand pro trimestri pensione conductarum Ædium maiorum incidente in postremum decembris 1663. numerauit facultati die 2. Januarij 1664. octoginta septem Libellas turonenses cum decem assibus 87tt. 10s.
A Michaele Bariat pro pensione trimestri locationis incidente in vltimum martij diem 1664. 2. april eiusdem anni 60tt.
M. Antonius Morand persoluit 3. april. pro trimestri locatione in vltimum martij incidente 87tt. 10s.
Ab eodem Michaele Bariat pro trimestri pensione incidente in postremum Junij 1664. 60tt.
Decanus ipse die 4. Julij 1664. retulit ad ærarium facultatis pro pensione incidente in vltimum Junij 87tt. 10s.
Accepit a Michaele Bariat 8. octobris 1664. pro locatione trimestri incidente in vltimum septembris 60tt.
Decanus etiam persoluit die 4. octobris pro Locatione conductarum Ædium maiorum incidente in vltimum quoque septembr. 87tt. 10s.
Die 15. Nouembr. 1663. accepit Decanus ab hæredibus D. Lusson aut eorumdem nomine a vidua D. de la Thibaudiere 25tt.
A duobus Apparitoribus facultatis pro Ædium habitatione Nihil.

Caput 2um. Accepti
A Chirurgis-Barbitonsoribus.

Chirurgi-Barbitonsores hoc anno 1664 non persoluerunt numum aureum.
Accepit Decanus a M. petro Ruffin chirurgo Barbitonsore tres libellas cum duodecim assibus & sex denarijs 3tt. 12s. 6d.

Summa huius paginæ est de six cents soixante treize liures douze sols six deniers

Accepit

Accepit Decanus a M. petro Maigny
A b Antonio Olivier — 3lt 12s 6d
A Bernardo Bordegarais — 3lt 12s 6d
A Simone Duvieux — 3lt 12s 6d
A Guillelmo presidy — 3lt 12s 6d
A Claudio David — 3lt 12s 6d
A francisco Jullier — 3lt 12s 6d
A Michaele Triboulcau — 3lt 12s 6d
A Jacobo Bossiere — 3lt 12s 6d
A Daniele Rodier — 3lt 12s 6d

Caput 3um. Accepti a Baccalaureis in Quodlibetarijs Disputationib. pro Stipendijs Lectorum & Registro.

Accepit Decanus a M. Antonio le moine quatuor libellas turonenses cum duodecim assibus
A M. Hippolyto Duval — 4lt 12s
A M. petro Legier — 4lt 12s
A M. Jacobo de Bourges — 4lt 12s
A M. Guidone Crescentio fagon — 4lt 12s
A M. Carolo Marteau — 4lt 12s
4lt 12s

Caput 4um. Accepti a Baccalaureis in eodem Actu Quodlibetariæ pro Sorto.

Accepit Decanus a M. petro Legier tres libellas cum quatuor assibus
A M. Jacobo de Bourges — 3lt 4s
A M. Guidone Crescentio fagon — 3lt 4s
A M. Antonio Le Moine — 3lt 4s
A M. Hippolyto Duval — 3lt 4s
A M. Carolo Marteau — 3lt 4s
3lt 4s

Caput 5um. Accepti a Baccalaureis in eodem Actu Quodlibetariæ pro Anatomia & schedulis Non Registratis.

Accepit Decan. a M. petro Legier sexdecim libellas — 16lt
A M. Jacobo de Bourges — 16lt
A M. Guidone Crescentio fagon — 16lt
A M. Antonio le Moine — 16lt
A M. Hippolyto Duval — 16lt
A M. Carolo Marteau — 16lt

Summa huius pagine est de cent soixante & dix-huit livres
Dyrolz

caput 6.

Caput 6um. Accepti a Baccalaureis in Cardinalitia disputatione pro stipendijs Lectorum & horto.

Accepit Decanus a M. Guidone crescentio fagon decem libellas	10.tt
A M. Petro Legier	10.tt

Caput 7um. Accepti a Candidatis Examinãdis pro Anatomia & schedulis non registratis.

Accepit Decanus a M. Mathæo Thuilier sexdecim libellas	16.tt
A M. Gabriele Daquet	16.tt
A M. Radulpho Berard	16.tt
A M. Francisco Basin	16.tt
A M. Andrea Porchon	16.tt
A M. Roberto Raoust	16.tt
A M. Carolo le Long	16.tt
A M. Petro Lombard	16.tt
A M. Paulo Matot	16.tt
A M. Philippo Maton	16.tt
A M. Ludovico Morin	16.tt
A M. Raymundo Finot	16.tt
A M. Nicolao Lhonoré	16.tt

Caput 8um. Accepti a Candidatis ad Baccalaureorũ Gradum admissis pro Iure Bursarum.

Accepit Decanus a M. Paulo Matot sexdecim libellas	16.tt
A Mathæo Thuilier	16.tt
A M. Roberto Raoust	16.tt
A M. Petro Lombard	16.tt
A M. Philippo Maton	16.tt
A M. Ludovico Morin	16.tt
A M. Carolo le Long	16.tt
A M. Raymundo Finot	16.tt
A M. Nicolao Lhonoré	16.tt

Caput 9um. Accepti ab ijsdem pro Sacello & Ornamentis Scholæ loco Sacchari.

Accepit Decanus a M. Raymundo Finot sexdecim libellas	16.tt
A M. Mathæo Thuilier	16.tt
A M. Petro Lombard	16.tt
A M. Paulo Matot	16.tt
A M. Philippo Maton	16.tt
A M. Carolo le Long	16.tt

Summa huius paginæ [illegible] A M. Roberto quatre cent soixante & huict livres

A M. Roberto Raoust 16#
A M. Ludovico Morin 16#
A M. Nicolao Lhonoré 16#

Caput 10um. Accepti a Baccalaureis ad Medicinæ Licentiam admittendis pro Jure Bursarum.

Accepit Decanus a M. Petro Legier triginta quinque libellas 35#
A M. Jacobo de Bourges 35#
A M. Guidone Crescentio Fagon 35#
A M. Antonio le Moine 35#
A M. Hippolyto du Val 35#
A M. Carolo Marteau 35#

Caput 11um. Accepti ab ijsdem pro mulctis irrogatis.

Accepit Decanus a M. Petro Legier duodecim libellas 12#
A M. Jacobo de Bourges 12#
A M. Guidone Crescentio Fagon 12#
A M. Antonio le Moine 12#
A M. Hippolyto du Val 12#
A M. Carolo Marteau 12#

Caput 12um. Accepti ab ijsdem pro Sacello & jure præsentationis.

Accepit Decanus a M. Petro Legier sex libellas 6#
A M. Jacobo de Bourges 6#
A M. Guidone Crescentio Fagon 6#
A M. Antonio le Moine 6#
A M. Hippolyto du Val 6#
a M. Carolo Marteau 6#

Caput 13um. Accepti a Licentiatis in suo Doctoratu pro Negotijs facultatis & pro Sacello.

Accepit Decanus a M. Petro Legier pro negotijs facultatis centum octoginta libellas 180#
Ab eodem pro Sacello triginta duos asses 32s.
Accepit a M. Jacobo de Bourges pro negotijs facultatis 180#
Ab eodem pro sacello 32s.

Caput 14um. Accepti Extraordinarij ex reliqua pecunia præsentib. Doctorib. numerari solita in actibus Quodlibetarijs extra ordinem.

Restant ex pecunia præsentibus Doctorib. numerata in actu quodlibetario

Summa huius paginæ est de [illegible] exqua
Sept cent vingt neuf livres quatre sols

Ex qua extra ordinem disputavit M. Jacobus le Menestrel die Jovis 15. Novembris 1663. ob absentiam octo doctorum triginta duas Libellæ 32.lt

In actu M. Nicolai Tobin ob absentiam octo Doctorum etiam. 32.lt

Caput 15.um Accepti ex reliquijs Examinis Botanici &c.

Restant ex pecunia numerata præsentibus Doctoribus Examini rei herbariæ die 27. maij 1664. Sexaginta sex libellæ ob absentiam sex Doctorum 66.lt

Hoc summa non est numeranda et remanet in manibus domini Morand Exdecani
accepi hanc summam a Domino Moran Morisset

Quam summam Decanus accepit a facultate M. Philiberto Morisset numerandam pro jure licentiarum doctoratuum calculorũ &c. cum ne id præstaret judicum authoritate prohibitus fuerit, eandem summam facultati restituit, et hæc est nonaginta trium libellarum et assium tredecim cum sex denarijs 93.lt 13.s 6.d

Caput 16.um Accepti a Quæstore Universitatis pro stipendijs & honorario 4. Professorũ Scholæ.

Ad Memoriam

Accepit Decanus a Quæstore Universitatis D. Jacolle 10. mensis Decembris mille & sexcentas libellas in singulos Professores ordine distribuendas quemadmodum summi Senatus authoritate statutum fuit. 1600.lt

Summa huius paginæ cent trente livres

Summa Totius accepti est de deux mil cent soixante & dixneuf Livres dissept solz six deniers

Tabulæ Expensi

A die sabbati 3ª Nouembris an. 1663. In diem sabbati 8am. Nouembris 1664.

M. Antonio Morand Senonensi iterum Decano.

Caput 1um. Expensi Ordinarij.

Ex rationibus superioris Decanatus redditis die mercurij quinta Decembris anni millesimi sexcentesimi sexagesimi tertij subductis, examinatis & a facultate probatis numerandæ veniunt, quæ M. Antonio Morand Decano debebantur, vti descriptum est pagina trigesima huius Commentarij, mille & sexcentæ quinquaginta quatuor libellæ cum tribus assibus. 1654 lt. 3 s.

Numerandæ item eidem veniunt pro solito decreto honorario centum & quinquaginta libellæ 150 lt.

Caput 2um. Expensi ordinarij pro Stipendijs professorum.

M. Joanni Garbe pathologiæ professori numerauit Decanus pro honorario nonaginta libellas 90 lt.

M. Antonio de Sartes physiologiæ professori 90 lt.

M. Ægidio le Bel chirurgiæ professori 90 lt.

M. Antonio Joanni Morand herbariæ rei professori 90 lt.

(Margin: Dres quittantia)

Caput 3um. Expensi Ordinarij pro refusionibus.

M. francisco Guenault Antiquiori Magistro pro iure refusionum persoluit Decanus quatuor libellas 4 lt.

M. Philippo Hardouyno de St. Jaque censori 40 s.

M. Cypriano Hubault pharmaciæ professori 40 s.

M. Claudio le Vasseur pharmaciæ professori 40 s.

M. Joanni Garbe pathologiæ professori 40 s.

M. Antonio de Sartes physiologiæ professori 40 s.

M. Ægidio le Bel chirurgiæ professori 40 s.

M. Antonio Joanni Morand herbariæ rei professori 40 s.

Decano 4 lt.

Caput 4um. Expensi ordinarij & Extraordinarij pro Rebus sacris.

Presbyteris, cantoribus, Doctoribus & Bidellis præsentibus a sacro anniuersario 18. Nouembris 1663. pro M. Guillelmo Lusson celebrato Decanus numerauit viginti quinque libellas. 25 lt.

Die lunæ

Summa huius paginæ deux mil deux cens onze Liures trois sols

Die lunæ 21 april. 1664. in Anniversario M. Michaelis de Colonia Doctoribus præsentibus numerauit Decanus octo libellas 8lt.

Visa quittancia. Capellano, Diacono & cantoribus pro sacris & obitibus celebratis per menses augustū, septembrem, octobrem Nouembrem & decembrem vt constat ex acceptilatione numerata sunt quadraginta vna libellæ cum quatuor assibus 41lt. 4s.

Visa quittancia. Bidellis ijsdem sacris ministrantibus vt constat acceptilatione 4lt. 16s.

Capellano Diacono & cantoribus pro sacris & obitibus celebratis mēsibus Januario februario & martio vt constat acceptilatione 35lt. 10s.

Bidellis per id tempus ministrātibus vt ex acceptilatione constat 4lt.

Visa quittancia. Capellano Diacono & cantoribus pro sacris, & obitibus celebratis mensibus aprili maio & Junio persoluit decanus 27lt. 12s.

Bidellis ministrantibus vt ex acceptilatione videre est 3lt. 4s.

Visa quittancia. Capellano Diacono & cantoribus pro sacris & obitibus mensibus augusto septembri & octobri celebratis 1664. numerauit decanus 18lt. 10s.

Bidellis ministrantibus vt ex acceptilatione probatur 3lt.

Visa quittancia. Roberto Pepin Bidello maiori pro impensis factis die 5. decembris quo prioris decanatus rationes dispunctæ sunt persoluit decanus 15lt.

Eidem Bidello numerauit Decanus pro azymo pane, vino, charta pennis & atramento per annum suppeditatis, tum pro sacris linteis purgatis vt constat ex eius acceptilatione 29lt. 10s.

francisco Creté cerario pro cereis in die festo purificationis B. Mariæ distributis vt constat ex eius acceptilatione numerauit decanus 209lt. 10s.

Eidem pro cereis & funalibus renouatis in die festo Sti. Lucæ 20lt. 12s.

Doctoribus singulis in die festo B. Lucæ numerauit Decanus viginti asses centum & octodecim ac Bidellis vt surgat summa 118lt.

Pro oblatione singulis Doctoribus præsentibus Cantoribus & chori pueris signatum assem Decanus numerauit cum autem numeratus sit eidatus nonaginta duobus fit summa sex libell. cū 5. ass. 6lt. 5s.

Caput 5um. Expensi Ordinarij In supplicaoibus Vniuersitatis.

Die veneris 14. decembr. 1663. In supplicaoe Vniuersitatis ad D. Andreæ ab arcubus viginti tribus Doctoribus singulis & Bidellis decanus numerauit asses quindecim et pro oblatione signatum assem vt ex his exurgat summa viginti libellarū cum decem assibus 20lt. 10s.

Die veneris 21. martij 1664. In supplicatione Vniuersitatis ad Beati Hilarij decanus numerauit 17lt.

Die veneris 20. Junij 1664. in supplicaoe Vniuersitatis ad D. Pauli decanus numerauit 35lt. 2s. 6d.

Die mercurij 8. octobr. 1664. In supplicatione Vniuersitatis ad Beati Ludouici in insula B. Mariæ persoluit Decanus 22lt. 10s.

Caput 6um. Expensi Ordinarij & Extraordinarij pro Rebus Academiæ.

M. Philippo Parduyno ex St. Jaque Censori diebus veneris & sabbati

Summa huius paginæ est six cens trente neuf liures quinze sols six deniers

Sabbati 1a & 2. februarij vniuersitati ex more certos offerenti numerata sunt duodecim libellæ et decano duplum vnde conflatur summa triginta sex libellarum 36.tt

Die veneris 28. martij 1664. quo vniuersitas parentata est etiam manibus Cristinæ Sabaudorũ ducissæ in templo neq3 censori neque decano persolutũ est quicquam.

Die sabbati 19. Aprilis 1664. quo vniuersitas frequenti comitatu Illustriss. Archiepiscopum Sarduynũ de perefixe salutauit præsentibus doctoribus undecim Bidellis & decano numerata sunt quadraginta octo libellæ M. Philippo Sarduyno de St. jaque censori, M. Guidonj Patin. M. Jacobo Mentel. M. francisco Blondel. M. Nicolao Capon. M. Roberto Patin. M. Carolo Baralis. M. francisco Landrieu. M. Claudio Quartier. M. Carolo Patin. M. Antonio Joanni Morand. M. Joannj Baptistæ de Renelois & M. Nicolao Rainssant 48.tt

Die sabbati 9. augusti 1664. quo Eminentissimus Cardinalis Chisius vrbem ingressus est viris doctoribus qui decano sedere comites M. Philippo Sarduyno de St. Jaque censori. M. Guidonj Patin. M. Jacobo Mentel. M. Roberto Patin. M. francisco Landrieu. M. Carolo Patin. M. Joannj Baptistæ de Renelois. Bidellis & decano largitum est Nihil.

Quadraginta doctoribus in jus suffragij restitutis, singulis decanus numerauit ~~qu~~adraginta asses ex quibus conflatur summa octoginta libellarum 80.tt

Caput 7um Expensi Extraordinarij pro Reparatione Scholarum & Ædium facultatis.

Visa quitancia — Jacobo Senault latomo qui Bidelli maioris gradus nouos gypso firmauit & muniuit, contignationem instaurauit, caminj structilem fundam ibi de nouo excitauit; tabulata item duo disrupta in Ædibus maioribus gypso ex integro incrustauit ibidemque foci fundas duas condidit aliaque multa passim in vtriusq3 scholæ contignationibus ruinam minantibus restituit quemadmodum liquet ex eius acceptilatione numerata est summa ducentarum & viginti libellarum cum decem assib9 220.tt 10s.

Visa quitancia — Joannj Turi fabro lignario minutiorum operis pro cratibus fenestralibus alutolatis sex de nouo suppeditatis in Ædibus oenopolæ Bariat, Januã nouã ibidem; solidioritem ex ligno tabulato in Ædibus maioris Bidellj, fenestris tribus & asseribus vt ex eius acceptilatione constat numerata est summa centũ & nonaginta quinque libellarum 195tt

Visa quitancia — Petro Stephano Clement fabro ferrario pro varijs operibus in Ædibus oenopolæ Bariat, Bidellj maioris fenestris ferreis in scholis Inferioribus ~~[illegible]~~ & Sacello, seris et alibi passim suppeditatis vt ex eius acceptilatione constat numerata est summa centum & viginti vnius libellarum cum decem assibus 121tt 10s.

Visa quitancia — Annæ la Blanche quæ magnam partem plumbi in tecto & colliciis, tabulata stillicæ plumbatura & stanno solidauit ac opere nouo canaliculos reparauit vbique tectorũ vt ex eius acceptilatione videre est numerata sunt centum & triginta duæ libellæ cum quatuordecim assibus 132tt 14s.

Summa huius paginæ huict cent trente trois Liures quatorze sols — Joannj Brichar

Visa quitancia — Joanni Vichar lignariæ structuræ opifici qui lignariam materiam crassioris operi et suppeditavit excitandis et novo gradibus quibus via fit in conclavium novum lignaque omnia tabulati ligni numerata est summa centum et quindecim libellarū ut ex acceptilatione patet 115^{lt}.

Visa quitancia — Petro Lunide qui scholarum ædes multis in locis Michaelis Bariat Bidelli maioris & amphitheatrum tegulis & ardosiis texit exhibita est summa centum & duodecim libellarū 112^{lt}.

tribum Insularium contendentem Ex pluralitate
suffragiorum Jus illud Esse suum sed Ex consilio
patronorum universitatis DD Lambin Et Marchand
conclusum Est Jus Esse continentium

Die 24 Julij habitis In Marchiano
Comitijs Extraordinarijs actum Est de quodam
diplomate Regio quo Imponetur vectigal
Litteris Juris Canonici unanimiter Est opus Esse
intercedere

Die 3a Augusti hora sesquinona
Matutina convenit universitas apud Mathurinenses
ad Recipiendum nominationem
parochi Curiae Storum Cosmae Et Damiani
quae facta fuit a tribu Continentium nationis
Germaniae cujus Erant vices Juxta
statuta nominare Et ipsa tribus nominavit
M. Dyonisium Defita doctorem Theologum
domus Regiae Navarrae

Die 14 Augusti In Comitijs In
Marchiano habitis postquam D. Rector verba
fecit de publicis negotijs universitatis quae
propter Lites inter facultates Et nationes
Intercedentes magno saepe academiae detrimento
Et Malo aut differuntur aut negliguntur
Et omittuntur Ex quo auctoritatem ipsius Academiae
Esse uti Ex communi omnium facultatum
consensu gerantur transigantur Et conficiantur
nullam viro sibi videri debere Esse
moram a Litibus istis si modo id fiat
absque praejudicio Juris partium DD decani
praemissis protestationibus solitis contra officiarios
Ejusdem universitatis habita ratione boni
publici Et communis singulique ~~singulique~~ Et domini
procuratores 4 nationum convenerunt Et consenserunt
ut donec Litibus istis finis Imponi
possit fiat Instrumentum publicum quo constet

nactui parti Que ex hoc accrescere vel decrescere
necessarium aut decessurum, quod negotia publica
Et communia modo proposito gerantur. Et consequenter
Ita consideraverunt ut Intra sex Menses per ad
Rectorem decanis Et procuratoribus conjunctim fiat
prosecutio Litium Earumque decisio quantum fieri
poterit urgeatur quo quies Et tranquillitas Acade-
miae tandem restituatur, Ita unanimiter
quoque decreverunt Lustrari Collegia propter
urgentissimam necessitatem Et querelas quae
ad dominum Rectorem quotidie deferuntur
multa ibi agi contra Leges Et statuta Acad=
emiae nec non Et contra bonos Mores proinde
operae pretium sunt necesse Esse Magnam primum
adire Lustrare ut tam malevolis quam Juste
conquerentibus os occludatur Et scandala aut
praevaricationes aut auferantur quae Ex defectu
Lustrationis oriri dicuntur Idque sine prae-
iudicio Jurium tam facultatum quam
nationum respective quantum ad Censores
attinet. Insuper placuit Iisdem DD.
decanis Et procuratoribus Iniungi Mag.
Samueli Daccolle quaestori Aerarij publici
ut suas rationes paratas habeat Easdem
redditurus 1a die octobris atque intra 20
dies Mensis Septembris proximi Exemplaria
Earundem tradat pro more singulis decanis
Et procuratoribus qui ad Eas Examinandas
parati accedant. Postremo Augustinianis pe-
tentibus sibi de summa Mille octingentarum
Librarum quam debent ob indemnitatem ut
vocant aliquot praediorum agri academici Intra
septum suum Inclusorum aliquid remitti
Placuit praefigere summam mille sexcentarum
Librarum remissis sumptibus Litis Et ita
de omnibus Est Conclusum

Die Veneris 21 Augusti coeperunt
Lustrari Collegia universitatis Et Lustrata
sunt deinceps omnia usque ad diem Jovis 3a
septembris quo die tota Illa Lustratio absoluta
Est

Die Sabbati 5a septembris habita sunt
Comitia hora 7a Matutina in Marchiano

Abdicatum Est de iis Theologorum ob Censuras —
Amadaei Guimenaei Et Caduantij ob quas —
dicebantur a Curia Romana Excommunicati
visum Est eo iis Esse accedendum ut D. Rector —
adeat facultatem theologicam quae hodie de
comitia sua habere Et significet nomine
universitatis copiam sibi fieri Eorum omnium
quae in hac ordine facta fuissent Et quae
fierent deinceps ut de iis Materiis ipsa —
deliberet in comitiis generalibus.

Ea ipsa die horis pomeridianis retulit
Dominus Rector quid factum fuerit in
facultate Theologica Et rationem reddidit
hoc modo scilicet se Exceptum fuisse a 25 aut
30 circiter Doctoribus Senioribus Et deductum
in conventum Theologorum ab iisdem praevi—
mano a Decano sibi ipsi Exposita adventus sui
causa Inter caetera haec dixisse officij —
nostri Esse ordinarie convocare Sapientiss—
imos Decanos trium facultatum superiorum
et ornatissimos procuratores consiliarios
Et assessores nostros de quorum consilio
Et sententia tanquam Ex praescripto —
venimus huc admonituri vos ut vel
Integras vel singulas deliberationes
Etiam vestras nobiscum communicetis
quas deinde simus in Comitiis generalibus
In tota universitate communicaturi.

Die decima septembris Comitia sunt
habita in Marchiano ad colleg[illegible] Ea quae
In lustratione Collegiorum sunt deliberata
conclusum Est ut diploma fiat rerum in
hanc rem statuendarum Et Eadem die conc—
lusum unanimi Consensu ut postridie
adferretur Claves ad Regiam Navarram
ad sigillum eoe magnum Litteris omnibus
quibus opus Esset appendendum.

Eadem die Injunctum Est M. Camutij
Daccolle quaestori aerarij universitatis —
ut rationes paratas habeat Eas reddeturus
Die Divo Matthaeo sacra.

Die ij eiusdem Mensis septembris singuli Decani et procuratores convenerunt juxta conclusionem hesternam et aperta arca sigillata sunt litterae et instrumentum publicum confectum a Decanis et procuratoribus ut deinceps quoties opus esset litteras cuiuscumque generis sigillarentur sine praeiudicio facultatum et nationum hoc modo

Nos supra scripti propter urgentes necessitates et quia multi conqueruntur quod suas litteras non muniantur magno sigillo universitatis habita ratione boni publici consensimus ut litterae nominationum Magisterii et officiariorum et quarumque alia solent magno sigillo praemuniri hodie et quotiescumque se occasio dederit sigillentur salvis juribus facultatum et nationum respective datum in Regia Navarra die septemb. ij 1665 Rouillard Rector Messire Bussine Le Vignon &c.

Die secunda Octobris 1665 in Maturinensis habitis comitijs proposuit d. Rector receptionem duorum officiariorum universitatis scriptorem juratum Carolum Le Breton, et Carolum de Saumery in Librarium juratum qui admissi sunt unanimiter.

Die 3a octobris 1665 in comitijs apud Rectorem postquam admissi sunt supplicantes pro litteris nominationis conquestus d. Rector quod dominus Bussine decanus contra id quod in proximis comitijs statutum fuerat de reddendis rationibus a M. Samueli da collegit easdem reddere prohibuisset, ipse vero retinuerat propterea quod audiverat eiusmodi rationum redditioni interesse nolle officiarios universitatis de Langlet et du Boulay, de quorum electione lis pendebat in senatu unum est ad hunc rei dissidium componendum adire patronum in rebus universitatis versatissimum et unanimiter electus est

dom. Lambin, cum hac lege ut Eius Judicio
atque sententiae omnes irrevocabiliter acquies-
cerent Et Continuo idem dom. Lambin Est
consultus a d. Rectore Messis Decano
Theologiae Buffine Et Le Vignon &c.

Qui postquam utriusque partis fundamenta
Et argumenta sustulerit a domino Rectore,
deinde a d. de Buffine rationes praecipuas
pro decanorum Et facultatum Jure prout Est
Expositum Est militantes. Audivit quoque
praedicto du Boulay legente conclusiones diei
14 Augusti proxime elapsi Et alias in Eandem
rem factas. Laudata Et approbata vehementer
rerum omnium communium Universitatis
deinceps transigendarum [illegible] ab utraque
parte amice Et pacifice Lite praesertim ob
hoc quod si secus fieret Et in turbis atque con-
tentionibus Universitatem constitutam aut
constitutum diutius relinqueret fore ut
futurum Est ut non modo Inimici ipsius de
Ea facile Et Impune Triumpharent sed Et
ipsa funditus corruat Respondit hoc modo
Commune Indubitatum Et certum hoc apud
parlamentum Esse pronuntiatum Effatum Et
axioma quarumque Litigio pendente Inter
partes sine praejudicio transiguntur, Ita
Et quarumque decreta plurium Etiam annorum
a magno numero feruntur nullum alterutri
parti Jus arrogare aut derogare quam ad
decisionem Litis descenditur Eorumque nullam
plane rationem haberi, Atque ita nullatenus
obfuturum facultatum Juribus In ulla
negotiorum communium administratione
aut rationum aerarij communis redditione
Litium prosecutione Instrumentorum Et
Litterarum Expeditione praedictorum officiariorum
prosecutam muneris sui Executione salariorumque
quae in Eo nomine debentur solutione.

Cui sententiae Et Responso DD. praedicti
Decani Et procuratores pro ut decreverant
Et convenerant ultro acquieverunt Et se sub-
miserunt &c.

Die octava 8 tobr. 1663 hora circiter 3a sigillatae sunt litterae.

Die 22 octobris In comitiis Maturinensibus electus est scilicet scriptor et publicus Universitatis Joannes du Val.

Die 20 Novembris 1664 Universitas Religiose supplicavit pro impetranda Christianissimae Reginae Matris sanitate Ad Divae Genovefae templum.

Die Veneris 12 decemb. processit Universitas supplicando ad aedes deo sacras sub Invocatione St Joannis In gravia

Die Martis 17 Martij processimus supplicando cum domino Rectore ad aedes divi Medicei sacras

Die Jovis 18 Junij Universitas Religiose supplicavit ad aedes divi Eustachij sacras

Die Jovis 8 octobris processimus supplicando ad aedes St Andreae ab Arcubus cum universitate

Tabula accepti a die Sabbati 8 Novembris 1664 In diem Sabbati 7 Novembris 1665

M. francisco Le vignon parisino Decano

Caput primum Accepti de annuo facultatis reditu

Accepit decanus a quaestoribus urbis cura et diligentia parary Joron 7 octobris 1665 — 47 lb

Accepit a Magistro antonio Morand pro annua pensione conductae domus quondam in vico divo Remigio sacram fratriam — 350 lb

Accepit a Michaele Bariat oenopola pro pensione conductarum aedium in eadem dicti Remigii fratriam — 180 lb

Accepit decanus ab haeredibus domini de Lusson — 25 lb

Caput secundum accepti a Tonsoribus Chirurgis

Hoc anno chirurgi Barbitonsores non persolverunt numerum aureum quem debent pro vectigali titulari sed tantum accepi propter jus Magisterii a

Magistro Antonio Bertrand	3 lb 12 s
Magistro Ludovico fieri	3 lb 12 s
Magistro francisco Aubert	3 lb 12 s
Magistro Joanne Michault	3 lb 12

Ab antiquis qui nondum persolverant

M. Brochant	3 lb 12 s
M Bonamy	3 lb 12 s
M. Aubert	3 lb 12 s.

Summa huius pag. 627 lb 4 s

Caput 3 accepti a Baccalaureis
In quodlibetariis disputationibus pro
Stipendiis Lectorum Et Registro

Accepit decanus a Magistro Ludovico Morin
Baccalaureo 4ᵗᵗ 12 s.
A M. Mathaeo Thuillier 4ᵗᵗ 12 s.
A M. philippo Maton 4ᵗᵗ 12 s.
A M. paulo Matot 4ᵗᵗ 12 s.
A M. petro Lombart 4ᵗᵗ 12 s.
A Magistro Raymundo finot 4ᵗᵗ 12
A M. Carolo Le Long 4ᵗᵗ 12 s.
A M. Roberto Raoult 4ᵗᵗ 12 s.

Caput 4 accepti a Baccalaureis
In eodem actu quodlibetario pro horto

A Magistro Ludovico Morin
Baccalaureo 3ᵗᵗ 4 s.
A M. Mathaeo Thuillier 3ᵗᵗ 4 s.
A M. philippo Maton 3ᵗᵗ 4 s.
A M. paulo Matot 3ᵗᵗ 4 s.
A M. petro Lombar 3ᵗᵗ 4 s.
A M. Raymundo finot 3ᵗᵗ 4 s.
A M. Carolo Le Long 3ᵗᵗ 4 s.
A M. Roberto Raoult 3ᵗᵗ 4 s.

Caput 5 accepti a Baccalaureis
In eodem actu quodlibetario pro anatomia
Et schedulis non registratis

Accepit decanus a Magistro Ludovico
Morin 16ᵗᵗ
A M. Mathaeo Thuillier 16ᵗᵗ
A M. philippo Maton 16ᵗᵗ

Summa huius pag. 〈…〉 cent dix ~~〈…〉~~ 8 ß

A M. paulo Matheo 16 ff
A M. petro Lombart 16 ff
A M. Raymundo finot 16 ff
A M. Carolo Le long 16 ff
A M. Roberto Raoult 16 ff

Caput sextum accepti a Baccalaureis In cardinalitia disputatione pro Stipendiis Lectorum et horto

Accepit decanus a M. Mathaeo Thullier Baccalaureo 10 ff
A M. Roberto Raoult 10 ff
A M. Carolo de Long 10 ff
A M. Ludovico Morin 10 ff

Caput 7 accepti a Licentiatis In actu suo doctoratus pro Negotiis facultatis

Accepit decanus a M. Crescentio fagon centum et octoginta libell. 180 ff
A M. antonio Le moine 180 ff
A M. hyppolito duval 180 ff
A M. Carolo Marteau 180 ff

Caput 8 accepti a Licentiatis pro sacello

Accepit decanus a Magistro Crescentio fagon 32 s.
A M. Antonio le Moine 32 s.
A M. hyppolito du Val 32 s.
A M. Carolo Marteau 32 s.

Summa [illegible] pag. [illegible]
quaranta [illegible] [illegible] [illegible]

Caput 9 Accepti Extraordinarij
Ex Reliqua pecunia praesentibus numerata
In actibus quodlibetariis

Restant ex pecunia numerata a M. petro
Logicae In actu primo quodlibetario
de qua extra ordinem disputavit die
Jovis 13 Novemb. 1664 ob absentiam decem
Et 4 doctorum 36 tt

Restant In actu 2 primiae quodlibetariae
de qua disputavit M. Jacobus de Bourges
die Jovis 27 Novembr. Extra ordinem
ob absentiam decem Et 8 doctorum 60 tt

Restant In actu 3° primae quodlibetariae
de qua disputavit Extra ordinem die
Jovis 13 January M. Crescentius fagon
ob absentiam decem doctorum 40 tt

Restant In actu 4 primae quodlibetariae
de qua disputavit Extra ordinem 12 febru
M. antonius Le Moine ob absentiam
decem doctorum 40 tt

Caput 10 accepti a Quaestore
Universitatis pro honorario quatuor
professorum

Accepit Decanus a M. Samuele daccolle
quaestore Universitatis mille Et sexentas
Libellas in singulos professores scholae
distribuendas 1600 tt

Summa hujus pag. dix sept cent
quatre vingt seize livres

Summa totius accepti est de la som
de trois mil trois cent
quatre vingt livres

Tabulae Expensi a die 8 Novemb.
1664 In diem Sabbati 7am Novemb.
1665

M. Francisco Le Vignon decano

Caput 1 Expensi ordinarii

Persolvit decanus M. Antonio Morand
Ex decano pro decreto honorario et pecunia
illi a facultate debita summam duorum
Millium librarum trecentis 7 libellis ₶ 2307 ₶ 11 s
et undecim assibus

Caput 2 Expensi ordinarii

Pro honorario professorum

Visa apocha — Persolvit decanus M. Antonio de Sartes Pathologiae professori nonaginta libellas 90 ₶

Visa apocha — M. Nicolao Lienard physiologiae professori 90 ₶

Visa apocha — M. Carolo Baralis rei herbariae professori 90 ₶

Visa apocha — M. Philippo Doute chirurgiae professori 90 ₶

Caput 3um Expensi ordinarii
pro Refusionibus

Persolvit decanus M. Francisco Guenault antiquiori Magistro et Christianissimae Reginae Medico primario pro cura refusionum 4 ₶

M. Antonio de Sartes pathologiae professori 40 s.

M. Nicolao Lienard physiologiae professori 40 s.

M. Carolo Baralis rei herbariae professori 40 s.

M. Philippo Doute Chirurgiae professori 40 s.

Summa huius pag. [illegible] deux mil six cent soixante dix neuf livres douze sols

M. Cypriano hubaut pharmaciae professori 40 s.
M. petro de Mersanne pharmaciae professori 40 s.
M. Nicolao Richard Censori 40 s.
4 ††
Decano

Caput 4 Expensi ordinarij et Extraordinarij pro rebus sacris

Presbyteris Cantoribus praesentibus doctoribus et duobus Bidellis die 18 Novembris propter celebratum anniversarium pro anima quondam M. Guillelmi Dupont doctoris Medici et decani numeravit decanus viginti quinque Libellas 25 ††

Die 14a Aprilis pro anniversario M. Michaelis de Colonia numeravit decanus praesentibus doctoribus 8 ††

Visa — Capellano diacono et Cantoribus pro sacris celebratis per mensem Novembrem et decembrem ann. 1664 numeravit decan. ut constat ex acceptilatione 31 †† 10 s.

Visa — Bidellis ijsdem sacris ministrantibus ut patet ex acceptilatione 5 †† cum 5 s.

Visa — Bidellis quod ad viminalia ... doctoris domum Cereos detulerint ut decreverit facultas et patet ex acceptilatione numeravit decanus 4 ††

Visa — Capellano diacono et Cantoribus pro sacris celebratis mense Januario februario et Martio 1665 numeravit decanus ut constat ex acceptilatione 50 †† 16 s.

Visa — Bidellis ijsdem sacris ministrantibus ut videre est ex acceptilatione 8 †† 5 s.

Summa Cujus ... Cent quarante six Livres ... Solz

Visa a porta — Capellano diacono atque cantoribus pro sacris solemniter celebratis per menses Aprilem Maium Et Junium ut constat Ex acceptilatione numeravit decanus 52 lb

Visa a porta — Bidellis iisdem sacris inservientibus ut Ex acceptilatione constat 5 lb 12 s 6 d.

Visa — Roberto Pepin Maiori Bidello facultatis pro sacris Linteis purgandis pro pane Missali Et vino per annum Exhibitis numeravit decanus ut patet Ex acceptilatione 4 lb 8 s.

Visa a porta — Joanni Avalaz Cerario pro cereis In die festo purificationis beatae Mariae distributis Juxta decretum facultatis numeravit decanus ut patet Ex acceptilatione 167 lb 14 s.

Doctoribus singulis in festo divi Lucae numeravit decanus viginti asses itaut pro centum Et viginti lb Exurgat summa centum Et viginti libellarum 120 lb

Pro oblatione singulis doctoribus praesentibus cantoribus chori et pueris etc. numeravit decanus assem [illegible] Et numerari Exurgit summa sex libellarum etc. 6 lb

Caput 5 Expensi ordinarii In supplicationibus Universitatis

Die Jovis 20 In supplicatione Universitatis ad Divae bononiae templum viginti doctoribus Et duobus bidellis numeravit decanus quindecim asses Et unum solidum unde fit summa 17 lb 17 s 6 d.

Die Veneris 12 decembris In supplicatione universitatis ad aedes deo sacras sub Invocatione Sti Joannis In gravia 30 doctoribus Et duobus bidellis numeravit decanus viginti asses Et unum solidum unde Exurgit summa 34 lb

Summa huius pag. trecentae quadraginta vigint [illegible] libellae novem solidi

Die Martis 17 Martij In supplicatione universi=
=tatis ad ædes dnio Medorico faciat uno et trigin=ta
doctoribus numeravit decanus viginti asses et
unum solidum unde surgit summa 35lt 1s 3d

Die Jovis 18 Junij In supplicatione universitatis
ad ædem sacram dni Eustachij triginta
et duobus doctoribus cum duobus bidellis nu=
meravit decanus viginti asses cum uno solido
unde fit summa 36lt 2s 6d.

Die Jovis 8 octobris In supplicatione univer=
sitatis ad templum Dni Andreæ ab
arcubus 28 doctoribus cum duobus bidellis
numeravit decanus quindecim asses cum uno
solido unde fit summa 24lt 7s 6 den.

Caput sextum Expensi ordinarij
Et Extraordinarij pro rebus academicis

Magistro Antonio Morand qui per duos
dies integros Rectori cereos solito more
oblatum ituro præbuit comitatum numeravit
decanus 12lt
decano duplum 24lt

Caput 7 Expensi Extraordinarij
pro reparatione scholarum atque ædium
facultatis.

Visa apocha — Jacobo henault Latomo qui multa in scholis
alijsque locis gypso munivit et restauravit
numeravit decanus quindecim libellas ut 15lt
recdes est ex illius acceptilatione

Visa apocha — Joanni Thuri fabro Lignario pro januis
et fenestris restauratis ligneis ædibus
numeravit decanus ut patet ex illius acceptilatione 20lt

Summa hujus capit. [illegible] sex [illegible]
[illegible] solid. [illegible]

Visa a porsa — Margarita Blet vidua Joannis Clement fabri ferrarij pro varijs operibus in scholis Et alibi passim suppeditatis numeravit decanus ut videre Est Ex Eius acceptilatione 23lt

Visa a porsa — Joannis Meaume vitreorum specularium artificis qui scholae vitreas et superioris fenestras vetere et muniuit Et restauravit numeravit decanus ut legere Est Ex Eius acceptilatione 55lt

Caput Expensi ordinarij Et extraordinarij pro rebus Et negotijs facultatis

Visa a porsa — Viatoris apparitori cognomine Le Masson qui multo stipatus satellitio E domo et manibus cujusdam Chirurgi Regij cognomine Tamponet [illegible] cadaver Eripuit numeravit decanus ut patet Ex illius acceptilatione centum Et novem libellas cum decem assibus 109lt 10s.

Visa a porsa — Clarissimo patrono domino Chorneau pro honorario a tribus aut quatuor annis illi debito numeravit decanus ut constat Ex illius acceptilatione centum Et viginti Libellas 120lt

Visa — Quaestori qui vijs purgandis praeest numeravit decanus quatuor libellas cum 14 assibus ut patet 4lt 14s.

Visa — Roberto Pepin Maiori bidello ~~[illegible]~~ numeravit decanus pro impensis rationum M. Antonij Morand Exdecani ut patet Ex acceptilatione quindecim libellas 15lt

Visa — Roberto Pepin Maiori Bidello 18 februarij numeravit decanus 9 libellas pro ligno in comitijs subministrato Et multis decretis aduersus pharmacopaeos descriptis ut videre Est 9lt

Summa huius pag. [illegible]
[illegible] quatuor sol.

Visa aposa — Roberto Pepin Majori Bedello qui per annum suppeditavit chartam pennas atramentum in comitiis diebus sabbati numeravit decanus ut legere est ex accepti latione quindecim libellas 15 ℔

Visa — Roberto Pepin qui decreta a facultate lata doctoribus significavit numeravit decanus ut constat viginti duos solidos cum sex denariis 22 s. 6 d.

Visa aposa — Typographo Muguet pro typis editis judicibus doctorum omnium numeravit decanus ut ex illius accepti latione habet triginta sex libellas 36 ℔

Visa aposa — Typographo Muguet persolvit decan. pro M. Philberto Morisset olim decano septuaginta libellas ut ex accepti latione constat 70 ℔

Visa aposa — M. Joanni de La Goutte in senatu cognitori pro lite adversus chirurgum barbitonsorem cognomine Tamponet et quod duo decreta adversus M. Philbertum Morisset obtinuerit numeravit decanus ut legere est ex accepti latione quadraginta sex libras 46 ℔

Aerario Joron cujus sedulitate accepit decanus a quaestoribus urbis debitum numeravit decanus quadraginta et 47 ℔
7 assis

Amanuensi Litigatoris clarissimi domi Ferrand ut adversus M. Philbertum Morisset obtineret senatus decretum numeravit decanus tres libellas 3 ℔

In conducendo curru ut judicibus gratias ageret de lite confecta adversus pharmacopaeum cognomine de Mars decan. numeravit sex libellas 6 ℔

Summa hujus pag. cent soixante dix-neuf ℔ [illegible] cinq sols six deniers

Vsa aposa Quaestori Universitatis M. Samueli Daccolle pro obstructi fundi annua mercede numeravit Decanus ut patet Ex accepti Ratione ducentas quinquaginta Libellas 250 ₶

Decano ob varios Labores pro facultate susceptos 60 ₶

Caput 9 Expensi pro honorario professorum facultatis

Professoribus Scholae Decanus numeravit mille et sexcentas Libellas ut ex eorum scripto patet quam summam sub Camerdue a quaestore universitatis M. Samuele Daccolle acceperat his scilicet [illegible] 1600 ₶

M. Claudio Germain 200 ₶

M. Claudio Le Vasseur 200 ₶

M. Rolando Morlet 400 ₶

M. Guill. petit 200 ₶

M. Joann. Barbe 200 ₶

M. Germano Murenne 200 ₶

M. petro le Large 200

M. Armandus des Mamerillans nondum accepit quas reddi accipere debuerat ducentas Libellas a domino Blondel repetendas qui eas habet penes se

Li Vignon [illegible]

summa primae pag. [illegible] dix ₶

summa totius expensi est deux mil huict cens neuf livres onze sold neuf deniers

summa itaque expensi superat summam accepti de la somme de deux mil quatre cens vingt neuf livres onze sold neuf deniers

quae debetur Domino Decano

Decretum fuit illi in iisdem comitiis honorarium certum quinquaginta libellarum ex ratione [illegible] probata fuerunt ab

omnibus Doctoribus praesentibus

Bryart — Jagrie — Thenart

Mont — Mathieu — Courtois

de Mercenne — Morand

Mondau — Denisau

Gallais — Carrion

Delaën

C. Brient — Lemaistre

Robin — Duval — Tardy

Marteau — Thibault — Liscard

Legaigneur — De Bourges — boullot — Langlois

Laval — Morand

Delaën — Rouel

Ruffin — Mauvey

Mauvillain — Porreau

Perreau — N. Langlois

Commentarius rerum in facultate Medicinæ et Academia parisiensi gestarum Cum tabulis accepti et expensi a die Sabbati 7 Novembris 1665 In diem 6am Novembris 1666 Francisco Le Vignon parisino iterum Decano

Die Sabbati 7a Novembris 1665
convocatis speciali articulo ut moris est
Doctoribus omnibus hora 9 post sacrum ad
Eligendos decanum et professores Francisci Le Vignon
decanatus uno omnium ore et plausu in annum
Est prorogatus, quo facto Electores quinque sorte
sunt creati majoris ordinis M. Franciscus
Bouronnier M. Claudius Guerin et M. Paulus
Courtois, Minoris ordinis M. Antonius de
Sartes et M. Hermanus Huraux qui præstito
In manus decani sacramento secesserunt in
Sacellum viros idoneos et doctrina conspicuos
Electuri, ibique unanimi consensu designarunt
Medicinæ professores M. Petrum de Mersenne
M. Franciscum Landrieu M. Ludovicum
Gallais, professores Chirurgiæ M. Petrum Logier
M. Franciscum Douet M. Jacobum le Meneste
Professores pharmaciæ M. Jacobum Mentel
M. Petrum le Mercier M. Claudium Quartier
Professores botanicæ M. Rolandum Merlet
M. Dyonisium Puilon et Magistrum Dyonisium
Dodart. horum omnium doctorum nominibus

In urnam conjectis ex illa eductus est scholae professor M. petrus de Mersenne chirurgiae M. franciscus Conel pharmaciae ~~M. ...~~ M. Jacobus Mentel, Botanicae M. Dyonisius Dodart.

Eadem die multis conquerentibus quod M. Carolus Barralis professor botanicus facultate inconsulta alium in suum locum substituisset decrevit facultas et prohibuit ne in posterum professor doctus alium ~~quam~~ mittere possit nisi prius hanc gratiam petierit et obtinuerit a facultate ~~et~~ sic conclusit decanus.

Perlegit quoque decanus supplicationem Barbitonsorum togatorum et de ea re petiit ut omnes suam dicerent mentem; petebant enim cum toga et pileo quadrato admitti; tandem ea praevaluit opinio adeundum consultissimum patronum et illius judicium esse sequendum.

Eo ipso die M. franciscus Bouvonnier ... quia ipse fuerat horis matutinis immemor et aegre ferens non electum fuisse suum filium in professorem per appariorem subtractionis actum significavit decano.

Die Martis decima Novembris 1665 celebratus fuit actus pastillaria M. hippolyti du val qui candidato hanc proposuit quaestionem

Redditne praegnantes abortui obnoxias prioribus Mensibus — πολυχιμια

Et Magister Mathurinus Denyau ex inferiori subsellio proposuit M. francisco Landrieu alteram quaestionem

Redditne praegnantes abortui obnoxias prioribus mensibus — κακοχυμια

Cum superiori die insignis Latro et duae mulieres infami Laqueo vitam finissent

filius M. folix Chirurgi Regij suflicem decano porrexit libellum enixe postulans ut cadaver habere posset permisit decanus ea lege ut lantrone ut hominis cadaver uteretur, alia quippe duo foeminarum cadavera scholae et Magistro Car. patin doctore Medico debebantur sed res aliter cecidit, filius quippe dicti foelix chirurgi Regij barbitonsoria temeritate et imprudentia vi e manibus carnificis Mulieris cadaver extraxit cum id resciisset decanus et cadaver apud M. Tourbier vicarij primi barbitonsoris Regij vices gerentium asservari accersit apparitorem cognomine Le Masson et jubet ut vi e domo illa cadaver eripiat, sed ille muneris sui oblitus vel amicorum precibus aut potius nummorum spatio corruptus re infecta discessit, interim cadaver in Regiam est delatum, Quid agat decanus edit M. Carolum patin aliud cadaver Muliebre obtinuerat vocat et M. Michaelem denyau chirurgiae professorem qui sine decani licentia hominis cadaveri potitus erat, petit a M. Carolo patin facultatis nomine cadaver muliebre ea conditione ut loco illius virilis anatomem demonstraret, ille precibus decani adductus nec ignarus quid scholae deberet annuit precibus ut et Mathurinus denyau

Die Mercurij undecima Novembris hora circiter tertia M. harduinus de St Jacques cum scholae professor pathologicus M. Nicolaus Liénard ob defunctum charissimum parentem aliis negotiis esset impeditus corporis muliebris anatomiam est aggressus ea qua solet eloquentia et doctrina dissectore porro M. Merel chirurgo

Quodlibetariae quaestiones

Die Jovis 12 Novembris M. hyppolitus du Val doctor Medicus parisiensis de quaestione

quodlibetaria Extra ordinem disputavit
Respondente M. Raimundo finot Petrinensi
baccalaureo Et fuit quaestio talis affirmative conclusa

Vindicatne ab abortu venae sectio

Jussimus ut eadem die hora undecima
priusquam baccalaurei de propositis
quaestionibus Extensiore disputent Et
respondeant ut Maior Bidellus M. Rob.
pottin doctorum Medicorum regentium
facultatis nomina Et cognomina alta
voce recitet.

Sequuntur nomina Et
cognomina honorandorum
Doctorum Medicorum Regentium
In saluberrima facultate
parisiensi anno reparatae
salutis 1665

Magister franciscus guenault
antiquior scholae Magister Et
primarius Reginae Christianissimae
Medicus

M. petrus de Beaurains
M. franciscus Bouvonnier
M. franciscus piiart
M. Antonius Charpentier
M. Claudius quiquebouf
M. helias Boda
M. philipp.us harduinus de St Jacques
M. hermanus de Launay

M. Philibertus Morisset
M. Urbanus Bodineau Medicus Regius
M. Jacobus Thevart Scholæ professor
M. Guido Patin professor Regius
M. Cyprianus Hubaut
M. Nicolaus Brayer
M. Claudius Seguin
M. Gilbertus Puylon
M. Nicolaus Langlois
M. Jacobus Renault
M. Petrus hommets obiit prima Maii 1666
M. Nicolaus Mathieu
M. Jacobus Mentel pharmaciæ professor
M. Franciscus Blondel
M. Germanus Preaux
M. Claudius Germain
M. Joannes Pietre obiit 18 Januarii 1668
M. Petrus Logier
M. Franciscus Le Vignon Decanus
M. Mathurinus Denyau professor Regius
M. Petrus yvelin Regis et Ducissæ aurelianensis medicus
primarius Medicus
M. Claudius Guerin
M. Petrus [illegible]
M. Nicolaus Richard Censor
M. Nicolaus Casson
M. Martinus Akakia
M. Michael Le Mare
M. Jacobus Cauois
M. Dyonisius Joncquet horti Regii
Botanicus professor

M. Claudius Le vasseur
M. florimondus Langlois
M. franciscus faiot
M. Tussanus fontaine
M. Claudius perrault
M. Carolus Le breton
M. petrus Bourdelot
M. Stephanus Le baigneux
M. Rolandus Merlet
M. Guillelmus petit
M. petrus Moriau obijt 15 April 1666
M. paulus Courtois
M. Joannes barbe
M. Andreas Guyet
M. petrus de Merscenne
M. Michael du pont obijt 25 August 1666
M. Joannes forestier
M. Claudius Tardi
M. Simon boulot
M. Joannes hamont
M. Antonius Morand
M. Isaac Renaudot
M. Eusebius Renaudot
M. Joannes Baptista Moreau prof. Reg.
M. Stephanus Bachot
M. Bertinus dieuxivoye
M. Joannes Armand. de Mauvilain
M. petrus perreau
M. Michael de La vigne

M. Robertus patin
M. Joannes de Bourges
M. Carmanus hureau
M. Joannes Antonius bourgaud
M. Carolus Baralis
M. daniel Arbinet
M. Antonius de Cartes
M. franciscus Landrieu
M. Claudius quartier
M. Alanus Lamy
M. franciscus de La Chambre ordinarius Regii Medicus
M. franciscus Bouvonnier obiit 21 decemb. 1663
M. philippus chartier Medicus Regius Et prof.
M. Carolus patin
M. Nicolaus Morin
M. philippus Doute
M. Nicolaus Lidiard Scholae professor
M. Abrahamus Theuart
M. Aegidius Le Bel
M. Claudius de frades
M. Michael Denyau
M. Antonius Joannes Morand
M. petrus Le Large primarius Reginae Lusitanorum Medicus
M. petrus Crosse
M. franciscus Bouel Chirurgiae professor
M. Ludovicus Gallais
M. Raphael Mautin
M. Edmundus Charrier
M. fabianus perreau
M. Joannes Baptista de Rendlois

M. Dionysius Joncquet (?) Scholae profess.
M. Dionysius Dodart Rei herbariae professor
M. Carolus de Laval
M. Antonius de Caen
M. Petrus Bourdet
M. Antonius Ruffin
M. Joannes Broutt
M. Jacobus Bouionnier
M. Nicolaus Rainsant
M. Nicolaus Bonnarlet
M. Carolus Brisset
M. Jacobus Le Menestrel
M. Franciscus Boland
M. Nicolaus Robin
M. Petrus Lezar
M. Joannes de Bourges
M. Guido Crescentius Fagon.
M. Antonius Le Moine
M. Hippolytus du Val
M. Claudius Marteau
M. Joannes Baptista Ferrand. 117

Die Jouis 3ª decembris 1665
disputauit de quodlibetaria quaestione
extra ordinem M. Carolus Marteau
doctor Medicus Parisiensis respondente M.
Carolo le Long Baccalaureo Et fuit quaestio
talis affirmatiue conclusa

An Apoplexiae Jugularium sectio?

Die Jouis 17 decembris 1665 disputauit
de quodlibetaria quaestione ordine suo
Michael Marès doctor Medicus Parisi.
respondente M. Petro Lombart Eduensi

Baccalaureo Et fuit quaestio talis affirmatiue conclusa

An mulieri utero dolenti ἐπίχρωσις

Die Jouis 31 decembris 1666 disputauit de quaestione quodlibetaria ordine suo M. Martinus Akakia doctor Medicus parisiensis Respondente M. Mathaeo Thuillier Ambiano Et fuit quaestio talis negatiue Conclusa

An ineunte febri unâ cum dolore uentris opij usus phlebotomiae praeferendus

Die Jouis 21 Januarij 1666 disputauit de quodlibetaria quaestione ordine suo M. M. Nicolaus Casson doctor Medicus parisiensis Respondente M. philippo Mathon Abbauillao Baccalaureo Et fuit quaestio talis negatiue Conclusa

Estne unius naturae opus Crisis?

Die Jouis 4 februarij 1666 disputauit de quodlibetaria quaestione ordine suo M. Nicolaus Richard doctor Medicus parisiensis Respondente M. paulo Mattot parisino — Baccalaureo Et fuit quaestio talis negatiue Conclusa

An Rheumatismo Sudorifica?

Die Jouis 25 februarij 1666 disputauit de quodlibetaria quaestione ordine suo M. petrus Meroier doctor Medicus parisiensis Respondente M. Roberto Raoult Constantiensi Et fuit quaestio talis affirmatiue Conclusa

An febribus continuis qualibet euacuatio naturae lege suscepta salutaris Et Critica?

Die Jouis 4 Martij 1666 disputauit

de quodlibetaria quaestione ordine suo Mag.
Claudius guerin doctor Medicus parisiensis
Respondente M. Ludouico Morin Constantiensi
Baccalaureo Et fuit quaestio talis negatiue
conclusa.

An sit Insita alicui homini
naturaliter uis Curandi morbos

Antiquodlibetariae quaestiones
quae uulgo pastillariae nuncupantur

Die Martis decima Nouembris 1665
Celebrauit actum pastillariae M. hyppolitus
du val hora decima matutina, In quo agitata
est haec quaestio

Redditne praegnantes abortui obnoxias

prioribus	mensibus	πολυαιμία
posterioribus		καχοχυμία

Quaestionis priorem partem proposuit candidato
M. hyppolitus du val, posteriorem M. Mathu
Deniau M. francisco Landrade.

Die Martis prima decembris 1665
hora ipsa decima Matutina praedictus fuit
actus pastillariae M. Caroli Marteau In
quo haec fuit discussa quaestio

An bonum Apoplexiae
Subuenire?
febrim
paralysim

Priorem partem proposuit candidato
M. Carolus Marteau posteriorem M. petrus
Legier M. Claudio quartier.

Actus Vesperiarum

Die Jouis decima sexta septembris 1666
hora decima matutina celebratus est

actus vesperiarum M. Joannis Baptistæ ferrand Præside M. francisco Le Vignon doctore Medico parisiensi Et decano Et proposita Est hæc quæstio dissoluenda

An Antimonium { Venenum / Medicamentum

Cujus priorem partem agitandam proposuit Candidato M. franciscus Le Vignon præses Et decanus.
Alteram vero M. petrus Le Gier M. Joanni Baptistæ ferrand Licentiato

Die Jouis decima quarta octobris celebratus Est actus vesperiarum M. Matthæi Thuillier M. Mathurino Denyau præside Et hæc quæstio fuit agitata

An Cor { neruorum principium / Et omni sedes

Cujus priorem partem dissoluendam proposuit Candidato M. Mathurinus Denyau præses
alteram M. franciscus Le Vignon decanus M. Matthæo Thuillier Licentiato

Doctoratus

Die Jouis trigesima septembris 1666 hora decima Matutina renuntiatus Est doctor Medicus parisiensis M. Joannes Baptista ferrand Præside M. francisco Le Vignon decano. Et agitata Est quæstio

An vinum { absinthites / Emeticum } { tertiquartanæ

Cujus priorem partem agitandam proposuit M. Joannes Baptista ferrand nouus doctor

M. Alano Lamy.

Alteram M. franciscus Le Vignon praeses et decanus M. petro Logier qui oblitus eorum quae nuperrime in laudes sibi dixerat mutata mente in illud debaccatus est

Die Jouis 4 Nouembris 1666 hora decima matutina salutatus est doctor Medicus parisiensis M. Mathaeus Thuillier et agitata est haec quaestio M. Mathurino Denyau praeside

An febri continua erumpentibus variolis Enemata venae sectio

Hujus quaestionis priorem partem nouus doctor proposuit M. Jacobo Menestrel loco M. francisci de la chambre ordinarij Regis Medici occupati

Alteram M. Mathurinus Denyau proposuit M. francisco Le Vignon doctori Medico et decano.

Cardinalitiae quaestioes

Die Jouis 18 Martij 1666 quaestioni Cardinalitiae praefuit M. Dyonisius Jonoquet respondente M. paulo Mattot parisino Baccalaureo et haec agitata est quaestio affirmatiue

An aulicis mulieribus sanitas firmior ab equestri uenatione?

Die Mercurij 24 Martij 1666 quaestioni cardinalitiae praefuit M. Jacobus Cauois respondente M. philippo

Mathon Baccalaureo. Et fuit quaestio talis affirmative conclusa

An aestate fugacium fructuum usus innoxius

Die Jovis prima Aprilis 1666 cardinalitiae quaestioni praefuit M. Michael Marés Doctor Medicus Respondente M. Raymundo finot Baccalaureo Et fuit haec quaestio affirmative conclusa

An pueris post ~~[illegible]~~ σπερον cibi solidiores

Die Jovis 8 aprilis Cardinalitiae quaestioni praefuit M. Martinus Akakia Doctor Medicus Respondente Baccalaureo M. petro Lombart Et fuit quaestio talis affirmative conclusa

An Melancholicis merum potio salubris

Dissectiones Anatomicæ

Hoc secundo nostri Decanatus anno — tria In Theatro nostro Anatomico — dissecta fuere Cadavera

Die Mercurij undecima Novembris 1665 hora circiter tertia M. Harduin de St Jacques Doctor Medicus cum Scholæ Professor Pathologicus ob defunctum charissimum et bene de Schola meritum Parentem M. ~~[illegible]~~ Claudium Lienard alijs negotijs esset impeditus — corporis Muliebris anatomen aggressus est Ea qua solet Eloquentia et doctrina dissectore perito M. Morel Chirurgo.

Die dominica 22 Novembris

M Nicolaus Lienard bene Meriti de Schola viri domini Lienard filius Scholæ professor de omnibus corporis partibus præsente cadavere dissertissime disseruit. ut et sequentibus diebus dissectore perito M. Morel Chirurgo

Die Veneris 22 Januarij

1666 Alexander Michael Denyau — Doctor Medicus et Scholæ In Chirurgia professor corporis humani historiam et operationes Chirurgicas cadavere præsente Edocuit dissectore perito Francisco Jullet Chirurgo.

Res Gestae siue acta et Comitia tam ordinaria quam extraordinaria facultatis a die Sabbati 7a Nouembris 1665 in diem Sabbati 6am nouembris 1666

Francisco Le Vignon Parisino iterum Decano

Die Jouis XII Nouembris 1665 M. Jacobus Thevart doctor Medicus et Schola[e] professor eleganti oratione de Salutaris professionis praestantia et utilitate perorauit.

Die 15 Nouembris 1665 hora secunda pomeridiana Alexander Michael denyau doctor Medicus et Chirurgiae professor elegantissimam habuit orationem de Chirurgia Laudibus

Die Lunae 16 Nouembris 1665 Lectiones suas incoepit M. Jacobus Thevart Doctor Medicus et Scholae professor

Eadem die scriptis Illustrauit operationes Chirurgicas M. Alexander Michael Denyau doctor Medicus Chirurgiae professor

Die Martis 17 Nouembris M. Nicolaus Lienard Doctor Medicus et Scholae professor Lectiones suas incoepit

Die Mercurij 18 Nouembris 1665 Justa [illegible] manibus domini Lusson doctoris Medici

fares. Et decani facultas persolvit Et summa 25 libellarum praecentibus presbiteris Doctoribus Et bidellis viritim Est numerata

Die Jovis 18 decembris cum a paucis diebus supplicem libellum supremae Curiae porrexisset M. Jacobus Thevart doctor Medicus Et scholae professor eo fine ut In commentarijs reponerentur Et restituerentur Intercessiones temeraria manu sublatae quas una cum M. Germano hureau doctore Medico fecerat adversus quandam conclusionem 15 februarij februarij 1636 In comitijs facultatis latam nec non ut unicuique doctori Medico Licitum foret de antimonio scribere Et publice disputare cum id accepisset M. franciscus blondel aliud statim obtinuit decretum cujus haec Est summa

La Cour a receu Ledict blondel opposant a un arrest si aucun y a ordonne que le codex Et Registre de la faculte dans lequel Est Lopposition dud. Thevart seront raporte Et representé devant Monsieur ferrand Et que les parties conviendront devant Monsieur Bignon advocat general auquel ledict Thevart Et ceux qui soustiendront son opposition seront tenus de donner leurs cahiers Et memoires de leurs raisons dans huitaine pour y respondre par ledict blondel Et ceux qui soustiendront aussy son opinion huitaine apres Et qua ceste fin larrest seroit leu par le doyen dans lassemblee qui seroit tenue de faire huitaine apres. &c.

Die Lunae 21 decembris ultimum clausit diem M. franciscus Bouconnier vita charissimo Illius parente cessit decan.

Die Martis 22 decembris 1665 rationes prioris decanatus M. francisci Le Vignon visae lectae Examinatae Et uno

omnium doctorum qui aderant consensu ac suffragio sunt probatæ facultas solutam decrevit honorarium centum et quinquaginta libellarum cui conclusioni subscripsit M. franciscus Le Vignon decanus.

Eadem die conquerentibus multis de Typographo ordinario cognomine Muguet quod maiorem quam par esse summam cum theses excuderet a baccalaureis exigeret censuit facultas mutandum esse Typographum et unumquemque baccalaureum posse quem vellet ad libitum eligere

Eadem die conquerente M. Philippo hardouino de St Jacques quod professores dum publice docent anatomen in amphitheatro multa de novis illis opinionibus circa circulationem et hæmatosim adferre inutilia et quæ vera ac bene nata repugnant doctrinæ voluit facultas ut professores scholæ docendo legendo interpretando non recedant ab hippocratis et Galeni mente et sic conclusit decanus

Le Vignon

Cum noluisset decanus obtemperare decreto in suprema Curia Lato 18 decembr. 1663 licet carceres minaretur et mulcta

Die Martis 12 Januarij 1664 aliud obtinuit decretum M. franciscus Blondel quod sic habet

La cour a donné acte de la representation dudit codex et des registres et ce faisant ledict premier arrest du 18 decembre sera executé et ledit Le Vignon Doyen tenu dans trois jours faire assemblée de ladite faculté ordonnée par ledict arrest sinon ledict temps passé sera faicte assemblée par Maistre Guy patin pour estre donnez les cahiers et memoires audict sieur Vignon advocat general. &c.

Cum hanc iniuriam sibi et toti ordini his decretis illatam non ferret decanus

Supplicem supremo senatui adversus illa
decreta tam injuriose et iniuste lata
porrigit libellum periculum cum erat in mora
Tandem die 15 Januarij justum et
aequum illud habuit a summis judicibus
decretum decanus.

Arest contre Blondel

La Cour a ordonné et ordonne que sur
l'opposition dud. de vignon doyen les
parties auront audience au premier jour
et cependant surcis a l'execution desdits arrests
des dixhuit decembre et 12 janvier faict
deffences ausdits Blondel et patin de faire
aucunes assemblées jusque a ce que autrement
par la cour parties ouyes en ait esté ordonné
faict ce 15 janvier 1666.

Eadem die significatum fuit illud
decretum M. Francisco Blondel
Eadem et decanus cum M. Philippo
Harduino de st jacques et M. Jacobo
Thevart illustrissimum senatus principem
debitas acturus gratias qui nos benigne
exceptos dimisit ... operam et gratiam
pollicitus cum illi satis superque notus
esset M. Franciscus Blondel.

Die 16 Januarij 1666 M. Franciscus
Blondel aegre et moleste ferens superius
decretum iterum libellum supplicem
supremis porrigit judicibus sed furiosus
ille libellus irritus et ab aequissimis
judicibus reiectus fuit

Die Lunae 18 Januarij fato functus
est vir doctrina insignis M. Joannes
Pietre eius corpus comitante multa
doctorum caterva inhumatum est in templo
Divi Nicolai de Campis optatam det illi
Deus Requiem

Interim cum decanus nihil fieri vellet inconsulta facultate

Die Lunae 18 Januarij 1666 vocavit doctores omnes per juramentum in scholas superiores ut audirent decreta supremi senatus quae M. franciscus Blondel obtinuerat et lectionem instrumenti quo constabat dictum M. franciscum Blondel accepisse summam octingentarum et sexaginta librarum ab haeredibus dom. Marcel de qua rationem reddere debebat facultati

In his comitijs hoc decretum latum est astante M. francisco Blondel

Decretum facultatis

Die Lunae 18 Januarij 1666 facultate a Majori Bidello legitime per juramentum

decret contre Blondel — congregata ut de suis rebus deliberaret cum decanus perlegisset decreta quae M. franciscus Blondel obtinuit a supremo senatu Rogatus est frequentius M. franciscus Blondel ut amice et pacifice rem componi per aliquot ex suis collegis nominandos pateretur Id penitus recusavit in haec verba erumpens res suas non amplius esse penes facultatem, quam ob rem decrevit facultas descendendum esse in litem adversus dictum M. fran. Blondel et rogandum esse decanum ut totis viribus insurgat in eum et scholae dignitatem quam convellere nititur susti= neat vindicetque ne quid ea detrimenti patiatur

Eadem die cum etiam decanus instrumento publico comprobasset dictum M. fran. Blondel debere facultati summam octingentarum et ~~...~~ sexaginta librarum censuit facultas summo jure cum illo M. franc. Blondel esse agendum ni summam illam restituat

Et sic de duobus illis capitibus conclusit decanus et 19 Jan. decretum supremus rotulus papyri demonstravit Le Vignon

Visa a facultate constitutis supplicem libellum
21 Januarij porrexit supremis Senatoribus
Decanus
22 obtinuit sequens decretum
La cour a ordonné que les parties se
Arest contre M. Blondel
viendront au premier jour toutes choses
demeurantes en Estat
Die Sabbati 30 Januarij 1666 per
majorem apparitorum doctores omnes sunt
convocati hora 8 post sacrum de lectis
distribuendis et eligendis Examinatoribus
In proximum jubileum deliberaturi
de quibus decrevit facultas lectos esse
distribuendos solemni ritu et more et
sorte eligendos esse viros qui candidatorum
seligant Examinatores
Quae In eo cum In urnam conjecta
fuissent praesentium doctorum nomina
Electores educti sunt Maioris ordinis M.
Gilbertus puylon M. Dyonisius Jonoquet
Et M. petrus Mersenne Minoris ordinis
M. franc. Landrieu Et Alexander Michart
Decanus qui omnes Examinatores designarunt
quorum nominibus In urnam conjectis
Decanus dextra eduxit Maioris ordinis
M. petrum Le Mercier M. Joannem
barbe Minoris ordinis M. Isaacum Renaudot
Et M. Dyonisium puylon qui Examinatores
Solemni sacramento sunt polliciti se
neminem candidatorum cum favore aut
gratia Examinaturos Et sic peracta
sunt Comitia.
Die Lunae 8 februarij bene precatum
Est pro defuncto M. francisco Bouvonnier
In Sacello Scholarum.
Die 16 februarij obtinui decretum
illud supremae Curiae adversus M. franc.

Blondel

Arest contre Mre francois Blondel

La cour avant faire droit sur l'opposition ordonne qu'assemblée sera faicte de la faculté de medecine par le doyen d'icelle pour donner par les docteurs leurs advis sur le differend dont est question en presence de messieurs Henry de Refuge et Jean du Tillet conseillers de icelle devant lesquels pourront faire les parties tels requisitoires que bon leur semblera et seront les registres de la faculté representes pardevant lesdits commissaires et proces verbal dressé de l'estat d'ieux pour le tout faict et raporte estre pourveu par la cour ainsi qu'il appartiendra par raison fait en parlement le 16 febvrier 1666

Die 18 februarij justa pijs manibus M. Joannis Piete reddita sunt in sacello Scholarum

Sexta Martij ne novas turbas ut sa[?]etabat moveret M. francoisus Blondel sequi des obtinuit decretum decani

Ladicte cour a ordonné et ordonne que ledit arrest du 16e febv sera executé selon sa forme et teneur en presence de l'un des substituts du procureur general et qu'en l'assemblée ordonnée par ledit arrest tous les docteurs de ladicte faculté seront tenus de se trouver sinon en cas d'empeschement legitimes portes par les statuts de ladicte faculté fait en parlement le sixiesme Mars 1666.

Die Jovis 18 Martij scholae valuis affixum decani jussu decretum quo monebantur Medicinae Candidati ut se sisterent coram facultate die sabbati 3a Aprilis hora nona post sacrum

Die 27 Martij 1666 statuerunt senatores integerrimi DD de Refuge et du Tillet ut convocaretur M. francoisus Blondel et M. Jacobus Thevart nec non alij doctores

omnes in scholas superiores die Lunæ 29
Martij hora 2a pomeridiana

De l'ordonnance de nous Jean du Tillet
et henry de Refuge Conseillers du Roy en
sa cour de parlement et commissaires commis
par icelle en ceste partie Et a la Requeste
de francois Le Vignon coner du Roy et son
Medecin ordinaire docteur de la faculte de
Medecine et doyen dicelle demandeur en
Execution des arrests du 16 febvrier et 6 Mars
1666. Avons enjoint au premier des huissiers
de ladicte cour sur ce requis assigner
M. francois Blondel et M. Jacques Thevart
aussi docteurs de ladicte faculte au
domicille de Maistres Sauvages et Laurens
leurs procureurs a comparoir Lundy prochain
deux heures de relevee pardevant Nous
en l'eschole de Medecine pour estre presens
en l'Assemblee qui se fera des docteurs de
ladicte faculte suivant la convocation
dudict Le Vignon, pour donner tous leurs
advis sur le different du vin Emetique
dont est question en presence de Nous
et faire par les parties telles requisitions
qu'ils adviseront bon estre et veoir faire
la representation des registres de ladicte
faculte le tout suivant et au desir desdits
arrests autrement sera procede en execution
diceux tant en presence qu'absence et
Intimation faict a la Barre de ladicte
Cour le 27 Mars 1666. Signe du Tillet
et de Refuge.

Itaque monui per apparitorem har.
schedula doctores omnes

Per decreta supremi Senatus
et Juramentum

Convocentur doctores omnes in scholas

superiores die Lunæ 29 Martij 1666 hora 2ª pomeridiana ut præsentibus integerrimis supremæ Curiæ senatoribus suam de vino stibio medicato dicant sententiam Le Vignon decanus

Die Lunæ 29 Martij 1666 hora 2 pomeridiana conuenere doctores omnes Et coram supremis Judicibus post multa uerba hinc inde sed præcipue a Magistro Francisco Blondel ad nauseam dicta Et scripta Examinatis prius commentarijs suam de uino stibio medicato sententiam dixere quibus factis volentibus æquissimis senatoribus nec renuente M. Nicolao doe procuratoris Catholici uices gerente hoc decretum Latum Est a decano

Decretum saluberrimæ facultatis Medicinæ parisiensis

Die Lunæ 29 Martij conuocata speciali articulo principis senatus jussu Et per Juramentum a Maiori Bedello facultas ut de Antimonio suam ferret sententiam præsentibus Integerrimis Et æquissimis senatoribus delegatis d. d. de Refuge Et du Tillet Et M. Nicolao doe Clarissimi procuratoris Catholici uices gerente Censuit nonaginta duorum doctorum uoce ac suffragio Ex congregatis centum atque duobus inter purgantia medicamenta Antimonium numerari Et penes unumquemque doctorem Esse Id occasione data præscribere ut Et de Eo scribere ac disputare publice Ea lege ut hæc communi fiant bono Et Ego annuentibus dd. de Refuge Et du Tillet Et solo M. franc. Blondel reclamante conclusi

Le Vignon

Die Sabbati 3a Aprilis suddictis Comitijs hora 9 post sacrum prodijt supplex M. Claudius Guerin qui disertis verbis oravit ut tueret Sibi et undecim alijs Candidatis ad Baccalaureatum aspirare, tum singuli Candidati Scrutatore interrogati unoculis sunt tentati, Et illis dies est dicta a Decano Luna proxima 5 Aprilis vespertinis horis ut exhibeant Litteras magisterij artium studiorum et ætatis

Die Lunæ 5a Aprilis 1666 Electi sunt et nominati Examinatores litterarum et testimoniorum facultati a Candidatis oblatorum cum M. Nicolao Richard Censore M. Urbanus Bodineau M. Nicolaus Matthieu M. Tussanus fontaine M. franciscus Douet M. Jacobus Menestrier et M. Antonius Le Moine dedityp dictus Decanus quo redirent Candidati 10 Aprilis hora secunda pomeridiana ut resciscerent qui admitterentur ad Examen

+ — Domino Emejan Scribae Curiae quod
quatuor authoritates et monumenta in
curia prolata descripserit et suo
Chyrographo muniuerit persolut 9 lt

(In margin: Ut se uindicaret a crimine falsi quod illi Imposuerat Mr. franciscus Blondel)

Amanuensi Illius quod eadem monu-
menta et ipsos quoque commentarios
attulerit Illustrissimo Praesidi D. D. de
Champlastreux qui tunc Curiae praeerat
numerauit Decanus 40 s.

Amanuensi Domini Millet Curiae
procuratoris numerauit Idem Decan.
pro Impensis Litium ut patet Ex
acceptilatione: 37 lt 15 s

Visa — Roberto Popin Maiori Bidello pro
Calculis Italiis Impensis factis cum
22 septembris utriusque decanatus rationes
Mr. Philibertus Morisset reddens reuisauit
Decanus numerauit ut patet 4 lt

Visa — Typographo cognomine Popingue quod
Comitiorum facultatis schedulas Typis
per annum mandauerit persolut Decan. 30 lt

Quando Imminuta fuit pecunia a
Rege Christianissimo habebat Decanus
In numerato summam duorum millium
Libellarum unde Exurgit summa qua
illi debetur 66 lt 12 s

Decano ob uarios Labores ut fieri
solet 60 lt

Visa — Item Typographo Langlois ut patet Ex
acceptilatione 10 lt 10 s

Visa — Scriptori cuidam cognomine vaillant ut
patet ex acceptilatione 4 lt 16 s.

Visa — Item Amanuensi domini chesnuot ut
patet Ex acceptilatione 12 lt

Summa Eius paginae 362 lt 13 s

~~Summa Eius paginae cum de~~
~~[illegible] 13 s~~

Caput nonum et ultimum Expensi pro stipendiis et honorario professorum facultatis

Professoribus scholæ Mis Ferrean defuncto Guillelmo petit Joan. Barbe Joanni
Armando de Mauvillain Michaeli de La Vigne
M. Ant. de Sartes Aegidio Lobel et Antonio Joanni Morand
numeravit Decanus mille et sexentas libellas
ut ex eorum accepti lationibus constat quam
Visa approbata summam acceperat a domino Dacolle Quæstore
Universitatis 1600 ₶

Quos tulit et percepit fructus Decanus
ex mulctis eos retulit ad decus sacelli in
candelabris argenteis ut videre est ex accepti
latione.

Quam vero accepit summam a M. Mathæo
Theillier qui duxit ordinem licentiæ eam
insumpsit Decanus in ornamentis sacelli ut
videre est ex accepti latione.

Summa huius paginæ est de seize cent ~~ll~~

~~Hæc ratio visa lecta audita~~

Summa totius expensi est de six mil huict cens
soixante quinze livres seize sols 6 d

Summa totius accepti est de trois mil huict cens
cinquante six livres douze sols

Itaque summa expensi superat summam accepti de
trois mil dixeneuf livres quatre sols 6 d
qua debitur M. Francisco le Vignon ex decano

Hæc ratio visa lecta audita fuerunt die sabbati decima
[illegible] Januarii 1667 probata fuerunt a doctoribus præsentibus
doctores Juvilli honorarium contra quinquaginta
libellarum.

De Fagnet
De Launay
Mauvillain decanus
V. Bodineau, Morisset, F. Guenault
J. Thevenart, Derryau
Mathieu
Horstiez, Duarteau
De Jouy
J. Barbe, Barralis
Perreau
Boullot, Laval
Morand, Morand
Bruis
Courret

Thuiard

Charrier

Boylon

Duquesne

Desnoes

Goad

Crespé

Chiret

Rainssant

Bonjounier

Lorand

Robin

Legaigneur

Delaen

P. Legier

Marteau

Fayon

Petit

Perreau

Jean Baptiste Ferrand

n. Morin

Vijart

Bourg

Renaudot

Marée

Denyau

Fougerai

Lamy

Lemoine

Mauvin

Levasseur

Jeauvya

Ruffin

Le Breton

Moreau

Rachot

Fontaine

Vandrieu

In nomine patris Et filij Et Spiritus Sancti-

Commentarius primi Decanatus, Magistri Joannis Armandi de Mauuillain parisini-

Anno reparatæ Salutis humanæ millesimo — sexcentesimo sexagesimo sexto: die Sabbati sexta nouembris quæ prima est post festum Sanctorum omnium, Juxta statuta saluberrimæ facultatis; conuocatis pro more doctoribus oibus per Schedulam singulis delatam, ab apparitoribus, in Scholas superiores Eligendis decano, a professoribus: quinque Electores sorte e pileo fuerunt Educti; tres scilicet e maiori ordine siue banca, duo e minori, primi fuerunt Magistri de Beaurains facultatis subdecanus, philippus hardouinus de St Jacque olim decanus, de Schola bene meritus codicis parisiensis a stibij strenuus deffensor, helias Beda Desfougerais, vir in arte medica præstantissimus, vrbi e orbi notus: Alij vero duo Magistri Antonius Morand exdecani filius non degener, Jacobus Menestrel, qui postquam publice et coram omnibus doctoribus, Manibus Euangelio (e Magistro francisco Le vignon decano porecto) Impositis, Jurauerunt se non nisi viros probos e Idoneos tuendo facultatis dignitati Electuros; mox se se in sacellum receperunt e exorata sancti Spiritus gratia, Inter se conuenerunt tres esse facultati nominandos qui hisce difficillimis temporibus decanatum, facultatisque authoritatem animose et honorifice possent gerere et sustinere, beneque coeptis Magistri francisci Le vignon decanatu abeuntis coronidem Imponere: tres autem fuerunt facultati nominati, nempe Magister Mathurinus Desniau Senior Magister petrus Le mercier de maiori banca: Mgr Joannes Armandus de Mauuillain de minori; quorum nomina illico fuerunt in pileum coniecta et a domino De Beaurains tunc ex præsentibus antiquiore magistro multum agitata pileumque velut vrnam clausum tenente, ne quid fraudis contingeret Magister franciscus Le vignon, ut fieri amat, ex officio Immissa manu in pileum, sorte nomen Magistri Joannis Armandi de Mauuillain Eduxit, qui decanus omnibus consentientibus summa cum Lætitia renunciatus est eo magis singulari quod nullus e minori ordine fuerit ab Electoribus supra nominatis in illam dignitatem designatus; sed mox obstupuit reipublicæ medicæ

portrait de Blondel

perturbator, et vir mortalium litigiosissimus Magister franciscus Blondel, proborum integrorumque virorum osor perpetuus, omnibusque ordinis conclusionibus intercessor pervicax et indefessus qui nullis in arte medica praestantissimis clarissimis et de rege vel regia stirpe meritissimis numquam pepercit velut icto perculsus, vox faucibus haesit (nec mirum) mutusque discessit iniquo ferens animo virum in eminenti scholae dignitate constitutum suspicere quem dente canino et livore solito in praecedentibus commentariis nonnimis iniuste quam atrociter momorderat. sed quam temere et malo fecerit animo, sat ex praesenti electione constat quae omnium assensu post sex tantum annos contingit; tandem fide data accepit a Magistro francisco Le vignon decanatu abeunte veterum statutorum codicem, sigillum facultatis argenteum et humerale coccineum, claves arcae quae inclusum est maius universitatis sigillum in aede sacra collegii navarrici.

Iisdem comitiis sorte simili creati fuerunt Medicinae professor in annum sequentem Magister nicolaus Raintssant parisinus, Chirurgiae Magister franciscus Landrieu Laudunensis, Rei herbariae Magister paulus courtois meldensis olim decanus meritissimus pharmaciae in praesentem annum Magister guillelmus petit

Ea ipsa die et concione postulavit decanus novus ut vir fortis, strenuus et bene animatus Magister franciscus Le vignon parisinus tunc ex decanus censoris scholae officio, hocce biennio fungeretur quod ultro et facile a facultate impetravit

Eodem ipso die accesserunt Baccalaurei ad decanum horis pomeridianis qui blande et comiter ab eo fuerunt excepti et moniti, ut sedulo et diligenter scholae dignitati satisfacerent, et modeste in subselliis inferioribus, omnibusque in locis se gererent; doctores omnes velut praeceptores suos venerarentur; quae omnia facturos esse polliciti sunt

Adierunt quoque decanum eo ipso die facultatis apparitores, quos serio monuit decanus ne darent hocce biennio de iis occasionem conquerendi, immo ut imposterum alacriori animo et maiori cum diligentia officio fungerentur.

Die sequenti, Barbitonsores chirurgi quos vocant praepositi, pro more convenerunt gratulaturi decanatum, et polliciti sunt se semper futuros facultati obsequentes, rogaveruntque decanum ut vellet facultatis benevolentiam et amorem continuo fovere; quod pro decani nativa urbanitate

Et candore facturum esse repromisiti sed non accessit vicarius primi Barbitonsoris, nomine Lurbier qui pro communitate seu societate debebat gratulari et obsequium polliceri.

Die 9.a novembris me contuli cum Magistris Le vignon Scholæ censore Et hureau, in cubiculum primi barbitonsoris siue communitatis chirurgorum barbitonsorum Iuratorum ut Interessem examini osteologiæ tyronis dicti desforges. sed pro more chirurgorum barbitonsorum plus æquo superbientium frigidior fuit Eorum gratulatio

Die 16.a Eiusdem mensis Antiquodlibetaria siue pastillaria magistri Ioannis baptistæ ferand paritini peracta fuit; propositæ autem fuerunt quæstiones sequentes.

An { sit possibilis natura / detur } { sexus mutatio / ὕπνιν }

Soluerunt quæstiones Magister franciscus Le vignon Et Magister Alanus Lamy.

Die 18.a novembris disputauit extra ordinem de quodlibetaria nouus doctor Magister Ioannes baptista ferand paritinus Et Erat quæstio talis negatiuè conclusa

An Ingenij Diuersitas a Sexu?

Respondit Raimundus vaslet Engolismas, sed antequam ex arbitrio doctorum propositis quæstionibus (quæ quodlibeta vocantur) satisfacerent baccalaurei, facultatis maior apparitor, seu bidellus pro laudabili et veteri consuetudine et ex statuto facultatis alta voce et ex catalogo, nomina et cognomina doctorum Medicorum regentium saluberrimæ facultatis parisiensis, qui tunc vitam ducebant appelauit.

Sequuntur nomina Et cognomina Dominorum Medicorum Regentium Anni 1666.

Magister franciscus guenault Antiquior scholæ magister Et Augustissimæ galliarum reginæ Archiater.
M. petrus de Beaurains
M. franciscus Bouionnier
M. franciscus piiart
M. Antonius charpentier
M. claudius quiquebœuf
M. helias Beda desfougerais
M. philippus harduinus de st. Iacque.
M. hermanus de Launay

M philibertus Morisset exdecanus.
M. vrbanus Bodineau Medicus Regis ordinarius et Secretarius
M. Jacobus Thevart
M. guido patin
M. cyprianus hubault
M. nicolaus Brayer
M. claudius seguin Reginæ matris Archiater
M. gilbertus puilon
M. nicolaus Langlois
M. Jacobus Regnault
M. nicolaus Mathieu
M. Jacobus Mentel
M. franciscus Blondel
M. germanus preaux
M. claudius germain
M. petrus Legier
M. franciscus Le vignon
M. Mathurinus Desniau
M. petrus yvelin primarius serenissimæ Aurelianensium ducissæ Medicus.
M. claudius guerin
M. petrus Le Mercier
M. nicolaus Richard
M. nicolaus cappon
M Martinus Axaxia
M. Michael Mares
M. Jacobus gavois
M. Dionisius Joncquet
M. claudius Le vasseur
M. florimondus Langlois
M. franciscus paiot
M. Eusanus fonteine
M. claudius perrault
M. Carolus Le Breton
M. petrus Bourdelot Suecorum reginæ Archiater
M. stephanus Le gaigneur
M. Rolandus Merlet
M. guillelmus petit
M. petrus courtois
M. Joannes garbe
M. Andreas guiet
M. petrus de Mersenne
M. Joannes forestier
M. claudius Tardi
M. simon Boulot

M Joannes hamon
M. Antonius Morand
M. Isaac Renaudot
M. Eusebius Renaudot
M. Joannes baptista Moreau
M. stephanus Bachot
M. Bertinus Dieuxivoye
M Joannes Armandus de Mauuillain decanus
M. petrus perreau
M. Michael de Lavigne
M. Robertus patin
M. Joannes de Bourges
M. germanus hureau
M. Joannes Antonius Bourgoud
M carolus Baralis
M. Daniel Arbinet obiit in urbe belnensi die XV august 1668
M. Antonius de Sartes
M franciscus Landrieu
M. claudius quartier
M. Alanus Lami
M. franciscus cureau de La chambre primus christianissimi regis ordinarius medicus.
M. philippus hartier Professor Regius obiit XXV august 166[illegible] sepultus in templo S. Andreæ
M. carolus patin
M nicolaus Morin
M philippus Douté
M. nicolaus Liénard
M Abrahamus Theuart
M Aegidius Le Bel
M. claudius de frades
M Michael Desniau
M Antonius Joannes Morand
M. petrus Le Large Lusitanorum Reginæ Archiater.
M. petrus cressé
M. franciscus gouel
M Ludouicus galais
M Raphael Maurin
M. Edmundus charrier
M fabianus perreau
M Joannes baptista Reuclois
M. dionisius puylon
M. Dionisius Dodart
M. carolus de Laual.

M. Antonius de caen
M. petrus pouret
M Antonius Rufin
M. Joannes groult
M Jacobus Bouionnier
M nicolaus Rainssant
M nicolaus Bonuarlet
M carolus Brisset
M Jacobus Le Menestrel
M franciscus Corand
M nicolaus Robin
M. petrus Legier
M. Jacobus debourges
M guido crescentius fagon
M. Antonius Le Moine
M. hyppolitus Duual
M carolus Marteau
M Joannes baptista ferand. 113

Die 19ª nouembris celebratum est sacrum pro manibus Magistri Lutton doctoris medici a olim decani; qui testamento Legauit facultati annuas viginti quinque Libellas, distribuendas praesentibus doctoribus qui Interessent ante Euangelium, sacerdotibus et bidellis, accipiendas ab haeredibus: debebant autem doctores bene precari die 18ª quod simili die ad plures abiisset; sed quia ipsamet die disputabat de quodLibetaria nouus doctor M. ferand ideo haec missa pro deffuncto, die sequenti fuit celebrata.

Die 2ª. decembris disputauit ordine suo de quodLibetaria M. petrus guelin parisinus — primarius serenissimae aurelianensium ducissae medicus; respondente claudio guerin parisino — baccalaureo Et Erat quaestio talis affirmatiue conclusa

Suntne minus certa virginitatis quam conceptus signa?

Die quarta decembris supplicuit facultati M. Robertus Raoult pro vesperiis a doctoratu: cui supplicationi annuit facultas solutis soluendis a seruatis seruandis in doctoratus gratiarum actione.

Die 7ª decembris antiquodLibetariae siue

pastillaria M. Mathæi Cuillier ambiani peracta fuit quæstiones autem enodandæ fuerunt.

An fœtus in vtero trahit { Alimentum / Aerem.

Soluerunt Magister Mathurinus Desniau et Magister Antonius Le moine.

Die Iouis 9a decembris disputauit de quodlibetaria extra ordinem nouus doctor Mathæus Cuillier Ambianus — respondente michaele poinsart catalauneo Et Erat quæstio talis negatiuè conclusa

An ex chilo Lac?

fuit hæc thesis decano oblata cum conclusione affirmante quâ perlectâ subsignare recusauit decanus, tam propter doctrinæ nouitatem a scholis arcendam, quam propter illius conclusionis falsitatem: quem actum cohonestauit dominus Vallot Archiater, et tres solidas horas — Interfuit, discedens, cum Ego abeuntem prosequerer, omnia aduersus quoscumque medicastros et a facultate non prolatos præstiturum promisit, facultatis causa, Et se illius dignitati velle deinceps vbique Inseruire.

Eadem Die cum Magister Nicolaus Rainssant retulisset se in missa beatæ virginis quam natio celebrandam curat minus humaniter ab artium magistris habitum fuisse; quadore apud dominum Desnuuairs Amplissimum Academiæ rectorem qui actui aderat, grauius expostulaui ille pollicitus est quamprimum Domino Rainssant — satisfactum iri, quod postridie factum est.

Die 11a decembris supplicauit facultati Magister — Raimundus finot pro vesperiis et doctoratu cui petitioni annuit facultas solutis soluendis.

Die 14a processit Amplissimus Rector ad diui — Stephani de monte, Dominus Lalemant E conuentu S.tæ genouefæ Et Eiusdem Ecclesiæ cancellarius orationem — habuit publicam qua nihil Elegantius, nihil magis tersum fuit, quippe absentis doctoris sorbonici in vicem suffectus fuerat ab amplissimo Rectore, cuius quidem animus Erat ~~oratorem~~ palam contestari, se tanta hac in re valere ut oratorem ex quo vellet ordine apponeret, nullo Iure vel Lege coactus, ipsum inter doctores sorbonicos assumere; illi Enim paulo ante recusauerant collegium suum ab amplis. Domino Rectore ut cætera vniuersitatis collegia Lustrari posse.

Die 16a decembris disputauit ex ordine de quodlibetaria Magister Mathurinus Desniau professor regius, — respondente Dominico farcy parisino baccalaureo et Erat quæstio talis affirmatiuè conclusa

An In corpore humano, Imperium monarchicum exerceatur?

Die 23.ª disputauit ordine suo de quodlibetaria Magister franciscus Le vignon exdecanus et scholas censor, respondente claudio Briendisant aquensi Et Erat quæstio talis negatiue conclusa

Dantur ne certa virginitatis Indicia?

Die Eadem cum apud chirurgos una cum M.ʳᵒ de S.ᵗ Jacque et M.ʳᵒ Arbinet actui Interessem re perfecta, conquestus sum vehementius quod tribus ab hinc annis nihil persolutum fuisset de illa Summæ quæ quotannis postridie diui Lucæ — facultati persoluenda Erat; quare eos me admonere ut viderent, qua vellent ratione facultati satisfieri — illi responsum dedere se de toto negotio inter se cum primum conuocati fuissent acturos, quosdam enim audire qui Impudentius contenderent nullam censualem — formam facultatem habere, qua id ab illis exigerent contra ego Induxi sexdecim ab hinc annis supra centum annos perpetua nusquam Intermissa soluendi consuetudine eiusmodi censum sibi facultatem vindicare.

Die 13.ª Januarij disputauit ordine suo M.ᵍʳ petrus Legier respondente guilelmo petit constantiensi Et Erat quæstio talis affirmatiuè conclusa

An calor Innatus παντοκράτωρ?

Die 25.ª Januarij Antiquodlibetariæ siue — pastilariæ actus Magistri francisci Sorand celebratus fuit, quæstiones autem sequentes agitatæ fuerunt,

An Jecur sanguini { generando / transcolando

Doctores has quæstiones soluerunt Magister nicolaus Mathieu et Magister Joannes debourges.

Die Jouis 27.ª Januarij disputauit extra ordinem nouus doctor Magister franciscus Sorand respondente gabriele dacquet Lemouiensi Et Erat quæstio talis negatiue conclusa

An ex chilo sanguis, in corde generetur?

Die Mercurij 9.ª februarij peracta fuit Antiquodlibetaria seu pastilaria magistri — Roberti Raoult Sagiensis quæstiones propositæ — fuerunt.

An Astrologia veteribus philosophis { Inaudita? odiosa?

Doctores propositas quæstiones soluentes fuerunt præses candidato priorem, alteram Magister franciscus Blondel Magistro Edmundo Marier suffecto in locum Mri Martier ægritudine impediti.

Die Iouis 10.a februarij ~~facta fuit Antiquod libetaria siue pastillaria~~ disputauit extra ordinem nouus doctor Magister Robertus Raoult sagiensis respondente claudio Berger baccalaureo parisienti et Erat quæstio talis — negatiuè conclusa.

Estne Imperfectus qui Astrologiam Ignorat Medicus?

Die mercurij 16.a februarij facta fuit Antiquod Libetaria siue pastilaria Magistri Raymundi finot bitterensis, discussæ autem fuerunt quæstiones sequentes

An fœtus in vtero { audiat Dormiat

primam quæstionem proposuit candidato præses: — alteram vero Magister claudius guerin Magistro carolo patin.

Die Iouis 17.a februarij disputauit extra ordinem nouus doctor Magister Raimundus finot respondente henrico Mahieu baccalaureo parisino et Erat quæstio talis negatiuè conclusa.

vtrum vita sine somno?

Quæstiones Cardinalitiæ

Die Iouis 3.a Martij disputauit de cardinalitia — Magister nicolaus cappon, respondente claudio — Berger baccalaureo parisino et Erat quæstio talis affirmatiuè conclusa

An vinum vitæ, et staturæ detrahit?

Die Iouis 10.a Martij disputauit de quæstione — cardinalitia Magister Nicolaus Richard respondente claudio guerin baccalaureo parisino et Erat quæstio negatiuè conclusa.

An vita nullis Medicinæ Legibus
adstricta Breuior?

Die 17.a Martij disputauit de cardinalitia M.r
petrus Le Mercier respondente michaele poinssart
catalanæo baccalaureo et Erat quæstio affirmatiuè
conclusa

potestne Infans per plures annos In
vtero matris, Eiusque tubis sana
Superstite muliere conseruari?

Die 31.a Martij disputauit de cardinalitia M.r
claudius guerin, respondente Dominico de farcy
baccalaureo paritino et Erat quæstio affirmatiue
conclusa

An pituitosis exercitatio?

Actus vesperiarum.

Die 22.a decembris anni 1666 hora decima
matutina, celebratus fuit vesperiarum actus M.ri
Roberti Raoult sagiensis Licentiati, præside
Magistro francisco Blondel, Loco Magistri yuelin
et hæ proposita fuerunt quæstiones soluendæ.

Estne In Antimonio vis { καθαρτικὴ / καθαιρετικὴ

Magister franciscus Blondel priorem proposuit
candidato, Magister vero Mathurinus Desniau
alteram Licentiato.

1667.

Die mercurij 19.a Januarij hora decima matutina
peractæ fuerunt vesperiæ Magistri Raymundi finot
Licentiati, et præfuit Magister claudius guerin
quæstiones autem agitatæ fuerunt

An Tabidis { testudines? / Lac Asininum?

primam proposuit præses candidato, alteram vero
Magister franciscus Blondel Licentiato.

Die Jouis 12.a Maij fuere vesperiæ Magistri
philippi Mathon Licentiati et præfuit magister
petrus Le Mercier qui sequentes proposuit
quæstiones Enodandas

An aquarum metallicarum { Spadenses / Sanreginenses } { + / + saluberrimæ

priorem quaestionem candidato exposuit praeses, alteram vero Magister claudius guerin Licentiato Mro Mathon.

Die 21.a Junij fuere quoque vesperiae Magistri petri Lombard Licentiati, praeses autem Magister nicolaus Richard, quaestiones vero

An { Ignoti morbi curatio suscipienda?
{ aegri, valetudinis gratia officiose decipiendi?

praeses priorem proposuit candidato, Magister vero petrus Le Mercier Licentiato Magistro Lombard.

Die 17.a octobris vesperisatus fuit Magister Ludovicus Morin Licentiatus a Magistro nicolao cappon et sequentes fuerunt discutiendae quaestiones

An { Sanguis in pleuritide semper ex latere affecto ducendus?
{ paraliticis vinum?

Magister nicolaus cappon proposuit priorem candidato Magister nicolaus Richard Licentiato Magistro Ludovico Morin.

Doctoratus

Die 12.a Januarij 1667 pileo doctorali fuit donatus Magister robertus Raoult, praeside Magistro francisco Blondel qui suffectus fuerat in locum magistri petri guelin, sequentes quaestiones discussae fuerunt

An Antimonium crudum { nocens?
paratum { Innocens?

priorem quaestionem proposuit novus doctor Magistro Antonio Le moine qui suffectus erat in locum Mri philippi hartier, alteram praeses Magistro Mathurino Desniau

Die 3.a februarij hora decima matutina Magister Raimundus finot renuntiatus est doctor parisiensis praeside Magistro claudio guerin et quaestiones sequentes fuerunt discussae

An Aquae sanreginenses { fluori uterino?
{ sterilitati?

primam proposuit noviter Inauguratus Magistro carolo patin, alteram praeses Magistro francisco Blondel loco Magistri petri guelin.

Die martis 7.a Junij hora decima matutina renuntiatus est doctor medicus parisiensis Magister philippus Mathon praeside magistro petro Le Mercier et hae fuerunt propositae quaestiones.

An a vino { veritas?
{ Alimentum optimum?

Novus doctor priorem solvendam exposuit Magistro hyppolito duval in locum absentis Magistri nicolai morin, alteram praeses Magistro claudio guerin

Die 17.a Augusti hora solita pileo doctorali exornatus est Magister petrus Lombard, praeside Magistro Nicolao Richard et hae fuerunt discutiendae quaestiones.

An Medicus In prescribenda { vanae sectione / purgatione } { observare debeat astrorum motus? / Et Lunae quadras?

priorem recens Inauguratus doctor proposuit Magistro petro Le Mercier, Alteram Magistro claudio desfradas pro Magistro phillippo Douté a pluribus mentibus absente.

Dissectiones Anatomicae.

hocce praesenti Anno tria simul fuerunt in scholas deportata cadavera capite mulctata propter tonsorum chirurgorum solitam Insolentiam et protervitatem et qui suave Medicorum Jugum Indesinenter excutere meditantur quique nulla praetermissa occasione reverentiam et debitum facultati honorem detrectare conantur, quare a decano duo fuere ablata cadavera a barbitonsoribus chirurgis, dictis prioust et Mauriceau audacius subrepta, vi ex Jure senatusconsultorum, quibus cavetur ne barbitonsores chirurgi, aut quivis alii ausint Insalutato facultatis decano et non ab illo subsignato Libello supplice Anatomiam celebrare.

Die 13.a decembris 1666. Magister dionisius puilon scholarum professor suffectus in locum Magistri petri de Mersenne adversa valetudine Impediti, Anatomen docuit scholasticos dissecante domino Emmeres rasore chirurgo.

Die 5.a Januarii 1667. fuit ex tempore peracta Anatomia a Magistro Alexandro Michaele desniau qui extra ordinem propter cadaverum redundantiam, ~~[illegible]~~ partium omnium cadaveris humani historiam Enarravit, dissectore perito chirurgo tonsore Juillet.

Die 16.a Januarii 1667. opera chirurgica palam ac publice demonstravit magister franciscus gonel chirurgiae professor, exercitatissimo Inter omnes chirurgos tonsores Domino Morel.

Inclinante hieme hoc est 29° Martii 1667 Magister Jacobus Chevart pathologiæ professor suo defungens munere professorio ultimam perfecit Anatomiam eodem dissecante domino Morel barbitonsore chirurgo.

obitus Doctorum.

Die 16ª Januarii 1667. sepultus est Magister Cyprianus hubault, vir pius et Integerrimæ vitæ in æde Sancti Landerici.

Die 22ª Martii 1667. Magister Antonius charpentier singularis Eruditionis et melioris notæ Medicus parisiensis, de schola bene meritus, ultimum Egit diem, et fuit in templum Sanctæ marinæ sacrum deportatus et in æde diui petri a Bouibus Inhumatus, qui Legauit facultati pro sacelli ornamentis trecentas Libellas turonenses, et die 30ª eiusdem mensis bene deprecatum est suis manibus, in scholis superioribus: Interfuere autem Dominus Le Mazier defuncti gener (qui articulum extractum e testamento ab illo subsignatum decano porexit) et quamplurimi alii affines.

Die 24ª Aprilis 1667. Magister Jacobus bouionnier qui pridie abierat ad plures, sepultus fuit in templo Sancti Nicolai a campis illiusque manibus bene precatum est in sacello scholarum superiorum tertia die Maii 1667.

Die 16ª Maii subita morte extinctus est vir illustrissimus Reginæ galliarum Archiater Dominus guenault in vico Sancti germani.

Die 21ª eiusdem mensis et anni exequiæ illius fuerunt celebratæ in templo diui benedicti in quo humo mandatum fuit corpus: maxima fuit omnium fere doctorum frequentia singuli coccinea veste conuenerunt excepto Domino de St Jacque, qui, cuius viri amicitiam coluerat, eidem mortuo hunc honorem denegabat: in eadem sententia erat Mr nicolaus Richard, ambo aduersus hoc nostrum consilium obluctati, quia rem Inusitatam dicebant, spreta tamen utriusque contumacia debiti mortuo honores sunt habiti et enim huius rei author decanus existimaui, quidquid honorifici clarissimi viri manibus tribueretur id ipsum in uniuersum ordinem refundi: vixit enim guenaltius artis princeps facultatis magister antiquior, reginæ galliarum Medicus primarius, quare Jure decanus duorum hominum contumaciam illusit, cum præsertim Liberi et generi, dicti domini guenault supplices decanum adiuissent et rogauissent ut hoc testimonium per honorificum guenaltio a facultate redderetur.

Die 21.ª Augusti ultimum clausit diem clarissimus Dominus desfougerais et 22.ª sepultus fuit in templo divi Andreæ ex Arcubus.

Chamillart

Res gestæ siue Acta Et comitia facultatis A Die Sabbati sexta nouembris Anni Millesimi sexcentesimi sexagesimi sexti Ad Diem Quintam nouembris 1667.

Die 18.a nouembris 1666 hora post meridiem secunda orationem publicam habuit in scholis Inferioribus, Magister franciscus gouel chirurgiæ professor; Incepit autem scholasticos docere vigesima sexta eiusdem mensis et anni.

Die Lunæ 22a nouembris 1666. Magister dyonisius puilon, cui phisiologia docenda demandata fuerat prouincia Loco Magistri petri de Morsenne aduersa valetudine Impediti, prælegere Incepit nulla prius oratione publica pronuntiata, propter temporis breuitatem a quindecim Enim diebus ante fuerat suffectus.

Eadem die Magister Iacobus Chenart pathologiam agressus est.

Die 29a nouembris 1666 Magister dyonisius dodart Rei herbariæ professor, Incepit professorio fungi munere nulla præuia oratione publica.

1667.

Die sabbati prima Ianuarii et anni 1667. hora decima matutina, post sacrum comitiis ordinariis habitis; a decano doctoribus præsentibus fuit propositum num facultas probaret ratione diei annum Incipientis aliquid bidellis astantibus Erogare, in gratiam Laudabilis Et veteris consuetudinis ab omnibus receptæ, nusquam tamen a facultate obseruatæ, sed solummodo propter illius diei occasionem, cuius Liberalitatis nulla foret consequentia. omnes vna voce probarunt decani propositum et illico numerati sunt duobus bidellis duo nummi Argentei.

Eadem Die accessit supplex pro sua pastilaria seu antiquodlibetaria Magister franciscus Borand redux qui suo ordine quodlibetariæ primæ non præfuerat; cui supplicationi annuit facultas solutis soluendis, modo Intra septem dies omnibus faceret satis sin minus irritam esse illius expostulationem.

Die 3.º Januarij cum apud me conquestus esset dominicus farcy baccalaureus et scholarum Archidiaconus a barbitonsoribus chirurgis, quemdam nominatum prioust Juniorem, Inito cum operis et calonibus consilio, condictoque pretio cadauer hominis in suburbio sancti germani capite mulctati subripuisse. scilicet cogitabat ille et ita de se plurimis receperat propria manu publico in Loco omnes se partes dissecturum. caeterum securus decanus quid ea de re senatus consultis sancitum fuisset, quid probatura vel Improbatura facultas, cui nullum supplicem Libellum ut mos est obtulerat a decano obsignandum quo veniam Impetrasset auferendi et dissecandi cadaueris. his auditis, illico adducto mecum scholarum Archidiacono, propraetorem dicti suburbij adij, ille vero confessus est se illud cadauer restituisse et defuncti cognatis permisisse humo mandandum sicque ante Jussisse Illustrissimum praesidem dominum Le Cogneux cuius videlicet religionem falsissimo mendacio strangulati affines occupauerant, attamen si facultas cadauer redhiberi postularet, ipsumque redhibendum approbasset scripto illustrissimus praeses, se omni opera et diligentia perfecturum, ut cadauer quam primum redhiberetur: cum gratias domino propraetori debitas egissem, quod saluberrimae facultatis monitis ac voluntati tam Lubens obtemperasset, me ad dominum praesidem Infulatum Le Cogneux adiunctis in comitatum sex doctoribus contuli, qui cum rem ut gesta fuerat a me accepisset, scripto ad dominum propraetorem mandauit, ut etiam vi armata si ita opus fuisset quam primum cadauer ubiuis Lateret Inde extraheretur quocumque significassem Indagandum Inquireretur; quare illustrissimi praesidis scripto propraetori reddito, non solum ille suo assensu sed Etiam praesentia rem adiuuari et Impelli voluit, cuius ego optimae in nostrum ordinem voluntati cum annuissem, assumpto cum decem satellitibus duce suo; parentis prioust domum in qua habitabat suus ille filius, usque Lustrauimus, et nullo comperto cadauere, quippe clam alio subductum fuerat, coram parente filio carcerem et grauiores paenas sum Interminatus, ni illico cadauer restitueret: quare ille tum proprio motu, tum patre hortante cadauer cuius Jam affecta Erat dissectio, in ostium carceris deportandum curauit, quod cum denuntiatum fuisset, Jubente me et praesente; cadauer statim horis ipsis meridianis in scholas delatum fuit, in quibus Magister michael Alexander Desniau, cum Iuuenilius in factum chirurgorum Inhumanum Inuasisset, dissectionem Incoauit habita de illa oratione Domino Juillet tonsore chirurgo dissecante.

Interim eadem diligentia Institi in negotio aduersus dictum prioust perficiendo, quamob causam vehementius commotus eius parens ne si res vlterius Impelleretur quid deterius filio fieret, nullum a nos tulit responsum, cui tantum dixerim me hac de re seniorum sententiam Interpellaturum: his ita peractis, adiunctis decem doctoribus Dominum illustrissimum praesidem Le Cogneux adiui gratias acturus, quod tanto animo, tamque fortiter res facultatis gessisset, ille vero solita humanitate nos excepit, honorifice de nostro ordine sentiens.

Die 9.a eiusdem mensis et anni, dominus prioust pater nullum non mouit lapidem ne filius in carcerem detruderetur neque vero ego aut a re nostra aut ab humanitate alienum putaui hanc illi veniam concedere, his tamen conditionibus ut primo quidquid expensum fuisset hac in causa id totum filius dependeret, deinde ut idem filius domum meam adduceretur supplex, ubi coram doctoribus quos ego vellem, veniam peteret pro admisso facinore, dolorem suum hac de re grauissimum testaretur quod a debita facultati reuerentia tantum recessisset se Imposterum nihil tale admissurum, quae quidem omnia ex voluntate nostra ab illo praestita sunt eiusdem mensis et die decima quarta, ipsique Instrumentum restitui quo in carcerem damnatus fuerat cuius tamen duplicatum apud me constat a scriba suburbii sancti germani subsignatum ut in commentarios nostros refferri posset cuius haec sunt verba.

De par Monsieur Le Bailly
de s.t germain des pres.

Vous Le premier sergent de ce baillage ou autre sur ce requis a La requeste des Doyen et docteurs regents de La faculté de Medecine de La ville de paris demandeurs et complaignants, Le procureur fiscal ence baillage et Joint prenes et aprehendés au corps, ammenes et constitues prisonniers es prisons de ce bailliage Les nommés prioust que Lon dit estre filz de prioust chirurgien sur des quels on dit estre aussy chirurgien et Lautre clerc au palais deffendeurs et accusés pour estre a droit et estre ouis et Interrogés sur Les charges et Informations contre ~~luy~~ eux faites et qui ont esté veues, de ce faire vous donnons pouuoir, donné et fait soubs Le sel dudit bailliage et nous bailly et Juge susdit Le neufuiesme Januier mil six cent soixante sept.

Signé Lesné./

Die 14.a eiusdem mensis, accessit summo mane pater prioust numeraturus pecuniam expensa restituendas, tum etiam me rogaturus, horam qua vellem suam adesse filium ut veniam deprecaretur, his praesentibus doctoribus quos Eligi mihi placeret.

horam post meridiem secundam assignavi, qua ille adfuit una cum filio; attamen cum propter gravius negotium domo abesse cogerer, Domini fonteine, hureau et de Laval facultatis doctores a me nominati ut Interessent vicem meam Egere, resipiscenti Juveni voluntatem meam et facultatis Indixere, ut Imposterum caveret ne a debita reverentia usquam abesset culpam ei condonari.

Eadem ipsa die processit Amplissimus rector Dominus Desnuuairs, ad divi stephani de monte, Dominus — Lalemant E conventu sanctæ genovefæ et Eiusdem — Eclesiæ cancellarius orationem habuit publicam qua nihil Elegantius, nihil magis tersum fuit, quippe absentis — doctoris sorbonici in vicem suffectus fuerat ab Amplissimo Domino rectore, cuius quidem animus Erat palam contestari se tanta hac in re valere, ut oratorem ex quo vellet ordine apponeret, nullo Iure vel Lege coactus ipsum inter doctores sorbonicos assumere, illi Enim paulo ante recusaverant collegium suum ab Amplissimo Rectore ut cætera — universitatis collegia Lustrari posse.

Die 15.ª Eiusdem mensis cum dominicus farey Archidiaconus me monuisset rasorem quemdam chirurgum in illorum ædes cadaver morte mulctati hominis deportari curavisse ut in illo cadavere celebrarentur et palam Ederentur opera chirurgica, cumque ille nullam a me veniam deportandi Eiusmodi cadaveris, aut ullum obsignatum Libellum supplicem tulisset, secundum id quod a senatusconsultis sancitum est, quibus, chirurgis vetitum est ne ullum cadaver auferant nisi prius veniam a decano Impetraverint, statim me ad illorum ædes contuli cum ostiario supremi parlamenti, nomine pihaultrille quatuor sibi satellites adiunxerat, cumque illarum ædium — Janitorem Interpellavisset ut eas expansis portis quamprimum reseraret Et cadaver Inclusum traderet, obtemperavit — Janitor, cadaveri fuit suppositus baiulus Et in scholas — deportatum cadaver: unde redux Ego cum apud dominum Bailly chirurgorum præpositum, dictum Mauriceau Invenissem, paulo acerbius eum monui quod tantum sui oblitus fuisset officii, ut tam audax facinus sponte susceprisset; illo vero Innata abreptus Impudentia, multa vana Et futilia Egessit, Etiam si dii placet in ipsam — facultatem, cuius se Imperio Liberum fore Impudenter asseverabat, neque ab illa dissecandi cadaveris facultatem unquam Laturum, utpote qui anatomiæ docendæ ipse par esset Et eum nullo doctorum comparandus, sic ille in tanta mentis cæcitate.

Impudentia barbitonsoris dicti Mauriceau.

perendie vicorum in compitis, carbelis affixis professus est opera chirurgica se gratis Edocturum, quinetiam cartulas scholæ in postibus prope ipsa Magistri francisci gonel professoris chirurgici programmata apponi voluit ut chirurgiæ studiosos abduceret a Lectionibus professores scholarum! o singularem hominis Impudentiam et quovis supplicio dignam.

Die 17ª eiusdem mensis cum unum et alterum e præpositis suas in partes aduocasset dictus Mauriceau, et pari utrumque temeritate concitatum induxisset, ut supplicem libellum eumque duplicem, alterum societatis, alterum tyronum chirurgiæ nomine obsignatum referrent, quibus contendebant rem in crastinum diem, in forum vocandam et peragendam.

Idcirco Die 18ª summo mane dominum Talæum nostri ordinis tutorem et vindicem fortissimum adiuit decanus apud quem cum ille conquestus esset de temerario tonsorum facinore; hinc ad regiorum patronorum forum se contulit ubi relata ad illos a Domino Chemiot causa surrexit decanus et regios patronos rem totam docuit consilium eiusce modi universæ chirurgorum societati minime gratum acceptumque accidisse, utpote quod coeuntibus suffragijs procul reiiciendum omnes pene exclamassent, extare tamen inter illos quosdam nebulones, qui illud temeritate instatum, pervicacia impulsum, sua etiamnum cæcitate regiorum patronorum iustitiæ illico castigandum abiicerent, quod inde vel maxime innotescere posset; cum duo alij præpositi ex antiquo chirurgorum ordine et facultatis obtemperantiæ constanter obnoxio electi adesse noluissent: præterea illud alterum constare plurimum oculis usurpatum iugum illud asinorum miserrimum filastre et viuien infœliciter ad omnium tonstrinarum limina cæspitasse, cum ex assiduo illarum decursu nihil corradere potuisse; quo intentatæ litis expensas sustinerent. summa Talæi humanitate factum est ut res in sequentem diem prorogaretur.

Die 19ª eiusdem mensis ad regios patronos res relata fuit, recitata eam in rem senatus consulta: causa in octauum diem dilata: ex quo effectum fuit ut impudentissimus ille mauriceau, pænitendæ temeritatis dum resipiscendi spes in eo aliqua fuisset reus habitus fuerit, dilapsa sint omnia barbitonsorum consilia, corrupto scilicet cadauere neque ullam dissecandi facultatem præbente in quo illustrior et notior fuit longe maior nostri ordinis apud omnes quam chirurgorum gratia, causa enim ex facultatis sententiæ sine ulla cunctatione diiudicata est, iura om̄ia aduersus pervicacium hominum aut potius homoncionum perduellionem palam vindicata, tam fœlicem exitum præstitit singularis et inusitata decani diligentia.

Die mercurij 26ª eiusdem mensis anni 1669 hora post meridiem secunda, conuocatis per schedulam doctoribus omnibus in scholas superiores deliberaturis, super tribus articulis in schedula speciatim designatis, quorum primus fuit de distribuendis cereis in festo purificationis: secundus de lite intentata a barbitonsoribus chirurgis propter elatum cadauer quod in ædes sancti cosmæ, sine [illegible] iurisdictionis primi Barbitonsoris regij deportare curauerant non subsignato a decano libello supplice: tertius de proteruitate nominati Mauriceau qui impudenti programmate eruelut

Nunc itaque dicti Mauriceau doctorem se chirurgiæ profitentis.

doctorem chirurgiæ se insimulabat, dictisque gravioribus facultatem lacessiverat de quibus omnibus sic censuit facultas nemine reclamante, primo cereos esse pro more distribuendos, secundo litem a tensoribus chirurgis intentatam non modo sustinendam esse sed et summo iure cum eis agendum esse, tertio inhibuit facultas ne ullus doctor ineat consilium pro ægris cum dicto illo mauriceau, nisi prius impetrata venia a facultate in scholis superioribus præsente decano et doctoribus in id convocatis speciali articulo et sic conclusit decanus.

Die prima februarij amplissimo Domino Rectori comitatum præbuere decanus et Magister franciscus

✝ Le vignon exdecanus et scholæ censor dum cerei pro more Magistratibus distribuebantur; Rex et principes quibus Academia solebat offerre ab hac urbe discesserant.

Die sabbati 12.ª eiusdem mensis et anni pro more et speciali articulo congregatis omnibus doctoribus in scholas superiores ut audirent rationes posterioris decanatus Magistri francisci Le vignon exdecani eas ratas gratas et acceptas habuit facultas, honorariumque solitum illi concedendum decrevit; quibus intercessit Magister franciscus Blondel suamque intercessionem scripto ab illo subsignato, decano porrexit, petiitque ut in commentariis describeretur: facultas autem sic censuit nullo modo describendam esse in commentariis intercessionem Magistri francisci Blondel imo descendendum esse in litem nomine facultatis adversus illum et lites iam inchoatas ad exitum deducendas esse nisi brevi resipiscat et sic conclusit decanus.

Die 13.ª persolvi Magistro francisco Le vignon exdecano summam a facultate illi debitam ex rationibus auditis, redditis et acceptis ex quibus constitit illi deberi summa trium millium et novemdecim supra centum libellarum cum quatuor assibus et sexdenariis.

Die 14ª Magister franciscus Blondel qui pridie suam intercessionem decano porrexerat ab illo subsignatam dum Magister franciscus Le vignon rationes sui posterioris decanatus redderet, de novo per apparitorem casteleti decano suam oppositionem significavit, ne scilicet decanus debitam Magistro francisco Le vignon summam persolveret: decanus die sequenti acceptilationem Magistri Le vignon significavit M. Blondel qui novam litem pro more suo intentare meditabatur, et sic liti obviam ivit decanus tam cito exdecano persolvendo.

Die 25.ª habita fuere comitia speciali articulo in quibus quæ peracta fuerant pro bono pacis adversus

Magistrum franciscum Blondel fuerunt a decano proposita et enarrata; quibus intellectis, doctores omnes praesentes nemine reclamante et una voce censuerunt descendendum esse in litem aduersus Magistrum franciscum Blondel impensis et nomine facultatis, et lites inchoatas et mouendas ad exitum esse perducendas summoque iure cum dicto Magistro Blondel agendum esse et sic conclusit decanus.

Quod decretum simul et alterum latum duodecima die eiusdem mensis et anni fuerunt in forma per maiorem facultatis bidellum dictum pepin significata Domino Blondel.

Die 9.a Martij 1669. decanus pluribus comitatus doctoribus se contulit in palatium consilium initurus cum celeberrimis et melioris notae patronis, qui cum audissent quae peracta fuerant apud dominum le Verier disertissimum patronum, quem ipse Magister Blondel totius litis iudicem constituerat, libellosque supplices M. Blondel sedulo perlegissent unanimi consensu decretum facultatis probarunt contumacemque illum litigatorem esse prosequendum, et res facultatis bene cessuras existimarunt: qui patroni honorarium a decano oblatum generose recusauerunt et persoluit tantum pro consilij cubiculo.

Die 19.a eiusdem mensis hora decima matutina post sacrum, legitime fuit congregata facultas per schedulam ut moris est speciali articulo, ut doctores omnes audirent expostulationem Magistri petri de Morsenne qui supplex accessit petijtque a facultate ut vellet cum illo litem ab uno ex centum heluetijs regijs motam sustinere, propter doctoris parisiensis dignitatem, facultatis priuilegia et immunitates, cui supplicationi ultro facultas annuit et censuit subscribendum esse liti Magistri de Morsenne impensis facultatis et sic conclusit decanus.

Die 23.a eiusdem mensis, supplicando processit uniuersitas ad diuae genouefae ab ardentibus, prius habitis apud mathurinenses comitijs ut fieri amat.

Die 10.a Aprilis me conuenit charissimus et amicissimus collega noster franciscus Cureau de la chambre primus ordinarius christianissimi regis Medicus qui mihi diploma obtulit rogauitque ut in commentarijs facultatis describere vellem, quod ultro pollicitus sum, existimans e re et dignitate facultatis esse, luculentum illud et honorificum regis nostri testimonium in gratiam nostri collegae concessum (quod hactenus non contigerat) inscribere cuius haec sunt verba.

De par Le Roy

Chers et bien amés, Les bons et continuels services qui nous ont esté rendus pendant plusieurs annees par Le sieur Marin Cureau de La chambre nostre conseiller et Medecin ordinaire pour nostre personne en Labsence de nostre premier medecin, nous auroit obligé il y a quelque temps daccorder La suruiuance de sa charge en faueur du sieur francois Cureau de La chambre son fils, docteur regent en La faculté de Medecine de nostre bonne ville de paris, au profit duquel Le dit sieur de La chambre pere ayant fait entre nos mains sa demission de La dite charge de nostre conseiller et medecin ordinaire pour nostre personne en Labsence de nostre premier Medecin nous Luy en aurions fait expedier nos prouisions Le vingt quatriesme Januier dernier, et comme a cause de La dite charge il a rang et seeance en toutes occations Immediatement apres nostre premier medecin et Les premiers Medecins de La Reyne nostre tres chere espouse et que nous entendons quil Jouisse des honneurs et prerogatiues appartenans a sa charge, Nous vous faisons cette Lettre pour vous dire que vous aies a receuoir Ledit sieur de La chambre dans vos actes, disputes, assemblees, consultes et autres rencontres ou il prendera seeance et rang Immediatement apres nostre premier Medecin et premiers Medecins des Reynes ainsy qui Luy appartient a cause de sadite charge, car tel est nostre plaisir; donné a paris Le neufuiesme Jour du mois de feburier mil six cent soixante et cinq. signé Louis et plus bas de guenegaud et sur La suscription de La de La dite Lettre est escrit, A nos chers et bien amés Les doyen, anciens et docteurs de La faculté de Medecine de nostre bonne ville de paris et a Laquelle Lettre est ataché Le cachet des armes de sa Maiesté.

— Le Roy aiant esté Informé du differend dentre Le sieur de La chambre son medecin ordinaire et Le sr. esprit premier medecin de Monsieur frere unique de sa Maiesté pour raison du Rang qui doit estre gardé entre eux acause de Leurs charges Lorsquils se rencontrent ensemble pour consulter sur Les maladies des personnes qui desirent auoir Leur aduis, et sa maiesté setant fait representer Les memoires contenants Les raisons dont chachun deux apuie sa pretention, Et voulant terminer ce diferend, sa Maiesté a ordonné et ordonne veut et entend qua Ladvenir Le sr. de La chambre et ses successeurs en La charge de Medecin ordinaire de sa Maiesté precedent Le sr. Esprit et ceux qui Luy succederont en celle de premier Medecin de Monsieur tant dans Les consultations quautres occations ou il sagira des droits et prerogatiues desdites charges. fait a st germain en Laye Le huictiesme Jour de feburier 1665. Signé Louis et plus bas Le tellier.

Declaration pour le Medecin ordinaire de sa Maiesté.

Louis par la grace de dieu roy de france et de nauare a touts presents et a venir salut; comme la santé des roys doit estre tres chere et tres pretieuse a leurs suiets, Il n'y en a point qui ne doiue s'interesser a leur conseruation, ce fut sur ce fondement que les principaux officiers de la couronne et les gens du conseil du Roy henry le grand nostre tres honnoré seigneur et ayeul luy auroient fait considerer, que s'il arriuoit qu'il tumbast malade et qu'en mesme temps son premier Medecin se treuuast indisposé ou esloigné de sa personne, il seroit dans la necessité de se seruir des Medecins de quartier qui ne sont a la cour que trois mois de l'annee, ou d'appeler des Medecins estrangers qui ne cognoisteroient pas si parfaitement son temperament et ainsy ne seroient pas si instruits des choses qui luy pourroient arriuer; ce qui luy fist prendre la resolution de creer vne charge de con.er et Medecin ordinaire pour estre assiduement auec le premier Medecin, pres sa personne; obseruer ce qui se passeroit tant dans sa santé que dans ses maladies et par ce moien estre en estat de suppleer au deffault du premier Medecin, et en faire les fonctions en son absence et par consequent auoir Rang et seance Immediatement apres luy et celuy de la Reyne; mais aiant appris qu'aucuns Medecins de la faculté de paris auroient voulu depuis quelques temps disputer ce droit de preseance au S.r de la chambre qui est presentement pourueu de la dite charge de nostre conseiller et medecin ordinaire, et considerant la necessité pour laquelle elle a esté creée, l'utilité du seruice dudit Medecin ordinaire qui contribue de ses soins et de son application continuelle a la conseruation de nostre personne Royalle; desirant le maintenir dans les droits honneurs priuileges et prerogatiues qui luy appartiennent et qui luy donnent la preseance au dessus de touts les autres Medecins apres nostre premier Medecin et celuy de la Reyne nostre tres chere espouse; nous aurions le neufuiesme Iour de feburier 1665 enuoié a la dite faculté de paris vne lettre de nostre cachet, par laquelle nous luy aurions fait scauoir nostre Intention et fait cognoistre que nostre conseiller et ~~premier~~ Medecin ordinaire estant destiné pour seruir nostre personne et pour faire les fonctions de nostre premier medecin en son absence, il deuoit auoir rang et seance Immediatement apres luy et celuy de la Reyne, tant dans les actes, disputes, consultes et assemblees que touts autres rencontres; laquelle lettre auroit esté leue et communiquee a la dite assemblee qui auroit obey, et bien que cela deu contenir vn chacun dans son debuoir, le sieur Esprit premier Medecin de nostre tres cher frere vnique le duc dorleans auroit neaumoins disputé le mesme Rang et preseance audit de la chambre dequoy aiant esté Informes, nous nous serions fait representer les memoires contenants les raisons sur lesquelles chacun d'eux fondoit sa pretention et apres auoir le tout examiné en nostre conseil, par nostre ordonnance du huictiesme du dit mois de feburier dernier cy atachee soubs le contreseel

de nostre chancelerie expediee a cet effet, nous aurions ~~donné~~
ordonné qu'a ladvenir le dit de la chambre en ses
successeurs en la charge de nostre conseiller et medecin
ordinaire precederoient le sr Esprit et ceux qui luy
succederont en celle de premier medecin de nostre tres
chere et unicque frere le duc dorleans tant dans les
consultations qu'autres occations ou il sagira des droits
et prerogatives desdites charges, sur laquelle ordonnance
le dit de la chambre nous auroit tres humblement
supplié de luy vouloir acorder nos lettres necessaires
a ces causes et autres a ce nous mouvans de nostre
propre mouvement et grace speciale pleine puissance
et authorité Royalle, nous vous avons dit declaré et
ordonné disons et declarons et ordonnons par ces
presentes signees de nostre main, voulons et nous plaist
que le dit de la chambre et ceux qui seront pourveus de
la dite charge de nostre conseiller et medecin ordinaire
ayent rang et seeance et opinion deliberative —
immediatement apres nostre premier medecin et le
premier medecin de la Reyne nostre tres chere espouse
et quils precedent en toutes rencontres et en touts lieux
le dit esprit et ceux qui luy succederont en la dite
charge de premier medecin de nostre tres cher et unicque frere
le duc dorleans, Si donnons en mandement a nostre
tres cher et feal chevalier le sieur Seguier chancelier de france
que ces presentes il fasse lire et publier le sceau tenant
icelles entretenir garder et observer selon leur forme et
teneur et par les grands audianciers et controlleurs —
generaux de la chancellerie de france, registrer es —
registres de la dite audiance pour i avoir recours quand
besoin sera, Car tel est nostre plaisir, et affin que ce
soit chose ferme et stable a touiours nous avons fait mettre
nostre seel a ces dites presentes sauf en nostre chose nostre
droit et ceux de lautruy en toutes; Donné a St germain
en Laye au mois de mars lan de grace mil six cent
soixante et sept et de nostre regne le vingt quatriesme
signé Louis et sur le reply par le Roy de guenegaud et
a costé visa, Seguier; pour servir aux lettres patentes en
forme de declaration portant reglement pour le
Rang et seeance tant en general qu'en particulier entre
le medecin ordinaire du Roy, les medecins des fils de
france et autres medecins de la faculté de medecine, et
au dessoubs leue et publiee le sceau tenant de lordonnance
de Monseigneur Seguier chevalier chancelier de france
et registrees es registres de laudiance de france, moy conser
ordinaire du Roy en ses conseils destat et privé et grand
audiancier de france present a paris le dixneufviesme
de mars mil six cent soixante et sept, signé olier et seellé
du grand sceau de cire verte sur lacés de soye rouge
et verte et contre sellé./

Die 15.a Eiusdem mentis Aprilis bene precatum est manibus magistri de colonia qui testamento legauit facultati octo libellas singulis annis accipiendas ex aerario facultatis, pro suo obitu quae summa praesentibus doctoribus solet distribui; praesentes tamen doctores, duobus Bidellis eandem portionem ac doctori concesserunt, sed haec gratia numquam fuerat impertita quia nulla facta fuit bidellorum mentio in testamento illius defuncti decani.

Die 3.a Maij 1669. vicarius primi barbitonsoris regij, nomine Eurbier schedula rogauit ut quinta eiusdem mentis et anni in cubiculum Iuridictionis primi barbitonsoris regij venirem, adfuturus examinando cuidam nomine canto qui vna cum vocato Montgelee a senatu fuerat destinatus in chirurgum Xenodochij charitatis suburbij sancti germani ut dignior ex ambobus huic muneri praesficeretur.

Die 6.a quo illi examini dicta fuerat altera schedula rogauit me, Eurbier ut die sequenti in Xenodochium venirem ut examini nominati Montgelee interessem una cum magistris Le vasseur et Cressé, sic enim Iussum fuerat supremi consilij decreto quod mihi Indictum pro more non fuerat.

Quare die 7.a ab illo examine volens abfui ut pote cui Indictum non fuerat supremi consilij decretum, idcirco hac praetermissa formula, quae in eiusmodi negotijs adhiberi solet alias enim omnia fiunt Irrita tum quia videbam ab illo dicto Eurbier in facultatis maiestatem grauius peccatum fuisse qui decanum dicta hora cum in locum aduocaret, cum ille nullibi gentium decano quidquam Imponere ob audiendus sit nec ullo in negotio simili quidquam sine decani authoritate et consilio audere debeat vel dicenda hora vel loco assignando.

Eodem Die maiorem bidellum circa meridiem ad dominum Le vasseur mandaui, ut ei enuntiaret facultatis nomine, nefas esse illi examini Interesse, causam illius rei me illi expositurum: ego vero ipse eadem hora et die, Dominum cressé adiui, quem cum docuissem et nostri ordinis maiestatem Imminutum iri et maiora inde chirurgorum rebus ad illas aduersus nos promouendas momenta posse accedere, rogaui ut abesset, dum retinenda erga facultatem obseruantia chirurgi satisfecissent, quod si secus faceret me ab illo nolentem aliqui ut facultatem de care expostulaturus conuocarem, cuius bene monentem decanum audire noluisset cum de facultatis Iure et dignitate ageretur ea in re qua in decani aedibus debuisset aut in qua praetermittenda occatio non erat obseruantiae chirurgorum erga facultatem magis ac magis confirmandae.

Die 18.a mihi renuntiatum est dictos Magistros Le vasseur et cressé tam humili tamque pusillo animo fuisse ut Iurisiurandi obliti et tenendae ad extremum vnicuique doctori dignitatis suae et scholae Immemores, lucelli opinor alicuius spe ducti, turpiter mandato Locotenentis primi barbitonsoris regij fuerint obsequuti etiam non Indicto supremi consilij decreto.

Die 9.a gradum magisterii in chirurgia adeptus est vocatus gobron.

Die 10.a dictis et nominatis Barnoin, curbier et Xenodochii caenobitis significaui me aduersus Montgelee Xenodochii chirurgum nuncupatum a chirurum esse idque dato Instrumento contestatus sum.

Die 13.a conuocata fuit facultas de re Magistrorum Levasseur et cresse schedula ad singulos doctores delata per bidellum quam hic describendam putaui.

Conuocentur doctores omnes in Scholas Superiores die veneris 13.a Maii 1664 hora postmeridiem secunda, audituri domini censoris expostulationem aduersus M. M. Le vasseur et cressé qui Iuramenti Immemores et spreta facultatis authoritate stiterunt se in nosocomio suburbii sancti germani, die et hora Indictis a primi barbitonsoris regii vicario, quemdam chirurgum examinaturi, et super ea sicut et de aliis grauissimis rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi. datum parisiis 12.a eiusdem mensis et anni.

Mauuillain
decanus.

his in comitiis ambo illi admitti piaculi conscientia agitati, cum se omnem in partem vertissent ut aliquid excusatione aut venia dignum expromerent nihil illi rationi consentaneum proferre quare, praesentes et serio sunt admoniti ut In posterum saperent, decano Iubenti obtemperarent, et cum pristina pusillanimitatis eos poenituisset, ubique viderent ne quid vel Imprudentius aduersus facultatis dignitatem exciderent. Interim irritam habendam esse dicti Montgelee in chirurgi Xenodochii munus Electionem, quo extra omnem Iuris formulam habita fuisset neque quibus parere erat non Indicto supremi consilii decreto.

Die 4.a Iunii 1664. Indictum mihi fuit supremi consilii decretum, ex parte et nomine caenobitarum Xenodochii charitatis Latum, super negotio dicti Montgelee aduersus decretum facultatis; illud vero Erogatum fuit ab uno ex collegis nostris qui non minima valet authoritate apud illustrissimum galliarum cancellarium et qui partibus montgelee et cressé mirifice addictus erat

Die 17.a maioris consilii Indatum mihi fuit decretum in quo decanus nominabatur examinaturus una cum Magistro Beaurains Scholarum antiquiore magistro quemdam caenomanensem pharmacopoeum diem dixi futuro examini 21.a Iunii.

Illo die 21.a apud me examinatus fuit ille pharmacopoeus praesente me et antiquiore Magistro, examinatores fuerunt a supremo consilio nominati nempe geofroy priat, noblet et Renault, omnes antiqui pharmaciae custodes, qui examinatus fuit vocabatur michael picart, conductorem ut aiunt habuit nominatum

desiacques; qui delegatus fuerat a pharmacopeis canomanentibus nomine Aegidius, suppliciter a nobis petiit ut quaedam ipse rogando. aspiranti proponeret quod facile impetrauit eo animo ne quidquam in posterum vel aduersus illum vel aduersus michaelem picart expostulandum superesset. hic vero cumulatissime omnibus satisfecit, ab illo examine abfuit dictus geofroy etiam in magni consilii decreto nominatus, morbo enim tenebatur, quod instrumento a nobis concesso contestatum iri, petiit et impetrauit Aegidius, itaque Michael picart suffragiis consentientibus optatus est qui canomani pharmacopaeam exerceret.

Die 14a barbitonsores chirurgi pro insita et solenni temeritate nihil non ausi et ausuri si putauerint se decanum opinantem opressuros, cum circa octauam nocturnam significassent proximo mane coram Domino de Maisons causam esse dicendam in qua agebatur de illo cadauere quod ex illorum domo sublatum quondam fuerat, sed me contra rogante nullus est illis dictus dies ad causam dicendam locus.

Die 16a idem rursus atentauere, sed cum dominus Memot in forum patronorum regiorum conuenisset causam relaturus, coram domino chopin, res sic acta est ut eam coram ferialibus iudicibus agendam non esse demonstraremus, quare illa post martinalia reiecta est, neque enim aequum erat ex hominum eiusmodi arbitrio quidquam agi, quod facultatis dignitati et proprio in subditos imperio videretur desiscere.

Die 30a in forum vocaui Eurbier et propositos singulos ~~ut~~ soluendae summae trium nummorum aureorum censu, hoc enim iure gaudet facultas ab anno 1550 eique dicta summa perpetuo persoluta fuit a chirurgis ad tertium ab hinc annum.

Die 19a octobris postridie diui Lucae sacrum pro deffunctis doctoribus celebratum fuit a quo in scholam superiorem conuenere doctores singuli, hic uniuersa chirurgorum societas comparuit, per locum tenentem primi barbitonsoris regii dictum Eurbier et quatuor propositos, filastre, viuien, lescot et leaute, qui ius iurandum pro consuetudine praestitere et suam sacramento erga facultatem obseruantiam aseruere. nummum tamen aureum pro solenni censu non attulerunt propter quem lis aduersus a me sic volente facultate intentata fuerat, A Domino herue referenda ad feriales iudices; caeteris in rebus chirurgi barbitonsores

satis belle suo afuere officio defuncti, et debitam in
facultatem observantiam locupletius quam antea
hoc est præteritis annis sunt testati, sic enim dicto
Courbier insinuaveram agendum esse.

pharmacopei præfecti domus regiæ suo quoque
officio non defuerunt.

his omnibus peractis, cum intra scholæ parietes
soli superessent doctores, petijt Magister franciscus
Le vignon scholæ censor, ut singulis cuiusque mensis
primis diebus facultas conveniret, ut videret qua
ratione multa quæ quotidie in medicinæ et scholæ
dignitatem admittuntur a quibusdam graviora
emendari, et quæ passim grassatur labes in artem
honestissimam posset comprimi, præterea ut in
eodem consessu unicuique doctori liberum esset
quidquid ab ullo doctore in artis maiestatem
inhonestius commissum aut in cæteros collegas
iniuriosius dictum factumve apud ægros aut
ægrorum visendorum causa deprehendisset id
ipsum palam proponeret, Item censor petiit
antiquum adversus eos qui cum extraneis consilium
ineunt decretum renovari: omnes unanimi
consensu censoris expetitiones excepere, et utres suis
momentis diligentius expenderetur in hac omnes fuere
sententia, ut singulari seu speciali articulo super
ea re facultas congregaretur. et sic conclusit decanus.

Die 29a octobris 1664 convocati per schedulam doctores in scholas
superiores omnes convenere, hæc proposuit decanus 1o. agendum esse de confirmando
aut reffigendo decreto quod postridie divi Lucæ rogante Mro Le vignon scholæ
censore latum fuerat super congreganda facultate singulis cuiusque mensis
diebus primis, dum liberi essent et non impediti, ut doctores, ut doctores consulerent
quid illis in rebus agendum esset quæ ad ordinis decus et dignitatem pertinerent
2o. renovandum esse decretum latum Mro guidone patin decano adversus
medicastros et eos omnes qui nullo iure facultate improbante medicinam facerent 3o. adeundos
esse Dos Dos vallot, La Reynie et daubray et invitandos ut authoritate qua
valent facultatis iura et immunitates tueri vellent, hac præsertim tempestate
qua singuli magistratus in id incumbunt maxime ut suum unicuique ordini
ius servetur et restituatur emendatis quæ prava irrepsere 4o. ut videret facultas
quid agendum sibi videretur in lite quam quæstor universitatis nomine Dazole
adversus facultatem intentaverat, tum etiam de iis litibus quæ iam incoatæ aut
in posterum movendæ essent adversus barbitonsores chirurgos facultatis iugum
iniquius ferentes de quibus omnibus sic censuit facultas. primo cuiusque mensis
die non impedita doctores omnes in scholas superiores convocandos esse nulla per
bidellum missa schedula quo in conventu liberum unicuique esse futurum coram
decano et facultate exponere quæ sibi viderentur ad facultatis decus agendum
conferre, si quid in illam et illius dignitatem a quoquam peccatum compertum
habeat referre liere 2o. renovandum esse decretum decano Mro guidone patin
latum adversus Medicos extraneos et medicinam nullo iure facientes 3o. decernendos
esse comitatum decano a clibero Dominos vallot, de la Reynie et daubray eosque
nomine facultatis esse rogandos ut in communem urbis et salutis publicæ causam
velint descendere ut extra pomerium eijciantur omnes qui nullo faciendæ Medicinæ
iure ægros passim invisunt et fallunt 4o. quantum licobit humaniter cum quæstore
universitatis de lite agendum esse; summo vero iure adversus barbitonsores
chirurgos.

Mauvillain decanus
probavit literam quia fuerat
admittum decretum illud.

Res gestæ In Academia parisiensi A Die sexta nouembris 1666 ad Diem Quintam nouembris 1667.

Die 13.ª nouembris habitis in Lexouæo apud rectorem comitijs ad Lustranda collegia vniuersitatis ex decreto curiæ hinc processum est ad Sorbonam vbi dominus blanger aiens se procuratorem domus ad Ianuam operiens negauit se aditum patefacturum, idque sibi a doctoribus et proceribus domus Iniunctum, ne sineret dominum Rectorem ad Lustrandum collegium Intrare et cum nihilominus cum domino Rectore Intrare vellemus, Iussit ille fores obserari Iussitque dominus Rector huiusce contumaciæ memoriam in acta referri et apparitori curiæ parisiensis mandauit illud idem consignare ad notificandum curiæ.

hinc itum est ad collegium thesaurariorum, harcurianum et Iustitianum.

Die 17.ª nouembris Lustrata sunt hæc collegia baiocense sagiense thinnillæum et burgundicum.

Die 20.ª Lustrata sunt ista grandimontense, Eduense, geruasianum et cambracense.

Die 25.ª collegium de aue maria, tornacense, scoticum ad portam sancti victoris ad fossas vrbis, bonorum puerorum ad portam sancti victoris, Atrebacense, cardinalitium, sancti Michaelis,

Die 27.ª collegium montis acuti, fortelicum, grassinæum Remense, Lombardicum, cenomanense, Barbaranum, choleticum.

Die 29.ª nauarricum, marchianum, Laudunense, beluacense, corisopitense, sorbonæ plessæum et Lexoniense.

Die 4.ª Decembris in comitijs Lexouæis quidam canonicus regularis hungarus petijt summam sibi aliquam erogari ex ærario vniuersitatis ad subleuandam Inopiam collegarum suorum a turcis expulsorum.

Item quod officialis parisiensis requirente promotore diem dixerit domino Rectori, quæ agendi ratio hactenus Inaudita est vnanimiter decretum est ut ipsi officiali et promotori suppositis vniuersitatis dies sabbati proxima dicatur, actorum rationem edituris, sin minus actum iri cum ijs Iuxta Leges Academiæ.

Die 22.ª Ianuarij Anni 1667. decreto vniuersitatis Iussi sunt artistæ nauarrici Iussis parere primarij sui M.ri Ioannis Doye: item cum relatum fuisset de cereis deferendis An ad diui germani in Laia proficiscendum esset, placuit stare antiquis priuilegijs et consuetudini non exeundi ex vrbe nisi aliter exigerint tempora aut Rex Iusserit.

Die 5.ª februarij in Lexouæo Iniunctum est magistro philippo pourcel gymnasiarchæ pensionem Magistro Ioanni Courtin Rhetori suo persoluere.

Die 2.a Aprilis decisa est tandem Lis à Senatu de patronatu sancti cosmæ Intentata et secundum universitatem Latum decretum

Die 19.a apud Mathurinenses habita est Synodus beneficiariorum universitatis ubique placuit agere de honorario patronorum qui causam orarunt pro patronatu sancti cosmæ Scilicet d. d.nis Mareschaux et forcroy quorum utrique decreta est Summa quinquaginta Ludovicorum aureorum, placuitque triginta Judicibus supremæ curiæ qui causæ illi Interfuerunt tria offerri historiæ universitatis volumina Sumptibus eiusdem.

Die 23.a in comitiis privatis Lexoviis confirmata est conclusio facta apud Mathurinenses de honorario patronorum et munere voluminum Senatoribus offerendo Iniunctumque quæstori ærarii academici sumptus suppeditare deinde placuit ad Memoriam huius victoriæ sempiternam ob varios Labores assiduamque operam et consumptas plures dies in conveniendis et in Invisendis Judicibus et apud Senatum quamdiu causa de patronatu agitata fuit Decanis procuratoribus et officiariis quatuor Ludovicos aureos singulis distribui et Domino Rectori honorarium offerri, Dominum forcroy designari in patronum Academiæ

Die 7.a Maii In Lexoveo habitis comitiis dominus Le Juge civis parisiensis petiit sibi remitti partem Juris clientelaris ad emptionem domus in fundo Academico sed absente domino dacole quæstore nostro nihil concludi potuit, retulit D.nus Rector conqueri dominum de la Reyne quod in collegiis Academiæ Statuta Legesque universitatis non observarentur et ad ea Lustranda deputati sunt

cum apparitore qui de statu ipsorum ad universitatem referant placuitque promoveri Litem adversus Sorbonicos nisi velint se Legibus Academicis conformare

Die 21.a In Lexoveo actum de supplicatione Domini Le Juge civis parisiensis conclusumque nemine reclamante quoniam domus de qua quæstio est Jure rigoroso adiudicationis ut vocant Empta est cum Rigore quoque Exigendum esse Jus clientelare.

Die 4.a Junii in comitiis Lexoveis postquam supplicatum est pro Litteris nominationis D. Rector obtulit Lucam et Stephanum Samiel cives parisienses postulantes sibi conferri duo officia Illuminatorum sed dimidiatis sumptibus ob paupertatem placuit ea officia conferri et die sexta Junii apud mathurinenses recepti sunt et Sacramentum præstiterunt.

Die 2.a Julii in comitiis Lexoveis præsentes fuerunt hæredes deffuncti Domini duchemireux in Academia olim philosophiæ professoris, petierunt Litem quam cum universitate habent amice componi, placuit vero domini Mareschaux Judicio stari.

Die 17.a septembris in comitiis Lexoveis præsertim hæc capita deliberata et proposita, primo conficiendum esse codicem censualem

consualem quem vocant papier écrier 2°. omnium contractuum
universitatis conficienda duo exemplaria quorum unum reponatur
in tabelario alterum a quaestore servetur 3°. prosequendam litem
adversus eos qui in prato clericorum domos aedificant 4°. habitum
iri deinceps duplicia comitia sub initium cuiusque mensis. 5°. ad
solemnem cereorum distributionem decanis procuratoribus et
officiariis distribuendas in singulos dies more solito sex libellas 9°
Rectori duodecim 6°. non exituram universitatem urbem iuxta
solitum morem.

Noumillain decanus.

Ratio Accepti
Tam ordinarij quam extraordinarij In priore Decanatu Mri. Joannis Armandi de Mauuillain parisini A Die Sexta nouembris 1666. Ad Diem quintam nouembris 1667.

Caput primum
ex Annuis Reditibus facultatis

Accepit Decanus a quæstore vrbis pro centum Libellis ex vna parte, Et decem alijs Libellis ex altera, quæ singulis annis facultati debentur, pro termino cadente in vltimum Junij 1667. . . . . 27.lt 10β

A Magistro Antonio Morand pro termino Locationis maioris scholarum domus, in festo natiuitatis vltimo finito 87.lt 10β

Ab œnopola dicto Bariat minorem ædem occupante pro termino Locationis finito vltimo decembris Accepit decanus . . . . 60.lt —

A Magistro Antonio Morand collega nostro maiores facultatis ædes habitante pro trimestri pensione solita cadente in vltimum martij anni 1667. . . . . 87.lt 10β

A supra nominato Bariat œnopola pro altero termino similiter cadente in vltimum Martij . . 60.lt

A collega nostro Magistro Antonio Morand pro termino cadente in vltimum Junij 87.lt 10β

A Domino Bariat œnopola pro more accepi, pro termino suæ Locationis similiter cadente in vltimum Junij 1667. . . . . 60.lt —

Ab eodem domino Bariat pro duobus terminis — sequentibus nihil accepit decanus quia persoluerat facultati summam illam per antecessum, conductionem — ædium renouando, quæ summa debebat Imminui — duobus vltimis terminis conductionis propterea . . nihil

Die 13a. Maij ex decreto facultatis renouata est conductio minoris domus quam occupat a pluribus — annis œnopola dictus Bariat pro nouem sequentibus annis et per antecessum simul duos persoluit terminos in gratiam renouationis sicut fecerat in altero pacto Inito cum Magistro francisco Blondel, quæ — summa sicut antea factum est Imminuentur postremis

Summa hujus paginæ est de quatre cens soixante dix livres

470.lt

duobus huiusce reconductionis terminis 120.tt

Accepit decanus a Magistro Antonio Morand pro trimestri pensione ædium maiorum facultatis, cadente in vltimum Septembris summam octoginta[rum] et septem Libellarum cum decem assibus 87.tt 10β

Ab hæredibus Magistri guillelmi Lusson olim facultatis decani qui testamento Legauit facultati annuam et perpetuam pensionem viginti quinque Libellarum, ea conditione ut singulis annis 18.a nouembris facultas eius manibus bene precaretur et illa summa præsentibus doctoribus qui ante Euangelium Missæ adessent simul præsbiteris et bidellis distribueretur, qui ambo bidelli • partem vnam duntaxat summæ diuisæ accipere debent . . . 25.tt

Ab Apparitoribus scholæ dictis pepin et fillesac pro Locatione ædicularum . . . . nihil

Caput secundum
Accepti A Consoribus chirurgis

A communitate barbitonsorum chirurgorum qui debent facultati singulis annis nummum aureum pro Inscriptione fieri solita et anatomia crastina die festi diui Lucæ, quæ summa ab anno 1550 fuit continuo persoluta, vsque ad annum 1663 a quo in annum præsentem 1669 nihil persoluerunt, hinc Lis mota apud Iudices supremæ curiæ, Dominus Canaye designatus fuit pro illius Litis Iudice . . . . nihil

Accepit Decanus a nominato franchet qui gradum magisterii adeptus est pro Iure facultatis ex pacto Inito cum rasoribus chirurgis septuaginta duos asses cum sex denariis propterea 3.tt 12β 6d

Ab altero barbitonsore chirurgo vocato Euger similem magisterii gradum consecuto 3.tt 12β 6d

A vocato gobron qui quoque eundem gradum magisterii adeptus est nihil accepit decanus, sed multi alii sunt qui Ius illud facultati debitum non persoluerunt, Incuria decanorum ideo Litem mouit aduersus chirurgorum præpositum nomine Viuien inter rasores contumacissimum . nihil

Caput tertium Accepti
A Baccalaureis in quodlibetariis disputationibus pro stipendiis Lectorum et Registro .

Accepit decanus a Magistro Raymundo vaslet 4.tt 12β

A Magistro claudio guerin . . . . 4.tt 12β.

Summa huius paginæ est de deux cens quarante huict liures dixneuf sols cy ~~418.tt 19~~ 248.tt 19s

A Magistro michaele poinssart - - - 4lt. 12β.
A M. Dominico de farcy - - - - - - - 4lt. 12β.
A M. guillelmo petit - - - - - - - - 4lt. 12β.
A M. gabriele dacquet - - - - - - - 4lt. 12β.
A M. claudio Berger - - - - - - - - 4lt. 12β.
A M. claudio Biendisant - - - - - - 4lt. 12β.
A M. henrico Mahieu - - - - - - - - 4lt. 12β.

Caput quartum Accepti A Baccalaureis in eodem actu Quodlibetariæ pro horto.

A Magistro Raymundo vaslet - - 3lt. 4β
A M. claudio guerin - - - - - - - 3lt. 4β
A M. michaele poinssart - - - - - 3lt. 4β
A M. Dominico de farcy - - - - - - 3lt. 4β
A M. guillelmo petit - - - - - - - 3lt. 4β.
A M. gabriele dacquet - - - - - - 3lt. 4β.
A M. claudio Berger - - - - - - - 3lt. 4β.
A M. claudio Biendisant - - - - - 3lt. 4β
A M. henrico Mahieu - - - - - - - 3lt. 4β

Caput quintum Accepti A Baccalaureis in eodem actu quodlibetariæ pro Anatomia Et Schedulis non Registratis.

A Magistro Raymundo vaslet - - 16lt.
A M. claudio guerin - - - - - - - 16lt.
A M. michaele poinssart - - - - - 16lt.
A M. Dominico de farcy - - - - - - 16lt.
A M. guillelmo petit - - - - - - - 16lt.
A M. gabriele dacquet - - - - - - 16lt.
A M. claudio Berger - - - - - - - 16lt.
A M. claudio Biendisant - - - - - 16lt.
A M. henrico Mahieu - - - - - - - 16lt.

Summa hujus paginæ est de deux cens ~~[illegible]~~ cinq livres
205lt.

Caput Sextum Accepti A Baccalaureis in cardinalitia Disputatione pro stipendijs Lectorum Et horto.

Accepit decanus a Magistro claudio Berger . . 10 ₶
A M. claudio guerin - - - - - - - - - - - 10 ₶
A M. michaele poinssart - - - - - - - - 10 ₶
A M. Dominico de farcy . . - - - - - - - 10 ₶

Caput Septimum Accepti A Licentiatis in actu sui Doctoratus, pro negotijs facultatis

Accepit decanus a Magistro roberto Raoult . . 180 ₶
A M. Raymundo finot - - - - - - - - - - 180 ₶
A M. philippo Mathon - - - - - - - - - - 180 ₶
A M. petro Lombard . - - - - - - - - - - 180 ₶

Caput octauum Accepti A Licentiatis pro sacello.

A Magistro roberto Raoult - - - - - - - - - 32 ß
A M. Raymundo finot . - - - - - - - - - - 32 ß
A M. philippo Mathon - - - - - - - - - - - 32 ß
A M petro Lombard - - - - - - - - - - - - 32 ß

Caput nonum Accepti extraordinarij, ex reliqua pecunia praesentibus numerata In actibus Quodlibetariae.

Restant ex pecunia numerata Magistro
Joanne babptistae ferand . - - - - - - 40 ₶
In actu Magistri Quillier . - - - - - 32 ₶
In actu M. francisci Dorand . - - - 32 ₶

Summa hujus paginae est de huict cens soixante dix liures huict sols. 870 ₶ 8 ſ.

In actu Magistri Raoult . . . . 28 ^lt^

In actu M. Raymundi finot . . . . 28 ^lt^

Caput decimum Accepti A quæstore universitatis pro honorario professorum.

Accepit decanus a M. Samuele Daccolle quæstore universitatis mille et sexcentas libellas singulis emeritis scholarum professoribus distribuendas propterea . . . . 1600 ^lt^

Ex Legato Magistri Antonii charpentier collegæ et de schola bene meriti, Accepit

decanus per manus domini Le Magier summam trecentarum libellarum quas testamento pro sacelli ornamentis legauerat . . 300 ^lt^

Summa huius paginæ est de dix neuf cens cinquante six livres cy 1956 ^lt^

Summa totius accepti est de trois mil sept cens cinquante livres sept sols cy — 3750 ^lt^ — 7 s.

Ratio Expensi
Tam ordinarij quam extraordinarij In primo Decanatu Magistri Ioannis Armandi de Mauuillain parisini.
A Die sexta nouembris anni 1666. Ad Diem quintam nouembris Anni 1667.

Caput primum expensi ordinarij.

Visa quitancia — Numerauit decanus Magistro francisco Le vignon exdecano, nunc scholæ censori pro eo quod illi debebatur ex rationibus redditis in secundo suo decanatu, centum et sexaginta [libellas] cum quatuor assibus et sex denarijs supra tria millia Libellarum . . . . . . 3169^tt^ 4^ß^ 6^d^.

(Margin: ## ... Et honorario illi a facultate concesso.)

Visa — Maiori apparitori pro calculis, calamis charta et Ligno suppeditatis in auditione rationum posterioris decanatus M^ri^ francisci Le vignon ut patet ex acceptilatione . . . 15^tt^

Caput secundum pro stipendijs emeritorum professorum.

persoluit decanus Magistro Dyonisio Joncquet rei herbariæ professori, ex numerata pecunia a quæstore vniuersitatis nomine dacolle qui pluribus ab hinc annis solet mille et sexcentas Libellas decano numerare ut illa eadem summa professoribus distribuatur, ut patet ex acceptilatione . . 200^tt^

Visis quittancijs — Magistro paulo courtois phisiologiæ professori . . . 200^tt^

Magistro petro pereau chirurgiæ professori . . . 200^tt^

Magistro Michaeli de La vigne pathologiæ professori 200^tt^

Magistro carolo Baralis professori botanico . . . 200^tt^

Magistro Antonio de sarte phisiologiæ professori . . 200^tt^

pro Magistro philippo Doulé absente, chirurgiæ professore accepit Magister franciscus Blondel ut patet ex illius acceptilatione . . . . 200^tt^

Magistro nicolao Lienard physiologiæ professori . 200^tt^

Summa hujus paginæ est de quatre mil sept cens quatre vingt quatre livres quatre sols six deniers
4784^tt^ 4s. 6d.

Caput Tertium.
pro honorario professorum Actu Regentium In Scholis Inferioribus

Numeravit decanus Magistro dionisio puilon phisiologiæ professori ex ærario facultatis - - - 90 lt

Veu les quittances Magistro Iacobo Theuart pathologiæ professori - - 90 lt

Magistro francisco gouel chirurgiæ professori - - 90 lt

Magistro dionisio Dodart rei herbariæ profess. - - 90 lt
ut patet ex acceptilationibus.

Caput Quartum
pro Refusionibus

persoluit decanus Magistro francisco guenault antiquiori facultatis Magistro et christianissimæ galliarum Reginæ Medico primario pro Iure refusionum - - - - - - - - - - - - - - 4 lt

Magistro dionisio puilon phisiologiæ professori - 40 ß

Magistro Iacobo Theuart pathologiæ professori - 40 ß

Magistro francisco gouel chirurgiæ professori - - 40 ß

Magistro dionisio Dodart rei herbariæ professori - 40 ß

Magistro guiellelmo petit pharmaciæ professori - 40 ß

Magistro Iacobo Mentel pharmaciæ professori - 40 ß

Magistro francisco Le vignon scholæ censori - 40 ß

Decano - - - - - - - - - - - - - 4 lt

Caput Quintum
Expensi ordinarij et extraordinarij pro Rebus sacris.

Die 19.a novembris 1666 propter celebratum Anniversarium Magistri guiellelmi Lusson doctoris medici et facultatis decani, numerata sunt presbiteris cantoribus, doctoribus præsentibus et duobus bidellis pro more viginti quinque Libellæ - - - - - - 25 lt

Die 14.a Aprilis in anniversario Magistri michaelis de colonia numeravit decanus præsentibus doctoribus octo Libellas - - - - - - - - - - - 8 lt

Somme hujus pagine est de quatre cens quinze livres
cy 415 lt

pro sacris celebratis a presbiteris et cantoribus a decima quinta die mensis augusti in mensem nouembrem anni 1666
Visa persoluit decanus ut patet ex acceptilatione scholarum capellani viginti tres libellas cum decem assibus . . . 23.# 10β

Visa Bidellis ijsdem sacris ministrantibus ut patet ex acceptilatione numeratæ sunt tres libellæ cum quindecim assibus . . 3.# 15β

capellano, presbiteris, et cantoribus pro sacris celebratis mense nouembri et mense decembri anni 1666 ut constat ex acceptilatione persolui triginta tres libellas cum decem assibus . . . . 33.# 10β

Visa Bidellis ijs sacris omnibus in schedula notatis ministrantibus numerauit sex libellas . . . . 6#

Visa capellano pro sacris celebratis mense Januario februario et Martio 1667 ut constat ex acceptilatione persoluit decanus quadraginta sex libellas cum duodecim assibus . . . . 46.# 12β

Visa Apparitoribus sacris illis omnibus ministrantibus septem libellas cum decem assibus . . . . 7.# 10β

Visa capellano et cantoribus pro sacris celebratis mense Aprili, maio et Junio persoluit decanus triginta septem libellas cum quatuor assibus . . . . 37.# 4β

Visa Bidellis ut supra septem libellas cum septem assibus et sex denarijs . . . . 7.# 7β 6d

Visa Roberto pepin maiori Bidello facultatis pro sacris linteis purgandis et dealbatis, pro pane Missali et vino per annum suppeditatis numerauit decanus ut patet ex acceptilatione octo libellas cum quinque assibus . . . . 8.# 5β

Visa Bidellis ex decreto facultatis, quod ad uniuscuiusque doctoris domum cereos detulerint numerauit decanus ut patet ex acceptilatione octo libellas . . . . . . 8#

Visa Domino Maheu cerario, pro cereis in festo purificationis beatæ mariæ distributis Juxta decretum facultatis persoluit decanus ut patet ex acceptilatione, centum et octoginta duas libellas cum sexdecim assibus . . 182.# 16β

Visa eidem dicto Maheu pro cereis et funalibus in festo diui Lucæ pro more renouatis numeratæ sunt viginti tres libellæ cum quatuor assibus . . . . 23.# 4β

Visa Domino Langlois aurifabro pro mutatione veteris sacelli calicis et nouo comparato, subducta veteris argenti portione numerauit decanus trecentas et decem libellas ut constat ex acceptilatione quæ summa exceptis decem libellis fuerat testamento doctissimi collegæ nostri Magistri Antonii charpentier legata pro sacelli ornamentis . . . . 310#

Summa huius paginæ six cens quatre vingt dix sept livres treize sols six deniers.
697# 13β 6d.

pro Arcula qua Includitur calix pronus numeraui tres Libellas . . . . 3 lt

In festo diui lucæ singulis doctoribus numerauit decanus viginti asses tantumdem bidellis, Antiquiori magistro et decano duplum; erant autem numero centum et tresdecim doctores vnde conflatur summa centum et septemdecim Libellarum . . . . . 117 lt

pro oblatione singulis præsentibus doctoribus præsbiteris cantoribus et bidellis fuit distributus assis signatus aderant autem septuaginta quatuor doctores, quatuor cantores et duo bidelli vnde exurgit summa centum assium . . . . 5 lt

Caput sextum
Expensi ordinarij In processionibus vniuersitatis.

Die martis 12ª decembris 1666 in processione domini rectoris ad ædem deo sacram sub Inuocatione diui Stephani de monte, numerauit decanus, viginti duobus doctoribus præsentibus antiquiori Magistro, et decano duplum bidellis quantum doctoribus, ijs omnibus singulis sexdecim asses cum tribus denarijs vnde fit summa . . . 21 lt 2 ß 6 d

Die Mercurij 23ª Martij 1667 in supplicatione domini Rectoris ad ædem sanctæ genouefæ de ardentibus distribuit decanus triginta tribus doctoribus et singulis viginti asses cum vno signato pro oblatione, tantumdem bidellis, vnde conflatur summa triginta nouem Libellarum cum sex assibus et tribus denarijs . . 39 lt 6 ß 3 d

Die 22ª Iunij 1667 in supplicatione domini Rectoris qua processum est ad ædem sanctorum cosmæ et Damiani, persoluit decanus viginti duobus doctoribus sexdecim asses cum tribus denarijs, antiquiori Magistro, et decano duplum, duobus bidellis quantum doctoribus, vnde conflatur summa vnius supra viginti Libellas cum duobus assibus et sex denarijs . . . 21 lt 2 ß 6 d.

Die 7ª octobris 1667 in supplicatione domini Rectoris ad ædem diui Medcerici persoluit decanus viginti quatuor doctoribus, antiquiori Magistro, et decano duplum duobus bidellis quantum vnicuique doctori viginti asses et vnum signatum vnde fit summa viginti nouem Libellarum cum quindecim assibus . . . . 29 lt 15 ß

Summa huius paginæ est de deux cens trente six liures six sols trois deniers
236 lt 6 s 3 d

Caput Septimum Expensi Extraordinarij In Rebus et negotijs Academiæ.

persoluit decanus Magistro francisco Levignon Scholæ censori, qui cum decano comitatus est amplissimum dominum Rectorem deferentem cereos ipso purificationis virginis matris peruigilio sex Libellas decano duplum unde fit summa octodecim Libellarum . . . . 18 ll

Magistro philippo harduino de St Jacque qui per octo dies una cum decano adfuit rectori Iudices adeunti, et qui per septem dies continuo audientijs Interfuit Litis motæ et susceptæ pro patronatu sanctorum cosmæ et damiani, nec non per tres sequentes dies gratibus agendis, pro tot susceptis Laboribus propter facultatis pene exhaustum ærarium persoluit tantum decanus octodecim Libellas pro decano duplum unde conflatur summa quinquaginta quatuor Libellarum . . . . 54 ll

Caput octauum pro Reparatione Ædium facultatis.

Visa Tegulario dicto Jamin qui ædium tecta omnia Instrauit, Lateres, gipsum et cætera in eam rem necessaria suppeditauit numerauit decanus centum et quadraginta Libellas ut patet ex illius acceptiLatione subsignata . . 140 ll

Visa Viduæ plumbarij facultatis ordinarij nominatæ Blanche pro plumbatura et plumbo suppeditatis persoluit decanus viginti Libellas ut constat ex acceptiLatione . . . . 20 ll

Caput Nonum Expensi ordinarij et Extraordinarij pro Rebus et negotijs facultatis.

Visa Quæstori Academiæ parisiensis nomine Dacolle pro annuo reditu uniuersitati a facultate debito persoluit decanus ducentas et quinquaginta Libellas ut patet ex illius acceptiLatione subscripta . . . . . . 250 ll

Summa huius paginæ est de quatre cens quatre vingt et six livres quatre sols cy 482 ll 4 s

Magistro petro de Mersenne pro Impensis et sumptibus Litis motæ ab helvetijs regijs adversus illum ex decreto facultatis quo statutum fuit ut facultas in Litem cum illo descenderet facultatis Impensis numeravit decanus ut constat ex acceptilatione — septuaginta quinque Libellas - - - - - - - - 75 lt — Visa

Domino chenuot facultatis patrono pro suis stipendijs solitis et singulis annis solvendis numeravit decanus triginta Libellas ut patet ex acceptilatione - 30 lt — Visa

Amanuensi domini chenuot sex Libellas - - - 6 lt

pario Joron cuius diligentia accepit decanus a quæstoribus urbis debitam facultati pecuniam persolvit decanus triginta asses - - - - - - - 30 ß

Quæstori præposito pro vijs purgandis in antecessum nempe in anni dimidium quod cadet in ultimum decembris anni 1666. numeratæ sunt quatuor Libellæ cum quatuordecim assibus et sex denarijs ut Liquet ex acceptilatione subscripta - - - - 4 lt 14 ß 6 d — Visa

Eidem quæstori in antecessum dimidij anni cadentis in ultimum Junij 1667. numeratæ sunt ut supra quatuor Libellæ cum quatuordecim assibus et sex denarijs ut constat ex acceptilatione - - - - 4 lt 14 ß 6 d — Visa

Alteri quæstori, eodem nomine in antecessum dimidij anni cadentis in ultimum diem decembris 1667 — numeratæ sunt quatuor Libellæ cum quatuordecim assibus et sex denarijs ut patet ex acceptilatione - - 4 lt 14 ß 6 d — Visa

Typographo dicto pepingué pro doctorum catalogo typis mandato ut fieri amat persolvit decanus triginta septem Libellas - - - - - - - - - 37 lt — Visa

Bidellis pro xenijs ex decreto facultatis in comitijs ordinarijs, re in hunc diem Incidente, nullo ex inde bidellis repetenda eiusdem summæ Iure concesso persolvit decanus sex Libellas - - - - - - - - - 6 lt — Visa

Typographo dicto Langlois pro varijs operibus typo mandatis et singulis doctoribus distributis, decanus numeravit quindecim Libellas - - - - - - 15 lt — Visa

Maiori facultatis apparitori roberto pepin pro significatis duobus decretis Magistro francisco blondel persolvit decanus quindecim asses - - - 15 ß — Visa

pro consilio Inito in palatio cum præstantissimis et celeberrimis patronis, super Libellis supplicibus

Summa huius paginæ est de cent
quatre vingt cinq livres huict sols six deniers
185 lt 8 ß 6 d

Magistri francisci Blondel nihil persoluit decanus quia patroni honorarium generose et constanter recusauerunt Nihil

pro consilij cubiculo quindecim asses - - - - - - - 15β

Visa Typographo facultatis dicto Muguet pro varijs senatusconsultis et scholæ decretis viritim doctoribus distributis numerata sunt quinquaginta sex Libellæ - - 56 ᵗᵗ

Visa viatori curiæ vocato Masson pro reciso Lapide marmoreo cui nomen collegij Insculptum fuerat in Limine ædium barbitonsorum chirurgorum et Instrumento renunciationis facta numerauit decanus triginta Libellas ut patet ex acceptilatione - - - - - - - - - - - - 30 ᵗᵗ

Eidem curiæ viatori pro Inquisitione programmatis barbitonsoris chirurgi nominati farlix numerauit decanus quadraginta quinque asses - - - - - - - - - - - 45β

Amanuensi viatoris curiæ supra nominati - - - 15β

viatori curiæ dicto pihault pro Inquisito cadauere capite mulctato persoluit decanus quatuor Libellas cum decem assibus - - - - - - - - - - - - 4 ᵗᵗ 10β

Eidem curiæ viatori nomine pihault pro Elato cadauere ex camera barbitonsorum chirurgorum adhibitis pluribus comitibus et sua relatione scripta numeratæ sunt duodecim Libellæ - - - - - - - - - - - - - 12 ᵗᵗ

Baiulo qui cadauer deportauit tres Libellas - - - 3 ᵗᵗ

Visa pro calamis, atramento et cartha per annum Integrum suppeditatis numerauit decanus roberto pepin maiori apparitori quindecim Libellas ut patet ex acceptilatione - 15 ᵗᵗ

viatori casteleti pro tribus significationibus factis in negotio vocati Montgelee chirurgi nosocomij charitatis suburbij sancti germani numerauit decanus quadraginta et quinque asses - - - - - - - - - 45β

Domino chenuot facultatis patrono qui bis se contulit in exedram regiorum patronorum relaturus causam adoersus aduersus Magistrum franciscum Blondel et qui causam eandem tandem pro votis facultatis perorauit numeraui sex Libellas - - - - - - - - - - - 6 ᵗᵗ

viatori curiæ nominato Masson pro cadauere Elato ex domo nominati dionis barbitonsoris chirurgi regiæ domus numerauit triginta Libellas ut patet ex acceptilatione Infra relationem factam subsignata - - - - - - 30 ᵗᵗ

pro Inhumatione illius cadaueris tres Libellæ - 3 ᵗᵗ

Summa hujus paginæ est de cent soixante cinq livres dix sols cy 165 ᵗᵗ 10s

pro redimendis Litis Instrumentis quæ penes erant dominum godart petitmarest aduersus M. franciscum Blondel ut traderentur domino Douai cognitoris catholici substituto numerauit decanus tres Libellas 3 ℔

Amanuensi domini Douai ut Litem compendiosè examinaret persoluit decanus sex Libellas . . . 6 ℔

ostiario Domini godart triginta asses . . . 30 ß

pro quinque significationibus barbitonsoribus chirurgis factis pro repetitione nummi aurei clientelaris persoluit decanus tres Libellas cum quindecim assibus 3 ℔ 15 ß

Amanuenti domini herné Litem aduersus barbitonsores chirurgos remittendo et deponendo pro nummo aureo clientelari numerauit decanus tres Libellas . . . . 3 ℔

ostiario Illustrissimi protopræsidis triginta asses 30 ß

Amanuensi domini chopin cui Litis Instrumenta aduersus rasores chirurgos communicata fuerant persoluit decanus tres Libellas . . . . 3 ℔

Eidem amanuensi pro redditis siue redemptis Litis Instrumentis aduersus barbitonsores chirurgos numerauit decanus triginta asses . . . . 30 ß

ostiario domini procuratoris generalis . . . 15 ß

ostiario domini godart et pedisequis pro xenijs distributi sunt quadraginta quinque asses . 45 ß

pro caducarijs Impensis damnis et Intertrimentis pecuniæ in rebus facultatis gerendis ut in more positum est sexaginta Libellas . . . . 60 ℔

Summa huius paginæ est de quatre vingt six liures cinq sols cy 486 ℔ 5 s.

Summa totius expensi est de sept mil cinquante deux liures vingt sols neuf deniers cy

Summa totius accepti est de trois mil sept cens cinquante liures sept sols

Ergo summa totius expensi superat summam totius accepti de trois mil trois cens deux liures quatre ~~trois~~ sols neuf deniers

hæc ratio visa lecta et probata à facultate ~~[illegible]~~ nullo reclamante die 14 martij 1669 et honorarium solitum centum et quinquaginta libellarum decreuit domino decano facultatis

Maunillary decanus

Bureau, De Fuartiere, [illegible], De Bourges, [illegible], Le Bel, Gallais, De Reuelois, [illegible], C. Brisset, [illegible], Marteau, [illegible]henert, Morisset, Bajart, Mathieu, Le Vignon, [illegible], fontayne, Richard, Merlet, Morand, Le Comte, Landrieu, Legros, De Bourges, Delavigne, Cardy, Robin, Lorand

Sequuntur nomina qui rationibus prioris mei decanatus subscripserunt.

Basset

Tappon

De Reuelois

Forel

Morin

Morin

Moreau

Denyau

Denyau

Mentel

Landrieu

Fagon

Perreau

Doubé

Guerin

Akakia

E. Renaudot

Barralis

Houstier

E. Breton

Dodart

Denaimage

Mathon

Jheuart

Commentarius Secundi Decanatus Magistri Ioannis Armandi de Mauuillain parisini.

A Die quinta nouembris 1667 Ad Diem Sabbathi tertiam nouembris 1668.

Anno domini millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, die sabbathi quinta nouembris conuocatis per schedulam speciali articulo in scholas superiores doctoribus omnibus, decanum et professores Electuris; post decani gratiarum actionem et sui Magistratus abdicationem vniuersus ordo nemine reclamante, censuit prorogandum esse in annum sequentem decanatum, rogandumque Magistro Ioanni Armando de Mauuillain, rogandumque esse, ut pari studio et vigilantia negotia facultatis tum aduersus chirurgos barbitonsores facultatis iugum impatienter ferentes, acceptarumque a facultate gratiarum immemores; cum Magistrum franciscum Blondel litigatorem indefessum, facultatis et decanorum flagellum, in hunc usque diem pacem et concordiam non minus acriter quam pertinaciter recusantem perficeret absolueretque iuxta decreta facultatis lata duodecima et vigesima quinta februarii eiusdem anni; professores vero more solito seligendos esse: sed Ante, qui Munere professorio functi fuerant, Eleganti oratione facultati gratias egerunt, rationesque gestæ prouinciæ quisque reddidit, nempe M^r. dionisius puilon scholæ professor qui suffectus fuerat in locum M^ri petri de Mersenne, Magister guillelmus petit pharmaciæ professor et Magister paulus courtois rei herbariæ: quibus peractis sorte ducti sunt Electores, tres scilicet e maiori ordine, duo vero e minori priores fuerunt Magister franciscus Bouionnier, M^r hermanus de Launay, M^r guillelmus petit, alii vero duo Magister Michael de la vigne et Magister ægidius le bel: ab illis autem nominati fuerunt pro scholarum professore

professore in annum sequentem M.rs Antonius Morand M.r Robertus patin et M.rs Antonius Le Moine sed sorte creatus est M.r Antonius Le Moine, pro chirurgia provincia suscipienda designati fuerunt M.ri petrus Legier senior M.r germanus hureau et M.r carolus Brisset qui M.r carolus Brisset fuit professor renuntiatus, pro re herbaria M.r Jacobus Mentel

Die 16.a novembris peracta est Antiquodlibetaria sine pastillaria Magistri philippi Mathon fuerunt autem quæstiones propositæ

An A Balneo {επετιο / επιπασμόο} {vegetior

præses priorem exposuit candidato, M.ro petrus Le Mercier, Magistro hyppolito Duval.

Die 17.a disputavit extra ordinem de quodlibetaria novus doctor M.r philippus Mathon A bacillaris et erat quæstio talis affirmative conclusa respondente claudio Briendisant aquensi baccalaureo.

An Intermittenti tertianæ contumaci Balneum.?

sed ex statuto facultatis antequam responderent Baccalaurei ad quodlibeta, fuerunt nomina et cognomina doctorum omnium regentium qui tunc spirabant alta voce ab apparitore pepin appellata.

Magister petrus de Beaurains Antiquior Schola Magister.
M. franciscus Boviomier
M. franciscus piiart
M. claudius quiquebauf
M. philippus harduinus de st Jacques
M. hermanus de Launay.
M. philibertus Morisset
M. urbanus Bodineau
M. Jacobus Thevart
M. guido patin
M. nicolaus Braier
M. claudius seguin deffunctæ reginæ matris Archiater
M. gilbertus puilon
M. nicolaus Langlois
M. Jacobus renault
M nicolaus Mathieu
M. Jacobus Mentel
M. franciscus Blondel

M germanus preaux
M. claudius germain
M petrus Legier
M. franciscus Levignon
M. Mathurinus desniau
M. petrus guelin primarius serenissimæ Aurelianensium ducissæ Medicus.
M. claudius guerin
M. petrus Le Mercier
M. nicolaus Richard
M. nicolaus cappon
M Martinus Axaxia
M. Michael Mares
M. Jacobus gavois
M dionisius Jonecquet
M. claudius Le vasseur
M. florimondus Langlois
M. franciscus paiot
M. Gustavus fonteine
M. claudius perault
M carolus Le Breton
M. petrus Bourdelot Suecorum Reginæ Archiater
M. stephanus Le gaigneur
M. Rolandus Merlet
M. guillelmus petit
M. paulus courtois
M Joannes garbe
M petrus de Mersenne
M. Joannes forestier
M. claudius Tardi
M. simon Boulot
M. Joannes hamon
M. Antonius Morand
M. Isaac Renaudot
M. Eusebius Renaudot
M. Joannes baptista Moreau
M. stephanus Bachot
M Bertinus Dieuxivoye
M. Joannes Armandus de Mauvillain Decanus.
M. petrus perreau
M. Michael de Lavigne
M. Robertus patin
M. Joannes de Bourges
M germanus hureau
M Antonius Bourgaud.

M. carolus Barabis
M. Daniel Arbinet
M. Antonius de Sartes
M. franciscus Landrieu
M. claudius quartier
M. Alanus Lamy
M. franciscus de La chambre Regis Medicus ordinarius
M. philippus chartier
M. carolus patin
M. Nicolaus Morin
M. philippus Doulé
M. nicolaus Lienard
M. Abrahamus Theuart
M. ægidius Lebel
M. claudius desfrades
M. Alexander michael desniau
M. Antonius Joannes Morand
M. petrus Le Large Reginæ Lusitanorum Archiater
M. petrus cressé
M. franciscus gonel
M. Ludovicus galais
M. Raphael Maurin
M. Edmundus charier
M. fabianus perreau
M. Joannes baptista Revelois
M. dionisius puilon
M. dionisius dodart
M. carolus de Laval
M. Antonius de caen
M. petrus pouret
M. Antonius Ruffin
M. Joannes grout
M. nicolaus Raimssant
M. nicolaus Bonuarlet
M. carolus Brisset
M. Jacobus Le Menestrel
M. franciscus sorand
M. nicolaus Robin
M. petrus Legier
M. Jacobus de Bourges
M. guido crescentius fagon
M. Antonius Le moine
M. hyppolitus duval
M. carolus Marteau
M. Joannes baptista ferand
M. Matheus Thuillier
M. Robertus Raoult. 109

M. Raymundus finot
M. philippus Mathon.

Die 18ª novembris celebrata fuit Missa pro deffuncto Magistro Lusson facultatis decano, quotannis eadem die celebranda distributaque fuere viginti quinque libellæ doctoribus præsentibus, sacerdotibus et bidellis, quæ summa ab hæredibus supranominati Magistri Lusson solet persolui.

Die prima decembris disputauit ordine suo de quodlibetaria Magister claudius germain et erat quæstio talis affirmatiue conclusa

An veternus Delirio capitalior?

Respondebat Raymundus vaslet Engolismas.

Die 14ª præfuit Antiquodlibetariæ siue pastillariæ Mr petrus Lombard, fuerunt autem quæstiones propositæ

An opium { primis / occultis qualitatibus } hypnoticum?

præses priorem exposuit candidato, Magister nicolaus Richard alteram Magistro philippo Doulé.

Die 15ª disputauit extra ordinem nouus doctor Magister petrus Lombard et erat quæstio talis affirmatiue conclusa

Suntne In disenterico Affectu hypnotica catharticis Admiscenda?

Respondente Dominico de farcy parisino.

Die 22ª disputauit ordine suo Magister germanus preaux et erat quæstio talis affirmatiue conclusa

An causum Rigor superueniens soluat?

Respondente claudio Berger parisino.

Die 2ª Januarij Anni 1668 peracta est Antiquolibetaria siue pastilaria Magistri Ludouici Morin et erant quæstiones enodandæ

An sanguis transfusus { partibus affectis? / sanguinis Inopiæ? }

præses priorem exposuit candidato Magister Nicolaus cappon alteram Magistro nicolao Lienard.

Die 5ª præfuit quodlibetariæ quæstioni extra ordinem nouus doctor Magister Ludouicus Morin et erat quæstio talis affirmatiue conclusa

An naturæ Morborum Medicæ?

Respondente guillelmo petit constantiensi.

Die 5.ª facta fuit Antiquodlibetaria siue pastilaria M.ri caroli Le Long, quæstiones agitatæ fuerunt,

An tententur Arthritide { mulieres? pueri?

præses priorem candidato proposuit alteram Magister Robertus patin M.ro Abrahamo chevart.

Die 12.ª disputauit extra ordinem de quodlibetaria Magister Carolus Le Long et Erat quæstio talis affirmatiue conclusa

vtrum Arthritidi hypnotica?

Respondente henrico Mahieu parisino.

Die 19.ª disputauit ordine suo M.r franciscus Blondel, respondente Michaele poinssart catalauneo, et Erat quæstio talis negatiue conclusa.

An Morbis extremis Remedia extrema.?

Die 25.ª fuit pastilaria Magistri pauli Mattot soluendæ autem fuerunt quæstiones,

An ptyelismus { Asthmati? Strumis?

præses priorem proposuit candidato Alteram Magister Michael Mares Magistro ægidio Lebel.

Die 26.ª disputauit extra ordinem nouus doctor Magister paulus Mattot parisinus et Erat quæstio talis affirmatiue conclusa

An In curanda Syphilide balneu ptyelismo præmittendum?

Respondente claudio guerin parisino.

Die 9.ª februarij disputauit ordine suo de quodlibetaria Magister Iacobus Mentel respondente gabriele dacquet Lemouiensi et Erat quæstio talis affirmatiue conclusa

An purgatio solum a plantis?

Sed illa ipsa die Inauditum extitit in facultatem et decanum Magistri Iacobi Mentel facinus

facinus, nam cum sesquisexta matutina in scholam venisset decanus ad futuros baccalaureis meditatae orationem quodlibetariae disputationis campum aperientibus, cui secundum ordinem scholae praeerat Magister Jacobus Mentel, baccalaureus vero gabriel dacqueti Ecce decano nec opinanti theses oblatae fuerunt in quibus omnia Immutata et Longe diversa abijs quae in autographo a decano fuerant subsignata, cum tamen nulli doctori Liceat nedum baccalaureo quidquam In thesibus Inmutare, ubi semel a decano subsignatae fuerunt sic Enim usus Inualuit plurimorum annorum vetustate et sanctissimis facultatis decretis confirmatus, cum onum et hoc sit singulare decani munus et proprium, maxime ut prospiciat ne quid alienum a disciplina scholae aut hyppocratis et galeni doctrinae vel morum Integritati non consentiens Emanet: cum Itaque tam graue facinus decano Innotuisset statim praesidem Magistrum Jacobum Mentel ex suggestu abire Jussit et theses illas subduci quae contra decani voluntatem et mandatum in Lucem prodiissent, cum decani authoritatem et Imperium aspernaretur Magister Jac. Mentel, ne quid in ordinis decus et grauitatem admitteretur, maluit decanus rem in aliquot horas differre dum doctores accessissent eo numero quo Legitimum cum illis Iniri posset consilium, et videri quid pro re nata faciundum esset ne detrimenti quicquam ordinis dignitas caperet aut decani authoritas ullatenus Imminueretur, quippe paulo ante adfuerant Magistri Blondel et Bouté qui bene matutini accesserant, suppetias si ita opus fuisset Mentelio Laturi quinetiam ipse Bouté Blondelio in omnibus ad seruitutem usque addictissimus, quas theses et medio penitus tollendas sentiret aliasque et convenientes suppeditaturus, omnes abstulit: decanus vero thesibus Eiusmodi repudiatis atque ex schola reiectis, alias illico afferri Jussit de nouo typis mandatas et viritim scholasticis distributis cum tamen aliquot data opera superfuisse voluisset et in aulam spargi quibus oportune Mri Jacobi Mentel perduellionis et apertam in facultatem contumaciam decanus posset conuincere. hora vero sesquinona qua plurimi doctores aderant, de rei grauitate apud illos conquestus decanus eosdem in scholas superiores conuocauit, ubi rem ut gesta fuerat a decano exposita, postulauit Magister franciscus Le vignon scholarum censor ut disputatione Illico Intermissa, praeside ex suggestu palam reuocato, dimissis Baccalaureis Irritus actus haberetur; Item his conditionibus adstringendum esse praesidem et baccalaureum, ut cum Ipse praeses facultati fecisset satis, alterum ab illis actum esse celebrandum, tum conuenienti poena

Mulctandum

Mulctandum esse Magistrum Jacobum Mentel qui vestri ordinis maiestatem violasset in decanum qui totius facultatis caput et dignitatem eius sustinet factus obnoxius, speciali articulo super ea re facultatem esse conuocandam: sic postulanti censori unanimi voce omnes assensi sunt — Actum nempe irritum esse habendum, denuo a praeside et baccalaureo esse celebrandum modo prius a praeside facultati factum fuisset satis atque ea ratione quae conuocatae facultati conueniens videretur; in praesentia intermittendum esse actum, theses a decano subsignatas in medium esse proferendas et distribuendas, alias tollendas et supprimendas, baccalaureos dimittendos, conuocandam esse speciali articulo facultatem de irroganda poena quae tam insolitae et tam inauditae audaciae debebatur: cum ita facultati ex omnium praesentium doctorum suffragiis visum fuisset conclusit decanus et in aulam inferiorem descendit, cumque facultatis decretum praesidi Magistro Jacobo Mentel alta voce pronuntiasset omnes dimisit actu ante decimam desinente.

Mauuillain decanus

Quaestiones Cardinalitiae.

Die Jouis 16ª februarij disputauit de quaestione cardinalitia Magister petrus guelin primarius serenissimae Aurelianensium ducissae Medicus, respondente guillelmo petit constantiensi et Erat quaestio talis affirmatiue conclusa

An fructuum Esus insalubris?

Die 23ª disputauit de cardinalitia Mr Mathurinus deniau professor regius, respondente claudio brendisant aquensi et Erat quaestio talis affirmatiue conclusa

An sedes somni sit Cor?

Die prima Martij disputauit de quaestione cardinalitia Magister franciscus le vignon scholarum censor et Erat quaestio talis negatiue conclusa

Vtrum extremis morbis sola Diaeta?

respondebat henricus Mahieu parisinus.

Die 8ª disputauit de cardinalitia Magister petrus Legier, respondebat Raymundus vaslet Engolismas Et Erat quaestio talis affirmatiue conclusa

An hydropotae minus Morbis obnoxij?

Die 22.a ex ordine scholæ disputare debebat de quæstione cardinalitia Magister claudius germain et Erat quæstio talis negative conclusa

potuitne hactenus vlla præparaõe Antimonium Emendari?

Sed Magister claudius germain suum in Locum disputandæ theseos authorem Magistrum franciscum Blondel suffecit, a quo Magistro Blondel sic thesis conflata fuerat ut Inde certa Lis facultati Inmineret cum illa decano et vniuerso ordine repugnante, typis mandata fuisset, quippe veneni nomen passim per thesim dissipatum, exscindi et omnino deleri omnibus doctoribus placuerat. Decanus hac de re apud facultatem expostulauit atque vetuit ne thesis in publicum prodiret cum ab illo subsignata non fuisset neque de illa In Inferiori schola disputari fas esset. Magister Blondel qui nullam Litis mouendæ occasionem abire sinit, Libellum supplicem senatui obtulit, in quo rogabat thesim quam decanus subscribere noluisset, duo vero alii antiqui doctores Magistri guido patin et Mentel subsignassent palam proponi et disputari. Decanus in maiori senatus camera causam Egit et copiosissime rei grauitatem dicendo persecutus palam demonstrauit, quanti res esset momenti vllam thesim nisi a Decano disciplinæ Magistro subsignatam in scholis proponi. Senatusconsulto sancitum fuit rem omnem cum stibii Lite Iam sub Iudice existenti coniungendam esse. Sic ille Blondelius turpiter repulsus consiliis suis excidit et thesis in scholis non fuit disputata; sed quoniam Blondelii cura Iam typis mandata fuerat et ab illius Emissariis in vulgus dimissa, Ideo ut omnibus constaret hanc thesim typis Licet mandatam in scholis disputatam non fuisse, decanus thesi quæ proxime proposita fuit has Lineas addi curauit.

Resciant omnes et singuli thesim a Magistro francisco Blondel de Antimonio exaratam sub nomine Magistri claudii germain his conceptis verbis expressam et negatiue conclusam, potuitne hactenus vlla præparatione Antimonium Emendari? In scholis Medicorum non fuisse disputatam sed typis mandatam cura solius Mri francisci Blondel, Inuita facultate et Magistro Ioanne Armando de Mauvillain decano vetante, vi facultatis decreti nonaginta duorum doctorum suffragiis Lati, senatusque consulto confirmati tum

tum demum quod die Mercurii vigesima prima Martii 1668 nono et altero Senatusconsulto orante decano prohibuit Senatus ne haec thesis de Antimonio in scholis Medicorum propugnaretur.

Die 27.a cum vero thesis a Magistro claudio germain exarata et subdole decano oblata irrepsisset a Baccalaureo dacquet, cui videlicet praefuturus erat Mr. claudius germain, sic enim illi animo sibi finxerant decanum huius theseos disputationem post paschalia reiecturum, cum eius disputatio incideret in dies examinandis candidatis dicatos, sed cum Blondelii consilia decano pellucerent et certa eiusdem hominis post paschalia litis commouendae voluntas, thesim typis Mandari iussit decanus, et solido duntaxat die interposito, maiorem bidellum Misit qui baccalaureum moneret de adeundo Mro. germain eoque rogando ut hora solita in scholis inferioribus adesset, secundum schola ordinem actui et thesi suae praefuturus, alias Decanum quod sui muneris et facultatis interesset praestiturum esse, atque in disputatione illa Magistri germain vices si vacuae essent impleturum; sic a Decano factum fuit, nam cum abesset hora dicta Mr. germain in suggestum ascendit decanus, actui praefuit, maxima quidem vniversi ordinis frequentia sive quid rei gerendum esset doctores visuri plurimi sive postremae huius Licentiae disputationi conuenissent, sive interfuturi cuius actus omnes sic clausit decanus, Magistrorum Blondel et germain neutro thesi proposita sive disputata, neutro quoque actum moderante cum Ambo turpissime spes sua delusisset.

Actus vesperiarum

Die 12a decembris 1667. celebratus est actus vesperiarum Magistri caroli Le Long parisini Licentiati hora decima matutina Magistro roberto patin praeside qui suffectus erat in Locum Magistri Martini Axaxia propter negotia impediti et qui Lubens suam prouinciam Magistro roberto patin demandauit, quaestiones autem sequentes fuerunt propositae

An febri quartanae curandae { cerasa? aestas?

priorem soluendam proposuit scholastico Mr. robertus patin praeses alteram vero Magister nicolaus cappon Licentiato.

Die 10.a Januarij 1668 peracta est vesperia Magistri pauli Mattot parisini Magistro Michaele Mares doctore præside quæstiones enucleandæ fuerunt

An phrenitidi { Frigidæ potio? Alui profluuium?

priorem præses proposuit candidato Alteram Magister Robertus patin Licentiato.

Die 23.a Augusti 1668 vesperisatus fuit Magister claudius guerin parisinus præside Magistro Jacobo gauois et fuerunt quæstiones propositæ

An { Medicamenta peregrina? cibi patrij?

primam præses exposuit in vtramque partem candidato Alteram Magister Michael Mares Licentiato.

Die 10.a octobris celebrata est vesperia Magistri henrici Mahieu parisini Licentiati hora decima matutina ut fieri amat Magistro Dionisio Joncquet præside et fuerunt sequentes agitatæ quæstiones

Norunt ne Medici { nascentis pestis Indicia? certa suffimigia præcauendæ?

præses priorem pro more proposuit candidato alteram Mr.e Jacobus gauois M.ro henrico Mahieu Licentiato.

Doctoratus.

Die 8.a nouembris 1667. hora solita pileo doctorali exornatus est Magister Ludouicus Morin cænomanus præside Magistro Nicolao cappon et sequentes fuerunt soluendæ quæstiones,

An { Infantibus venæ sectio? febris pestilentis Initio purgatio?

priorem nouus doctor proposuit Magistro Nicolao Lienard, alteram præses M.ro nicolao Richard.

Die 4.a Januarij 1668. Laurea doctorali donatus est Magister carolus Le Long parisinus præside M.ro Roberto patin professore regio qui suffectus fuerat in Locum M.ri Martini Akakia, quæstiones autem discussæ fuerunt

Denturne { noua Remedia? noui Morbi?

priorem recens Inauguratus doctor proposuit Magistro Abrahamo Theuart alteram vero præses M.ro nicolao cappon

Die 17.ª Januarij 1668 hora decima matutina Magister paulus Mattot parisinus renuntiatus est doctor parisiensis praeside Magistro Michaele Mares et sequentes fuerunt solvendae quaestiones.

An haemorrhagiae { sanguinis Missio?
ἐπιπνωτικά?

primam novus doctor proposuit Mr.º aegidio Lebel praeses alteram Magistro roberto patin.

Die 23.ª Augusti hora solita matutina pileo doctorali exornatus Magister claudius guerin parisinus praeside Mr.º Jacobo gavois quaestiones autem fuerunt agitatae

An { cicuta homini venenum?
cicutae vinum?

priorem novus doctor exposuit in utramque partem Magistro claudio desfrades, alteram praeses Magistro Michaeli Mares.

Die 17.ª octobris Magister henricus Mahieu parisinus renuntiatus est doctor Medicus parisiensis Magistro dionisio Joncquet horti regij botanico professore praeside et discutiendae fuerunt quaestiones

Curatne Medicus { herbis?
verbis?

primam recens Inauguratus doctor proposuit Mr.º Alexandro Michaeli Desniau, alteram praeses Mr.º Jacobo gavois.

Dissectiones Anatomicae.

Die 13.ª Januarij 1668 cum dies aliquot a celebranda anatome Magister dionisius puilon supersedisset quoniam ab eo cadaver muliebre expectabatur muliebris tandem corporis dissecandi oblata est occasio, Anatomen ille Inchoavit et perfecit magna assiduitate et diligentia, summoque omnium assensu et praeconio; Dominus devaux Junior dissectoris officio deffunctus est.

Die 20.ª februarij Magister franciscus Landrieu chirurgiae professor pari laude in humano cadavere palam et publicè omnia opera chirurgica perfecit Dominus Bertrand senior demonstranti manum suam accomodavit.

Die 18.ª Martij cum cadauer in scholas delatum fuisset neque Magister nicolaus Rainssant propter valetudinem non satis confirmatam ei dissecando operam nauare non posset, ne dissectione illa medendi studiosi carerent, Decanus rogauit Magistrum Edmundum charier ut illius cadaueris dissecandi et demonstrandi curam reciperet, ne qua in parte aut ullo tempore quicquam ad tuendam scholarum dignitatem abesse deesset, pollicitus est Magister Edmundus charier se facturum et proximo die Incepturum, ea tamen conditione ut Magister Rainssant notum faceret se cadaueri dissecando operam dare nolle nec posse, confestim decanus bidellum misit ad Magistrum Rainssant a quo omnia Interminata et Infinita retulisset bidellus, programmata pro more typis mandata fuere, et palam affixa; Interea mens alia M.ro Rainssant et crastinae diei aliud fuit consilium volentis ulla in re suo officio deesse Itaque ille ad scholas accessit, Anatomen aggressus est cum Domino Morel chirurgo barbitonsore, qui Iam dissectioni Initium dederat, sed aduersa valetudine prohibitus fuit Institutum opus absoluere.

obitus Doctorum.

Die 15.ª nouembris anni 1667. ad plures iuit Magister Andreas guiet, et in templo diui Rochi humi mandatus.

Die 12.ª Martij Magister franciscus Boniommier antiquus decanus, alter ab antiquiori magistro cum paulo ante, ~~[illegible]~~ filios duos extulisset caelo, Iam ipse maturus obiit, tumulo conditus est in templo diui Ioannis in grauia; viui fuit singularis pietas, mirifica in pauperes charitas, morientis utraque supra omnium laudem admirabilis; exequiae omnium pene doctorum conuentu et comitatu fuere celebres, sex facibus facultatis Insignia gestantibus funus illustre fuit qui antiquis decanis solemnis habetur honos, faces circa tumulum circumpositae humi condendo Illuxere.

Die 15.ª Augusti fatis concessit Magister Daniel Arbinet In belnensi ciuitate in quam commigrauerat recuperandae valetudinis causa, et spe ab aere patrio illius obtinendae, cum diuturniori Morbo conflictaretur.

Res gestæ siue Acta et Comitia facultatis a Die Sabbati quinta Nouembris 1667. ad Diem tertiam Nouembris 1668 Magistro Joanne Armando de Mauuillain parisino Iterum Decano.

Die decima nouembris anni 1667. cum ita visum
esset facultati, et Clarissimus Dominus de La Reynie, paucis ab
hinc diebus administrationis politicæ præfecturam adeptus, in
aditu suæ dignitatis honorificentius a facultate salutaretur —
Decanus frequenti doctorum comitatu stipatus illum adijt et
vniuersi ordinis nomine ei gratulatus, ipsum compellauit et
rogauit ut qua sedulitate et diligentia cæteris facultatis rebus
vacaturus esset, eadem vellet agyrtis circulatoribus et Medicis —
extraneis per vniuersam vrbem grassantibus nihil Indulgere
qui nulla senatus consultorum ratione habita magno singulorum
ciuium et reipublicæ detrimento medicinam facerent: ille —
decani orationem beneuole et prolixa responsione excepit, Infinitam
tamen et Interminatam rem reliquit, itaque doctores dimisit
Incertos et dubios quid ipse sentiret; eosque ad extremum vsque
atrium abeuntes comiter et vrbane fuit prosecutus.

hinc decanus ad alterum rerum ciuilium præfectum recta
se contulit cum eodem comitatu, quipiidem doctores Impari
comitate et vrbanitate acceptos solos abire tulit.

Die 15. eiusdem mensis cum decanus ad chirurgorum ædes
se contulisset, obseruauit ipse ædium in limine abrasum
in marmore collegij nomen, quod Iam ante celeberrimo —
Senatusconsulto abradendum senatus Iusserat, huic rei proposito
apparitori curiæ vocato Le Masson: Eosdem barbitonsores
chirurgos, Inscita et nondum Legum pœnis domita Impudentia
nusquam Immemores, idem collegij nomen cartula scriptum
abroso nomini Imposuisse, confestim supra nominatum —
apparitorem illuc misit decanus qui rem constructo Instrumen[to]

Instrumento publico exscriptam exciperet, Instrumentum autem illud alio loco enarrandum curavit decanus.

Die 17.a Magister franciscus Landrieu chirurgiæ professor publica oratione chirurgorum Inscitiam et Superbiam fuit Elegantissime persecutus magna auditorum omnium approbatione et singulari voluptate.

Eadem Die ne quidem ita postulante ad chirurgorum ædes se contulit decanus, postremo examini cuiusdam chirurgi nomine voisseare officinam in suburbio divi dionisij habentis Interfuturus; ibi barbitonsores chirurgi Inflicta (mærentibus) Ignominia et exsculpto marmore resinci nuperrime tituli nondum obliti, Inusitata Impudentia et furore cæco perciti, multa in decanum probra coniecerunt; Inter omnes Insignis fuit nominatorum pietre et Magny Impudentia, ut vita et moribus cæteris sic effutiendis contumeliis superiores. Decanus vero cum diu illos patienter audivisset, Impavidus contumeliosarum nugarum contemptor, maluit tamen reliquo Amentium furori se subducere quam caniculorum oblatrantium voces vi et acclamando refellere et illico Dominum galliot castelet examinatorem sive Inquisitorem adijt, ut hoc scripto reos maiestatis scholæ Imminutæ in Ius cum liberet posset adducere.

Die 20.a Magister paulus courtois olim decanus Iam vero rei herbariæ professor hanc Medicinæ partem summa cum Eloquentia oratione publica Laudavit et omnium præconio.

Die 23.a Magister Nicolaus Pianssant scholarum professor Lectiones auspicatus fuit a diserta et Eleganti oratione quæ omnium sibi Laudes demeruit.

Die 24.a universa facultas convocata fuit ad rationes Magistri philiberti Morisset examinandas tum prioris cum posterioris ab illo gesti decanatus, quæ rationes primæ tam et si probatæ Iterum tamen examini sunt redditæ multum obluctante M.ro francisco Blondel et pro more unice hac in re sentiente, cum autem præ temporis angustijs posterioris decanatus M.ri Morisset rationes examinari non possint, in proximum diem examinandas distulit facultas quod factum fuit ex universi ordinis sententia et sic conclusit decanus.

Die 28.a a chirurgo barbitonsore vocato Guillet supplex Libellus fuit oblatus decano ut suspensum cadaver illo obtineret, in quo operibus chirurgicis præside Magistro Alexandro Michaele desniau defungeretur. Subscripsit Libellum decanus, cum antea certior factus fuisset M.rum

dionisium

Dionisium puilon pathologiæ professorem cadauer illud
dissecandum recusasset cum videlicet proxima hebdomada
mulier suspendio damnanda esset in qua Magister puilon anatomen
celebrare malebat.

Die Lunæ 2a Decembris anni 1667. hora
sesqui decima matutina cum ex solemni more in scholas superiores
conuocati per juramentum doctores quam frequentissimi
conuenissent, audita Magistri francisci Le vignon ut et alias
aliorum doctorum incusatione quia compertum est nonnullos
scholæ Medicos, nulla senatusconsultorum sequimque sui ordinis
et sacramenti quo dicti inaugurati sunt palam ac publice
præstiti reuerentia, obuios quosque Medicos extraneos
minime probatos, nullaque Medicinæ seu notitia seu prudentia
spectabiles in consilium admittere, magno cum artis et
collegij dedecore, tum ægrotantium detrimento. facultas
non minus publicæ ciuium salutis quam suæ dignitatis
retinendæ, suorumque in officio continendorum studio ducta
cunctis suffragijs edicit ac prohibet, ne ullus imposterum
doctor Medicinam faciat et apud ægros peritijs consilium ineat
remediorumve formulas praescribat, ullumve sermonem ad
artis opera pertinentem habeat cum alijs medicis quam ijs
qui aut Lutetiæ doctoratus vel saltem Licentiarum gradum
adepti, aut in collegium medicum more solito cooptati, aut
in domesticorum regiorum album, inter medicos regios
relati sint, regique christianissimo vel principibus regio
sanguine procreatis re ipsa inseruiant. illis autem quos
vnius aut alterius probi viri testimonio in hoc decretum primo
peccauisse liquido constiterit, certissimam ab omnibus sui ordinis
honoribus priuilegijs, gradibus et muneribus per solidum
biennium deiectionem simulque omnium quæ ex aere facultatis
ad vnumquemque doctorem redeunt emolumentorum
suppressionem amissionemque denuntiat. Quod si secundo datam
fidem fefellerint, schola pelli, a cæteris collegis suis, quoties
consilii causa vocabuntur aut proponentur constanter repudiari
eorumque nomen e doctorum tabula absque ulla spe veniæ
placet eradi, quin etiam eamdem pœnam subire vult eos
qui quos e collegis violati iurisiurandi reos, adeoque in culpa
esse certo nouerint primis comitijs non accusauerint, ac ne quis
deinceps huius redintegrati decreti ignorationem prætendat.
Censet ipsum a toto ordine subscriptum alteraque ac tertia
concione firmatum, typis sine mora mandandum viritimque
doctoribus ac Licentiatis distribuendum: tum Medicos qui
in regiorum numero sunt amice submonendos, uti ineundorum
consiliorum gratia anno 1505 sibi indulta memores ab ista eadem
culpa se remoueant si secus fecerint rei prout expedierit cautum
iri. et sic conclusit decanus anno et die designatis.

Mauuillain decanus.

Die 13.a cum nominatus voitteau Magisterio chirurgico donandus esset in suburbio divi dionisii habitaturus, reclamavit decanus ne cooptaretur, cum eius conductor nominatus verdue chirotecas pro more distribuendas neglexisset hac in re chirurgorum solemni officio minime defunctus. Apud cognitorem sive praetorem rerum capitalium causam egit decanus et in chirurgos ratione in habitis iis met audientibus causam suam superiorem fecit decanus sententia lata hic scribenda, typisque mandata fuit atque ad singulos doctores delata.

Sentence contradictoire obtenue par Maistre Jean Armand de Mauvillain doyen de la faculté de Medecine de paris.

Contre les Maistres Barbiers Jurès chirurgiens de cette ville de paris Le 13e decembre 1664.

A touts ceux qui ces presentes lettres verront pierre Seguier chevalier, Marquis de St Brisson Seigneur des Ruaux et de St firmin, des grands et petit Rancy Lestang la ville et autres lieux conseiller du Roy en ses conseils destats gentilhomme ordinaire de sa chambre et garde de la prevosté et vicomté de paris salut. Scavoir faisons que sur la requeste faite en jugement devant nous en la chambre criminel du chastelet de paris par Maistre estienne le droit procureur des doyen et docteurs regents de la faculté de Medecine de paris demandeurs aux fins de la requeste verbale par eux presentee le 27e jour de novembre dernier a lencontre de Maistre hubert des vignes procureur de Tristan voitteau maistre chirurgien au faux bourg St denis deffendeur. parties ouies en leurs plaidoiers et le Doyen de la faculté lecture faite de la requeste desdits demandeurs ensemble de lexploit de Aville sergent, du sixiesme du present mois fait au dit sieur doyen de la faculté & la requeste dudit voitteau, contenant la sommation a luy faite de signer sur le registre dont est question lacte de reception dudit voitteau. Nous Disons qu'a la diligence dudit voitteau le dit registre sera porté par le plus ancien et premier des quatres prevosts en charge des maistres barbiers chirurgiens jurés de cette ville en la maison dudit sieur Doyen de la faculté pour estre par luy et ses deux adjoints signé lacte de reception en la maniere acoustumee en leur baillant

Les

les droicts et retributions ordinaires Et sera tenu le dit voisseau de faire signifier audit doyen le Jour et l'heure que le dit Registre sera porté afin quil se treuue en sa maison et fasse treuuer ses dits adioints, Et Jusque a ce sera la Boutique dudit voisseau fermee deffences a luy dexercer la chirurgie et le condamnons aux despens. En tesmoin de ce auons fait sceller les presentes. ce fust fait et donné audit chastelet par Maistre Jacque defita conseiller destat et Lieutenant criminel audit chastelet de paris le Mardy treiziesme Jour de decembre 1664.

Die 16.a decanus subsignauit libellum supplicem a vocato Boisleau oblatum, quo cadauer ei concessum fuit dissecandum, adipiscendi Magisterii causa, nulla in scholis peracta dissectione. ut sic constaret facultatem chirurgis barbitonsoribus dum debitam illis reuerentiam praestarent equissimam semper fore. Interim tamen femina eis paucos dies suspendia muletanda in scholis expectabatur: ergo concessum fuit dicto Boisleau quod alteri concedi potuerat a decano, si qua in animo decani Juste in chirurgos simultatis et odii dicti memoria reuiuisset.

Die 17.a cum nominatus Boisleau conquestus fuisset apud decanum, quod cadauer concessum, a quodam chirurgo nomine guyonis ablatum fuerat, confestim eiusmodi cadauer inquiri iussit decanus cum nullus supplex libellus ab illo guyonis decano oblatus fuisset.

Die 21.a cum decano innotuisset quo deportari ablatum cadauer curauerat guyonis, ipsum que latere in quadam domo ad hyppocum e regia sita, unde cadauer nimus quisquam ausus esset abripere, atque ibi guyonis in cadauere operibus chirurgicis vacaret eo mitit decanus curiae apparitorem le Masson qui audacter et strenue inde abreptum cadauer in cella vecti li impositum deferri ad scholas curauit, sic enim decanus animum induxerat nullum ulli cadauer habere licere nisi authoritate facultatis concessione

Eadem Die frequenti doctorum comitatu stipatus decanus cognitorem rerum capitalium adiit gratias illi acturus de lite in chirurgos barbitonsores superata, a quo humanissime doctores excepti et habiti fuerunt eorum que iura ille promisit in omnibus et aduersus omnes pro virili parte deffensurum et constantissime seruaturum, in chirurgos praesertim facultatis iugum iniquius ferentes.

Die 22.a Magister franciscus Blondel quasi mchions ne a se aduersus facultatem lites intentata exitum aliquem inuenissent, aut re ipsa litigantium transtra aliquando dereliquisse videretur supplicem aduersus decanum et censorem libellum obtulit et in litem vocauit cum ille contenderet, non ullatenus

esse

esse ferendam, et facultatis decretis omnino repugnantem baccalaureos statim a suis actibus, doctores prandio excipere sed decanum rem totam anteuertisse ex sequentibus patebit.

Die secunda Januarii anni 1668 conuenere doctores speciali articulo conuocati, audituri rationes posterioris decanatus Magistri philiberti Morisset, tum ut facultas moneretur de libello supplice non modo contumelioso et uniuerso ordini iniurioso, senatui a M.ro francisco Blondel porrecto, sed et falsitatis crimine pleno nulla coram facultate aut decano prius expostulatione facta ut scilicet falsissimo mendacio Judicum religionem occuparet, sicut ut de postulatione Magistri francisci Le vignon scholae censoris deliberaturi, qua postulabat ne in posterum cuilibet doctori litem aduersus facultatem aut decanum mouere liceret inscia facultate; haec autem comitia matutinis horis habita fuere, re ita urgente et illico ad forum Illustrissimi cognitoris catholici deferenda et Judicanda de quibus capitibus Sic censuit facultas primo gratas et ratas habuisse rationes tum prioris cum posterioris decanatus Magistri philiberti Morisset idque pacis et concordiae causa, ut patet in fine suarum rationum Secundo descendendum esse in litem aduersus M.rum Blondel Impensis facultatis, renuntiandumque esse Illustriss. procuratori catholico facultatem nunquam conuiuia baccalaureorum Instituisse minusque probasse, sed libera semper fuisse. 3.o ex postulationem Magistri francisci Le vignon scholae censoris ad proxima comitia dimittendam esse et sic conclusit decanus.

Quibus peractis confestim se contulit decanus in forum Illustr. cognitoris catholici, a quo sine dubio res ipsa Judicata fuisset sicuti Jam a facultate praeJudicata fuerat; baccalaureos videlicet nullos doctores post actum prandio excepturos neque a facultate ulla eiusmodi conditione et lege obstringi; res ut praeuisa sic perfecta est Itaque Illustrissimo domino procuratori catholico, palam fecit decanus Blondelium audaci quodam temerario libellum supplicem obiecisse curiae, rei ab illo propositae Jam ante plures annos a facultate prouisum fuisse, atque Etiamnum paucis ab hinc diebus solemne decretum de eadem re a facultate latum fuisse. sic irritus omnis refrixit Blondelii impetus, res ita gesta et perfecta

Iisdem comitijs decanus facultatem monuit professores in academia parisiensi Mathematicos in rectorem Elegisse Magistrum Le Maire atque hanc illam dignitatem fuisse consecutum ut pote qui optatus fuisset solemni ritu et usitata legum consuetudine; rem a facultatibus superioribus

Superioribus acceptam et gratam fuisse, has sic optato rectori Intercessionem suam concessisse sigillo facultatum singularum munitam qua quidem ille aduersus Dominum Leger uteretur qui litem ei mouerat et Inuitis Academiae Legibus et Iure posterius rector electus fuerat; Magistrum le maire a facultate Medicinae Intercessionem supplicitus expostulare re deliberata et plurimorum suffragijs Domino le maire fauentibus, Intercessio fuit illi concessa, quam pro facultatis voluntate et consilio subsignauit Decanus.

Eadem Die cum Interfuisset decanus examini cuiusdam Chirurgi Massiliensis quem a domino falise chirurgorum regiorum primo Interrogandum maioris consilij curiae edicto Iusserat, rogauit decanum dominus falise ne seuerius actum iri vellet in alterum et praepositis barbitonsorum nominatum viuien, item cum illo nominato chirurgo voitteau, in quem lata fuerat nuperrime sententia; ita se facturum promisit decanus, dum vnusquisque et chirurgis suo nollet in facultatem officio et reuerentiae deesse.

Die 4ª Ianuarij 1668 in senatu dicta fuit causa domini Le Maire et dicti Legèr, senatus longissime discessit a sententia Domini Talon; et dominus Leger rector fuit renuntiatus et senatusconsulto probatus, etsi contra Ius et Academiae statuta hunc dignitatis gradum fuisset consecutus.

Die 9ª hora post meridiem secunda conuocatis per Iuramentum doctoribus omnibus in scholas superiores de modo et ratione coercendarum imposterum litium a Magistro fr. Blondel in dies aduersus facultatem et collegas Intentarum Iuxta expostulationem Magistri francisci Le vignon scholae censoris, et decretum latum 2ª Ianuarij eiusdem anni quo Illius petitio ad proxima comitia fuit remissa necnon alijs rebus menstruis tractandis, tum demum de confirmando decreto lato 2ª decembris 1667 deliberaturi de quibus omnibus capitibus Sic censuit facultas primo

Nota. antiquum illud decretum renouandum esse quo nefas erat doctori cuilibet ad senatum aut quoduis aliud Iustitiae tribunal prouocare Inconsulta facultate, eumque doctorem atinagogum haberi; quapropter Imposterum eo ipso quo quis doctor prouocabit ad senatum, emolumentis, muneribus, et scholae honoribus eum priuandum esse, quod si contumax videatur e catalogo expungatur, illudque decretum ab omnibus non

modo proprio chirographo muniendum, sed et authoritate senatus promulgandum, sicut et illud secunda decembris 1667 latum tertia hacce conuocatione confirmatum et tandem illud quo Iubente facultate singulis mensibus, primis diebus non Impeditis, congregabitur facultas ut suae dignitati et famae consulat et denegandum esse honorarium quodlibet ijs qui his decretis subsignare renuent et sic nemine reclamante conclusit decanus.

Cauuillart
decanus.

Die 11^a Dominus felix primarius regis chirurgus propter partitam primi barbitonsoris regij prouinciam nuperrime in hocce munus et praecipuam Inter chirurgos barbitonsores dignitatem proueetus, cum cogitaret ille de socijs Ineunda primum dignitate, singulari aliqua gratia sibi demerendis, decanum multoties supplex adijt et vix annuentem, Iteratis precibus tandem exorauit perfecitque ne omnia summo Iure et Lata 13^a decembris 1669. sententia qua nominato voitteau qui exercenda in suburbio sancti dionisij chirurgia facultatem recenter adeptus fuerat vetabatur ne patentem officinam obtineret antequam decanus et qui ei fuerant adiuncti duo doctores concessae facultatis Instrumentum subscripsissent et ijsdem decano et doctoribus chirotecae pro solemni more illorum actuum offerendae oblatae fuissent; scilicet eiusmodi munuscula subduxerant barbitonsores chirurgi vehementius in decanum Indignati qui paulo ante in Limine Inscriptum et marmoreo in Lapide defixum collegij nomen Eradi et deijci Imperauerat, attamen cum decanus vidisset abiectum ante se et humillime gratiam illam deprecantem D.^num felix, postquam barbitonsorum chirurgorum Leuitatem grauius Increpuisset, non recusauit ille expetitam gratiam Largiri, ut saluberrimae facultatis constantem in subditos vel Immerentes clementiam et Liberalitatem contestatam relinqueret, Itaque ex Lata sententia potestate dicam dixit decanus quo suis in aedibus adesset Magister Courbier primi barbitonsoris regij vicarius et Locum tenens et chirurgorum barbitonsorum praepositus perpetuus ut conuocatis adiunctis doctoribus in commentarijs chirurgiae barbitonsorum Instrumentum quo quidem in chirurgiae munus sumebatur dictus voitteau referret vobliguatum a decano et adiunctis doctoribus, conductore et aspirante (ut aiunt) consentientibus et praesentibus, secus enim omnia ab illis acta scriptaque vana et Irrita sunt habenda nam alias Iure Magisterij dictus voitteau priuaretur, et obtinenda officina, nisi a decano et adiunctis doctoribus factum satis fuisset; haec omnia acta et perfecta ut dicta sunt testes fuere Magistri fonteine et Lienard; adiuncti vero Erant Magistri nicolaus Richard et M.^r dionisius Joncquet.

Die 20^a conuocata speciali articulo facultate, per apparitorem regium a M.^ro Blondel missum Indictum fuit decano Intercedere D.^no Blondel ne conuocaretur facultas, hac videlicet et praecipua ratione quod matutinis horis facultati conuenire non Liceret attamen cum schedula Iam ad singulos doctores delata fuisset maxima fuit doctorum frequentia et audita sunt posterioris decanatus D.^i Moriset rationes et cum nonnulla ex ijs in controuersiam vocata et agitata fuissent, sunt illae posterioris

posterioris decanatus rationes approbatæ ut firmius inireтur inter omnes pacis et concordiæ fœdus, multa enim quæ culpæ suspicione vacuæ non erant a volente facultate sunt prætermissa ut inde nascituræ litium causæ præscinderentur omnes, sed maximo Blondelij dolore, hæc omnia perfecta sunt et hanc rem suam feliciter impetravit dominus Moriset quem Mr Blondel omnes litis movendæ causas invidiosius expiscabatur quod ex rationibus Mri philiberti Morisset reliquum superfuit his verbis commentarijs mandari placuit facultati.

hæ rationes visæ et revisæ iuxta supremi senatus decretum lectæ examinatæ et probatæ fuerunt ab omnibus doctoribus per iuramentum speciali articulo convocatis nemine reclamante nec intercedente, dempto articulo de usura qui habetur pagina 444 ducentarum et viginti septem libellarum ex quibus constat summam expensi superare summam accepti trecentarum et nonaginta octo libellarum cum decem assibus nulla imposterum indicta consequentia quia quædam fuere paulo liberalius expensa incontesta facultate, decretumque fuit illi ut moris est honorarium centum et quinquaginta libellarum, insuper censuit censuit facultas etc.

Die 28ª congregata fuit facultas speciali articulo, schedula ad omnes doctores delata, de cereis distribuendis et candidatorum examinatoribus eligendis in quibus comitijs negotium chirurgorum regiæ domus fuit a decano propositum petebant illi a facultate ut vellet eos inter discipulos seu scholasticos facultatis admittere, velleque se sacramento obstringere omnibus facultatis mandatis obtemperaturos, singulos doctores tanquam præceptores colere et venerari nec non singulis annis postridie divi Lucæ summam clientelarem persolvere: de quibus capitibus sic censuit facultas primo cereos pro more esse distribuendos secundo quod ad negotium illorum chirurgorum consulendos esse patronos et facultati eorum consilium esse renuntiandum et sic conclusit decanus.

Quibus peractis sorte ducti sunt Electores qui candidatorum examinatores nominarent tres scilicet e maiori ordine nempe Mr guido patin, Mr Iacobus Mentel, et Mr Antonius Morandi; duo vero e minori scilicet Mr philippus Douté et Mr Ioannes baptista de revelois, qui statim data fide in sacellum se receperunt et implorata spiritus sancti gratia tres e maiori bancca dignos existimarunt et in illud munus nominarunt nempe Magistrum petrum Legier Mrum claudium querin et Mrum Michaelem Mares: tresque quoque e minori pariter fuerunt nominati scilicet Magister germanus hureau, Mr franciscus gouel et Mr Ludovicus galais, quorum nomina in urnam fuerunt coniecta, sorte autem ducti sunt e maiori ordine Mr petrus Legier Mr claudius querin

E minori Magister germanus hureau et Magister franciscus gouel qui solemni Sacramento polliciti sunt se nullum candidatum cum gratia aut fauore examinaturos et sic absoluta et peracta fuere comitia.

Die prima februarij comes adfuit decanus rectori cereos offerenti more solito, sibi collegam M.rum germanum hureau adiunxerat, res tota intra unum diem gesta et absoluta fuit sicuti anno elapso, quoniam ab urbe aberat Rex, quo absente, academiam urbe discessuram non esse apud Amplissimum Rectorem fuit constitutum, quod non sine aliquo doloris sensu decanus accepit cui paulo hac in re infeliciori eiusmodi ceremonia adesse toto decanatu non licuit.

Die sexta habita sunt menstrua comitia neque enim antea indici potuere cum et cerei deportandi fuissent et quodlibetaria celebranda quibus in comitijs multa quidem proposita et infinita relicta.

Die 9.a quidquid illo die gestum fuerit prolixius exponitur in capite quaestionum quodlibetariarum quo quidem die extitit inauditum et insitatum illud Mentelij facinus in facultatem, propter quod e suggestu descendere ille coactus fuerit, inde decreto deturbatus quod eo ipso temporis articulo quo suggestum ille obtinebat latum fuit quiquidem actus irritus fuit habendus ut in capite de quodlibetarijs habetur

Die 17.a instituta sunt comitia aduersus Magistrum Jacobum Mentel de quibus suo loco dictum est superius

Die 17.a postremo tandem senatusconsulto negotium aduersus Magistrum franciscum Blondel susceptum consummatum fuit quo senatusconsulto damnatus est ad debitam facultatis summam persoluendam, quia summa ad illum deportata fuerat decanatu iam deffunctum, et clam ab illo fere duos annos retenta, sed hac de re alio in loco agetur ubi o[mn]ia aduersus illum senatusconsulta describentur, cum ille ubique causa ceciderit et ad expensas omnes litium soluendas fuerit damnatus.

Die 7.a Martij cum octo ante diebus palam et tam extra quam intra scholam affixo programmate promulgatum fuisset decani mandatum quo Medicinae candidati monebantur ut conuenirent examinandi; illi hora decima matutina adfuere decenti et proprio candidatorum habitu; Alter Domini puylon filius cuius pater omnium quorum hic aderant filij antiquissimus fuit, emendata et limatissima. hic aderant filij antiquissimus fuit, Emendata et Limatissima oratione candidatos facultati obtulit Iunior ille puylon: Ex antiquioribus qui aderant singuli, singulos candidatos interrogauere; dictus est a decano candidatis dies lunae proximus quo illi essent allaturi litteras magisterij artium aetatis et studiorum.

Cum candidati recessissent monuit facultatem decanus libellum supplicem a Magistro francisco Blondel Illustrissimo

cognitori catholico oblatum fuisse quo ille adversus decanum expostulabat quod Thesim in stibium ab eo conditam obsignare noluisset decanus, se decanum ad cognitoris regii forum descendisse Instrumenta Invicem collaturum quae sibi tradi voluit cognitor catholicus ut iis examinatis rem Judicatam proximo die in forum deferret, Interim tanta fuit Illustrissimo viro humanitas ut prolixius Magistrum Blondel compellaverit ipsum adortatus ut tandem a litibus ille vellet supersedere, cum collegis pacem Inire quod in Thesim paulo frequentius irrepserat veneni verbum delendum permittere, quae omnia cum a decano summa fide exposita fuissent, super ea re deliberatum fuit et conspirantibus omnium suffragiis sic constitutum. in omnibus obtemperandum esse Illustrissimi cognitoris catholici sententiae et consilio, veneni vocem a D. Blondel per universam Thesim passim conjectam delendam esse et sic conclusit Decanus.

Die 12° Martii candidati litteras attulere et facultati examinandas proposuere, Inter quos qui vocabatur Vezou cum decanum pridie adiisset et apud eum Ingenue et liberaliter fuisset confessus sibi et legitimo quod ab artium magisterio Interesse debet temporis spatio menses aliquot deesse, cum ille Vezou palam litteras decano traderet illud sibi confessum fuisse, dixit decanus et praesentes doctores rogavit an illi in praesentiarum suam hac de re sententiam ferre vellent, nam si quid hac in re illis deterius visum esset candidatum una cum aliis ad examen non esse revocandum, cum res plurimorum suffragiis agitata et expensa fuisset, liberalius dictum Vezou accipiendum esse statuit facultas et illum Inter examinandos esse admittendum Itaque suae sunt illi redditae litterae, nominati doctores qui reliquorum candidatorum litteras examinandas reciperent duo ex maiori scamno Magister Jacobus Thevart et Magister nicolaus Mathieu duo e minori Magister Nicolaus Lienard et Magister franciscus Jorand et sic conclusit decanus.

Die 14ª. speciali articulo convocata fuit facultas ut doctores audirent quid ab illis compertum fuisset quibus examinandas candidatorum litteras mandaverant: illi sic retulere candidatum nomine Robert studiorum legitimo tempore et toto fuisse deffunctum sed in Academia parisiensi lauream Magisterii artium non fuisse promeritum, pariter quoque deesse aliquot menses candidato gayant nihil admodum deesse caeteris quin examine probarentur, quod cum ita acceptum fuisset res dicti Robert et nominati gayant in utramque partem agitata diu fuere, atque adeo ambo illi candidati examinis veniam Impetravere, quae quidem dicto gayant fuit a saluberrimo et universo ordine Impertita, propter singularem patris Industriam bene de Schola meriti et in dies melius merentis cum ille In amphitheatro anatomico dissecandi munere pluries deffunctus fuisset: qui vocabatur Robert ad examen admissus, sed ea conditione ut lauream Magisterii artium ante esset consecuturus quam baccalaureatus principium faceret quae cum acta fuissent, decanus facultati dixit, ultimum decretum latum de Thesi in stibium a M.ro Blondel proposita paulo difficilioris et operosioris esse explicatus, atque adeo rem

magis

magis conueniret si standum esset in sententia et consilio Illustrissimi cognitoris regij: ubi a decano illa relata fuerunt secundo rogauit decanus, an thesis Magistri Blondel typis mandanda esset, plurimis ita placuit dum vox veneni ex thesi deleretur qua deleta thesim typis mandari posse ut sic conclusit decanus.

Sequuntur nomina et cognomina baccalaureorum quos creauit facultas 24a Martij 1668 qui omnes ad principium faciendum praesente decano et doctoribus actum edicente maiore Gidello, excepto Roberto propter rationes allatas in decreto lato eadem die.
Ioannes baptista de Monstroeil parisinus.
claudius puylon paris.
petrus yuelin paris.
franciscus vezou paris.
~~Rob~~
Ludouicus gayant paris.
Ioannes Robert paris.
claudius de quanteal castelio sequanens.
falix Lislemant constantiensis.
hi omnes Iurarunt In verba facultatis Iubente decano.

Mauuillain decanus.

24a conuenit facultas speciali articulo conuocata hora octaua matutina post sacrum ut dominorum examinatorum sententiam audiret de candidatis quos illi examinando probauerant quatuor examinatores censuere omnes ad baccalaureatum esse admittendos cum Interrogantibus fecissent satis. Examinatorum sententia diligentius subducta melior facultati visa est, candidati omnes in baccalaureos cooptati, hac tamen singulari et propria dicti Roberti conditione ut a principio faciendo supersederet dum Lauream artium in academia parisiensi fuisset consecutus sic vna cum facultate conclusit decanus.

Iisdem comitijs quae frequentissima erant rogauit suppliciter Magister Ruffin doctor ut vellet facultas Magistro danieli Arbinet doctori iam plures ~~annos~~ menses propter morbum decumbenti aliquam pecuniae summam irrogare qua collega in summa rerum omnium angustia iacenti subueniretur cum hanc rogationem audiuisset facultas, censuit decanum nomine facultatis domino Arbinet summam centum et quinquaginta Libellarum quotannis esse concedendam et huic domino Arbinet iam iam repraesentaturum esse ~~decanum~~ atque illam summam rationibus decani reddendis facultatem decano in accepti loco posituram et sic conclusit decanus.

Iisdem comitijs latum fuit decretum super zythi fermento sed ante illius descriptionem placuit decano antecedens, latum sexta februarij suo loco non descriptum hic exscribere ut totum illud negotium facilius Intelligeretur. Ergo

Die sexta februarij 1668 speciali articulo conuocati doctores conuenere in scholas superiores audituri a decano mandatum amplissimi Domini de La Reynie propraetoris administrationis politicae, qui continuo saluti ciuium Inuigilans rogabat facultatem ut super zythi fermento suam ferret sententiam num salubre esset nec ne, num panes ex eo zymomate confecti Laudabiles essent et sanitati conducibiles. Censuit facultas seligendos esse viros quibus res examinanda committeretur in eam rem nominati fuere Magistri Iacobus Theuart, nicolaus Brayer, Eustanus fonteine et paulus courtois qui pistorum et zythopæorum officinas adirent ad explorandas accuratius zythi fermenti facultates, ut die a Decano postea Indicenda quid illis videretur ad facultatem referrent et maturum super propositis Iudicium ferre possent et sic conclusit decanus.

Die vero 24a Martij in solemnibus comitijs illa die Sabbati haberi solitis praemonitisque collegis in maxima doctorum frequentia (Aderant enim plusquam octoginta doctores) selecti viri a decano compellati quid de zythi fermento comperissent, vnanimi consensu retulerunt zythi fermentum plurimis de causis coram omnibus recensitis

minus

minus convenire panificio, eiusque usum insalubrem esse; id autem pistores duntaxat usurpare ut labori et impensae in pane conficiendo parcant, cum nihil ad bonitatem et salubritatem conferre possit. Sed cum ex octoginta quadraginta sex, et triginta tres tantum ex adversa sententia clarissimorum virorum selectorum sententiae assensum praebuissent, ex pluralitate suffragiorum eum ijs conclusit decanus, ea lege et conditione ut haec opinio illustrissimo et vigilantissimo propraetori administrationis politicae quam primum renuntiaretur, cui universus medicorum ordo plurimum gratulatur quod strenue se gerat in supremo illo magistratu obeundo, quodque sedulo in curam valetudinis civium incumbat.

Die 4.a Aprilis convocata speciali articulo facultas tum pro menstruis comitijs tum auditura supplicationem emeritorum baccalaureorum qui facultatem rogabant ut eos vellet examine particulari probare, itaquidem universus ordo censuit unanimi omnium consensu excepto Magistro Francisco Blondel quo obstante sic conclusit decanus.

Die 7.a post sacrum huc coeuntibus more solito doctoribus cum Magister Robert litteras magisterij artium a se impetratas facultati exposuisset, in inferioribus scholis more solito principium fecit; hac enim principij faciendi formula baccalaureos ex candidatorum numero ad baccalaureatus dignitatem evehit.

Die 2.a Maij convocata speciali articulo facultas ut doctores omnes audiret super examine particulari emeritorum baccalaureorum. Secundo ut dies diceretur ad examen botanicum. 3.o de rebus alijs ad facultatem pertinentibus. De primo et secundo capite sic censuit facultas re agitata et suis utrimque ponderibus librata, emeritos baccalaureos suo munere belle deffunctos fuisse, ad licentiam esse admittendos solutis solvendis; examen botanicum die convenienti ante festum pentecostes esse celebrandum; quod vero ad res ipsius facultatis spectabat ac praesertim ad intercessionem Domini Herbinot supremae curiae apparitoris, cuius quidem omnium maxime intererat hanc aditus ad flumen viam minime intercludi ea parte qua respondet angulo domus quae ex fundo facultatis habetur, rem ad patronos deferendam censuit facultas atque omnia ex illorum sententia hac in re esse gerenda.

Lis de Stibio Iudicata.

Die 8.a Lis de Stibio adversus Magistrum Franciscum Blondel iudicata fuit, causa ille cecidit et intercessio eiusdem adversus primum senatusconsultum in gratiam tanti remedij latum abrogata fuit. Constabat enim remedium ab universo ordine approbatum fuisse ut patet ex decanatu M.ri Francisci Le Vignon, nonnullis tamen ab hac sententia discedentibus; ut Magistro Blondel qui quidem hac in lite a senatu fuit damnatus ad expensas solvendas. Senatusconsultum posthac describetur inter ea quae decanus adversus Dominum Blondel recuperavit.

Die 15.a celebratum fuit examen botanicum.

Die 25.a in numerum chirurgorum cooptatus fuit nominatus Boisleau et debitum ius facultati persolvit, cum ita in animo esset

Carbitonsorum

Barbitonsorum societati commentarium instituí in quem referrentur formulæ quibus facultatis iura persoluta et a decanis accepta consignarentur, ne eædem formulæ aliquando a singulis qui iam iura persoluissent bis reposci possent inducta de non soluto iure opinione; decanus hodie primum eiusmodi commentarium subsignavit atque ita constitutum quo die sacramentum barbitonsores chirurgi inirent, eodem die solemnia iura ab illis esse solvenda atque decanos eiusmodi in commentario subsignationem habituros apud se, ne singuli asservandis schedulis essent obnoxii.

porrexerunt, quibus acceptis, demandata fuit illas
accuratius examinandi provincia M.M. Claudio le
vasseur, tussano fontaine, Joanni armando de Mauvillain
Joanni baptistæ de Renolois, henrico Mahieu etc.

electio doctorum ad probandum librum de reb. medicis compositum etc.

Ipsis comitijs quædam scripta de Rebus Medicis a dño
[illegible] ubé Medico Montargiensi decanus proposuit a quibusdam
doctoribus legenda esse et probanda, si ita visum fuerit
propter bonum publicum. eam ob causam designati et nominati
fuerunt a facultate M.M. guido patin, tussanus
fontaine, petrus de Mesurne et dionisius puylon.

relatio examinatorum de litteris testimonial. candidatorum.

Die sabbati 22 martij 1670 hora 9 matutina post
sacrum convocati legitime doctores speciali articulo
ad audiendam relationem doctorum, quibus demandata
fuerat testimoniales candidatorum litteras accuratius
examinandi; postquam constitit ex deputatorum relatione
Candidatorum litteras omnes suis autographis esse
consentaneas, excepto uno qui dicitur Carolus Sarché
Constantiensis, in cujus litteris plura desiderabantur
receperunt alios quinque Candidatos scilicet antonium
de saintyon parisinum, Guillelmum Lamy Constantiensem,
franciscum Basly Constantiensem, petrum ozon
Montargiensem et Joannem Cordelle hamum ad examen
sequente hebdomada horâ 2 pomeridiana incipiendum

admittendos esse et ita ex omnium suffragio conclusit
decanus. /

decretum in gratiam M. Claudii de Frades

Iisdem comitiis supplex accessit ad facultatem Magister
Tussanus Fontaine exponens M. Claudium de Frades
se poenitere litem movisse adversus facultatem, ipsamque
litem instrumento publico a nottariis descripto et subsignato
ejurasse, quod prae manibus habebat, omnibusque
doctoribus publice perlectum fuit et tandem postulavit ut
in Catalogo doctorum restitueretur cum omnibus emolumentis
et juribus suis, tandem exposuit ipsum M. Claudium de Frades
Illustrissimo Abbati Dno Desroches facultatis nostrae
benefactori Munificentissimo esse cognatum et affinem
sicque omni favore ipsum non dimittendum ab omnibus esse
excipiendum; quibus auditis censuerunt doctores M.
Claudium de Frades in Catalogo doctorum cum omnibus
emolumentis et juribus esse restituendum, ipsique ut
cognato et affini Dno D. Desroches summam
quinquaginta librarum a decano solvendam, magnâ et
sola animi gratitudine facultatis erga Illustrissimum
Dominum Desroches concedendam esse, quam summam
postea repetendam ex primo et annuo reditu pecuniarum
quas facultati singulis annis debent solvere RR. PP.
religiosi Monasterii sancti Dionysii et ita ex omnium
doctorum sententia conclusit decanus. /

instrumentum quo M. Claudius de Frades litem adversus facultatem
ita habetur et legitur.

Aujourd'huy est comparu pardevant les nottaires gardenottes du Roy
au Chastellet de Paris soubsignez noble homme Claude de Frades docteur
regent en la faculté de Medecine de Paris y demeurant rue St Denis
paroisse St Laurent, lequel s'est volontairement desisté et departi
se desiste et depart par ces presentes du procez par luy intenté
au Chastellet de Paris contre laditte faculté au subject de la donation
de feu Messire Michel Le Masle sieur des Roches son parent
a dessein d'obliger laditte faculté de bastire incessamment des
nouvelles eschollеs, selon qu'il est declaré en l'acte de laditte donation
lequel acte, ayant esté par luy plus meurement leu et examiné
et y ayant recognu que laditte somme donnée n'estoit que pour
ayder a bastire des nouvelles escholles et que la somme de
vingt mille livres rendue selon la transaction qui en a esté
faicte avec Messieurs les administrateurs de l'hostel Dieu et
les docteurs de laditte faculté ne suffisoit pas pour un

un si grand desseing, au subject il a declaré de plus quil confirme tout ce qui a esté faict par laditte faculté comme aussi le contract passé entre les Reverends peres religieux de l'abbaye de St denis, qui porte que laditte somme tant en principal qu'en arreraiges sera religieusement gardée et conservée pour pouvoir un jour avec quelque aultre somme plus grande bastir des nouvelles escholles selon l'intention du donateur et bienfaicteur; de plus a declaré et declare quil s'est desisté et desiste d'un aultre procez intenté en la cour contre laditte faculté demandant quil fut restabli dans ses droicts, honneurs dignitez et emolumens de laditte faculté delaquelle il avoit esté exclu en vertu d'un decret faict aux escholles le 26me janvier 1669 par lequel il est deffendu a tous docteurs de plaider contre laditte faculté inuitâ et inconsultâ dictâ facultate soubs peine d'exclusion de laditte faculté. pour raison dequoy, il auroit faict cy devant plusieurs poursuittes et procedures quil a mis et met es mains de Monsieur barbe doyen de laditte faculté quil consent estre et demeurer nulles et de nul effect et tous ces deux procez sont et seront terminez et assoupis sans aucune repetition des despens, dommages et interestz de part, ny d'aultre promettant et obligeant et renonceant et faict et passé a paris es estudes desd notaires l'an 1670 le 27 jour de Mars avant midy et a signé de frades avec les notaires ./.

Coppie de la quittance de Monsieur de frades

aujourdhuy est comparu pardevant les notaires gardenottes du Roy au chastellet de paris soubsignez noble homme Claude de frades docteur regent en la faculté de Medecine de paris y demeurant rue de St denis paroisse de St Laurent, lequel a confessé et confesse avoir receu par les mains de monsieur barbe doyen La somme de Cinq cent Livres que laditte faculté de Medecine luy a accordé, non par obligation; mais par une pure et bonne volonté en consideration de feu Messire michel le Masle sieur des Roches son parent bienfaicteur de laditte faculté, Laquelle somme de Cinq cent Livres sera reprise et repetée selon le decret qui en a esté faict aux escholles de Medecine le 22me jour du present mois sur la premiere année de la rente deube par les Reverends peres religieux de l'abbaye de saint denis, moyennant laquelle somme de Cinq cent Livres par luy receue ledit comparant a notifié avoir respect estre obligé a laditte faculté, faict en l'estude desdits notaires avant midy le 27 mars 1670. et a signé de frades avec les notaires. /. —

Diebus Lunæ mercurij et Jovis 24, 26, et 27 Martij 1670, non die Martis propter festum divæ virginis horis pomeridianis candidati quinque supra nominati de Rebus Naturalibus, non Naturalibus et contra Naturam sigillatim

examinati fuerunt et ultimo die examinis singulis illis quinque propositus fuit a decano et quatuor examinatoribus unus hippocratis aphorismus die veneris sequente explicandus. /

relatio D.D. examinatorum de candidatis.

Die vero sabbati sequente 29 martij 1670 doctores post rem sacram more solito convocati audita D.D. examinatorum renuntiatione candidatos tantum quatuor ad principium et ad baccalaureatum admiserunt hos nempe
antonium de saint yon parisinum. /
Guillelmum Lamy constantiensem. /
franciscum Basin constantiensem. /
petrum ozon montargiensem. /
hosque ex communi consensu conclusit decanus; in cujus manibus solitum illi praestiterunt jusjurandum, statimque baccalaureorum insignibus ornati sunt, quique principium in scholis inferioribus ex minore suggestu dixerunt. /

veteres baccalaurei petiere admitti ad examen particulare.

Eadem die sabbati 29 martij 1670 horâ octavâ post sacrum veteres baccalaurei steterunt in superioribus scholis coram doctoribus ritè convocatis, ab iisque omnium nomine petiit Claudius puylon eleganti oratione ut ad examen particulare admitterentur, cui petitioni annuerunt omnes doctores

decretum adversus M. Claudium tardy

Die mercurij 26 martij 1670 horis pomeridianis examine candidatorum confecto de rebus non naturalibus M. Joannes de Mauvillain scholarum censor legit coram omnibus doctoribus aliquod programma typis mandatum a M. Claudio tardy collega, in quo pollicitus erat se docturum modum quo possit unusquisque mares aut feminas pro arbitrio generare et plura alia quae visa fuerunt prorsus ridicula et a ratione aliena, quae non decebant doctorem facultatis medicinae parisiensis, sed potius redolebant artem agyrtarum, qui populo stuporem imponere student, quod omnibus doctoribus maxime displicuit; quapropter censuerunt omnes doctores nemine reclamante ipsum Magistrum Claudium tardy, ne esset imposterum dedecori facultati acriter esse arguendum, ipsumque omnibus emolumentis et juribus esse privandum; illi tamen decreverunt sub titulo paupertatis summam ducentarum libellarum singulis annis illi esse concedendam, ea tamen conditione ut nullum programma typis in posterum mandaret et publicum faceret, alioquin illa annua ducentarum libellarum distributione foret privandus. decanus tamen emolumenta percipiet ipsius Claudij tardy de quib. facultati reddet rationem et illud erit partim ad solvendam annuam pensionem et sic ex omnium consilio conclusit decanus. /

admissi sunt veteres baccalaurei ad gradum licentiarum

Die sabbati 3 maij 1670 horâ 9 matutina post sacrum convocatis doctoribus per schedulam exposuit decanus baccalaureos satis eruditos examen suum particulare absolvisse, petiitque an non ex communi omnium sententia illi baccalaurei essent ad gradum licentiarum esse promovendi. — super illo negotio censuerunt doctores illos satis eruditos —

baccalaureos ad licentiam esse admittendos solutis juribus arcarialis. Sicque censuerunt doctores non debere frui jure rotuli secundum statutum, qui per majorem partem actibus non interfuerunt, illos tamen doctores, qui valetudine fuerunt præpediti honorario quadraginta assium, ut solet fieri, non esse privandos et sic conclusit decanus.

examen instituendum de re herbaria

Die lunæ 12 maij 1670 horâ 2 pomeridiana convocata fuit facultas speciali articulo ad scholas superiores, ut diem diceret per statutum, quâ novi baccalaurei de re herbaria hoc anno essent examinandi. Censuerunt doctores illud fore instituendum more solito, iisdem conditionibus et die vero fronte decano videbitur et sic cum omnibus conclusit decanus. /

Die mercurij 22 maij 1670 convocati fuerunt doctores omnes in scholas superiores horâ ipsâ 8 matutina in vendemiam et secunda pomeridiana in quintam, quâ die baccalaureos de re herbaria (ut moris est) secundum statutum examinarunt. /

Confectio theriacæ in suburbio sti Germani

Die lunæ 19 maij 1670 horis pomeridianis ex præscripto domini de la Reynie præfecti generalis politiæ civilis adfuit decanus comitatus M. M. francisco le vignon petro le meusnier et tribus magistris custodibus pharmacopæis confectioni theriacæ quam composuit ex arte dominus charas pharmacopæus urbis aurelianensis, de cujus theriacæ compositione omnes testimonium authenticum descripsimus et proprium chirographum subscripsimus hac formula.

Nous doyen, et doyen docteurs regents de la faculté de medecine et les trois gardes de la pharmacie deputez par l'ordre de Monsieur de la Reynie Lieutenant general de la police de paris certifions que Monsieur Moyse charas apoticaire ordinaire de Monsieur frere unique du Roy a dispensé et parachevé en nostre presence publiquement la composition de trois cent livres de theriaque selon la description d'andromachus qui a esté faicte avec une exacte et tres curieuse election et preparation des tous les ingrediens, dont nous avons esté tres satisfaicts, approuvans avec louange le chois tres particulier des tous les remedes et aussi la preparation et la mixtion qui en a esté faicte selon les meilleures regles de la pharmacie specifiées et declarées par ledit sieur charas au traicté qu'il en a composé avec grand travail et experience. Ce qu'estant

Nous attestons que cette composition de laditte theriaque est tres excellente et quelle peut surpasser sans exception, par ses rares vertus et bonnes qualités toutes les aultres compositions de cette nature; en foy de quoy nous avons signé ce present certificat et y avons faict apposer le seau de nostre faculté et celuy de laditte pharmacie et l'avons faict enregistrer dans nos registres et le tout pour le bien publicq. faict a paris le 22 may 1670. /

barcalaurei ad senatum et ad alios ordines — Die veneris 23 maij 1670 baccalaurei medici licentiandi juxta statutum nomine baccalaureis commitati senatum parisiensem et reliquos urbis ordines invitatum iverunt ad medicorum panegyrim die dominica prima junii sanctâ trinitati dicatâ habendam. /

Decanus offert D. cancellario barcalaureos — Die lunae 26 maij 1670 horâ tertiâ pomeridianâ convocatis speciali schedula doctoribus in aulam archiepiscopalem inferiorem decanus sequenti eorum tam capatorum quam togatorum consessu stipatus veteres baccalaureos numero sex licentiâ donandos obtulit D^no^ Loisel cancellario ecclesiâ et academiae parisiensis qui praemissa docta oratione pollicitus est se paranymphum eloquentem missurum et politam licentiam brevi impertiturum.

paranymphi celebrantur in scholis. / — Die dominica prima junij 1670 horâ 2 pomeridiana venit in scholas inferiores a D^no^ Loisel ecclesiâ et universitatis parisiensis cancellario missus orator M. Nicolaus Boileau, qui baccalaureis licentiandis dicebat panegyricos; sed cum decanus adstaret nomine felix Lislemay constantiensis qui bursas seu jura facultati debita non solverat, ut in simili casu ab omnibus solet fieri; statim curâ decani convocati fuerunt omnes doctores ad scholas superiores de isto felice Lislemay deliberaturi; qui omnes unanimi reclamante in ea fuerunt sententia, ut ipse felix Lislemaud cum aliis baccalaureis ab oratore laudaretur ea tamen conditione, ut post absolutam panegyrim, daret quid quid habebat in numerato pro juribus facultati debitis; alia autem jura illi remittenda esse, si recto constiterit de illius paupertate, itaque lege ut pollicitatur et publico instrumento juxta statutum fidem suam adstringat se illa jura seu bursas persoluturum, cum ad meliorem fortunam pervenerit, hisque deinde doctores ad scholas inferiores redeunt paranymphum audituri, qui eleganti et erudita oratione scholam parisiensem doctores veris et propriis laudibus cumulavit; atque veteres baccalaureos convenienti et accommodato cuique encomio ingeniose laudavit. /

decretum in gratiam felicis Lislemay barcalaurei. /

Die lunae 2. junij 1670 hora sextâ aut circiter matutina medici doctores omnes in inferiorem illustrissimi archiepiscopi —

aulam conuenerunt, ibique singuli singulos rotulos suffragia sua continentes in urnam quam dominus Cancellarius universitatis prae manibus habebat, conjecerunt. Quibus rotulis decano et doctoribus qui aderant collatis, hic qui sequitur Licentiandorum ordo collectus est et descriptus in duabus seorsim schedulis ab eodem domino Cancellario et decano subsignatis, quarum utraque [...] suam sibi assumpsit.

ordo licentiandorum.

Ordo licentiandorum in saluberrima facultate Medicina anno dni 1670./

1. Magister petrus Juelin parisinus./
2. Magister Claudius puylon parisinus./
3. Magister franciscus bezou parisinus./
4. Magister Ludouicus bayaue parisinus./
5. Magister Joannes Robert parisinus./
6. Magister Claudius Quartier Castellio sequanensis./

non fuit designatus locus inter licentiandos foelici lisleman baccalaureo et.

Magistro foelici lisleman Constantiensi a doctoribus inter licentiandos non fuit designatus locus, quia decreto facultatis non fuerat obsequutus, decanum non conuenerat, nec instrumentum publicum a nottariis subsignatum attulerat, sic sui muneris oblitum erga facultatem tam benignam, ut indignum illa maxima gratia omnes doctores neglexerunt, nec illi locum inter Licentiandos designarunt./

Licentia faciendae medicinae baccalaureis a D. Cancellario conceditur more solito

Eadem die circa xi matutinam decanus sese contulit in scholas medicorum; indeque veste purpurea ornatus licentiandos secum adduxit in aulam Illust. archiepiscopi parisiensis a M. petro Loisel cancellario juxta schedulam ad eos pridie ab oratore missam, Licentiam faciendae medicinae accepturos; quibus ille coram canonicis et Medicis doctoribus vocatis per apparitorem ordine dispositis et in genua procumbentis pro Mandata sibi a summo pontifice potestate in nomine patris et filii et spiritus sancti copiam et potestatem fecit docendi, scribendi, faciendique medicinam hic et ubique terrarum./

Tandem Dns cancellarius Magistro petro Juelin qui inter collegas primum obtinuit locum quaestionem hanc quodlibetariam proposuit

an qui mel et butyrum comedit sciat reprobare Malum et eligere bonum./

Cui quaestioni ille pluribus respondit illamque apposite quodlibetariam quam re peracta, sex illi Licentiati deducti tum a Dno Cancellario tum a decano sese in templum diuae

conclusionem Deo optimo, maximo gratias acturi, et juramentum more solito praestituri.

Foelix Lisleman barra cancell. ab aula ejicitur jussu omnium doctorum qui hic aderant. /.

Dum haec omnia fierent, exhortareturque Dnus Cancellarius Licentiandos eleganti et pia concione ad virtutem M. Felix Lisleman magna impudentia temerarioque spiritu ausus fuit ipsum Dominum Cancellarium, qui summum pontificem hoc in illo officio repraesentat, interturbare, adeo ut oportuerit jussu omnium doctorum astantium ab apparitoribus et quibusdam astantibus ipsum ab aula ejici veluti stultum et delirantem, nunquam ad gratiam facultatis ob tantum facinus perpetratum, rediturum. /.

M. Petrus Yvelin et M. Claudius Puylon supplicarunt pro actu vesperiarum et doctoratus.

Die Sabbati 7 Junii 1670 in comitiis ordinariis habitis a doctoribus qui ex officio aquis fontibus post sacrum dare operam supplicarunt pro actu vesperiarum et doctoratus tres Licentiati M. Petrus Yvelin, M. Claudius Puylon et M. Franciscus Dezon quorum supplicationi annuit facultas, illosque monuit ut diligenter caverent juxta statuta ne ullum doctorem aut alterum injuriis male exciperent et etiam ex oratione promovendum singuli ad doctoratum per ordinem, quem inter licentiatos nuper sibi domini doctores suis rotulis designaverunt. /.

Medici quatuor ducis aurelianensis etc.

Die Jovis 29 Maii 1670 circa vesperam decano fuit per apparitorem regium quidam libellus supplex a quatuor medicis trimestribus ducis aurelianensis Regis privato consilio oblatus fuit decano facultatis denuntiatus, qui continet rationes et causas quibus debere et posse sibi probare volebant licite medicinam exercere in hac urbe parisiensi et cum omnibus medicis facultatis consilium inire. /.

decretum facultatis

Die Veneris 30 maii 1670 hora 2. pomeridiana speciali schedula doctores omnes in scholas superiores fuerunt convocati, ut de illo supradicto libello supplice, privato Regis consilio porrecto et decano significato per apparitorem Regium sententiam suam ferrent, qui omnes censuerunt de illo negotio consulendos esse patronos. Et sic ex doctorum consilio conclusit decanus. /

Juxta superius decretum se contulit ad domum Dni Galis sanctioris consilii patronum peritissimum et prudentissimum M. Franciscus Blondel cum decano, qui rem exposuit patrono atque libellum supplicem perlegit. quibus perlectis et exacte perspectis patronus nobis suggessit consilium, quod putavimus esse aequissimum et prudentissimum, ut scilicet cum nobis significaverit doctores medicos parisienses esse in periculo, ne sua causa caderent propter Regem et Ducem aurelianensem apud quos illi medici extranei et ipsorum domestici his pessimis temporibus magno favore et auctoritate valent, sinque praestare in hoc casu, nos nihil

agere, ne nostra privilegia in doctoribus explodantur et imminuantur, sed potius perunctandum esse, et illud negotium differendum in aliud tempus, quo immutatis rebus in melius et in bonum nostrae facultatis poterimus nos redimere a quocumque prolato judicio, quod non poterit esse nisi arrestum non contradictorium sed propter simplicem libellum supplicem. Sicque prudens illud prudentissimo consilium patronorum putavimus in hoc negotio nihil esse his temporibus agendum. /—

Elapso quodam temporis intervallo illi quatuor Medici ordinarii actu inservientes et trimestres domus ducis aureliandensis in privato Regis Consilio obtinuerunt judicium non contradictorium, sed tantum intendente Libelli supplicis (ut vulgo dicitur une requeste) quo possunt in hac urbe parisiensi Medicinam exercere sicut Medici trimestres domus Regiae. Et ad ipsorum exemplar consilia Medica inire cum doctoribus Medicis facultatis parisiensis. / obtentum autem fuit illud judicium in privato Regis consilio, in oppido Sancti Germani die 23. septembris anno 1670./.

decretum facultatis in gratiam M. Claudii de Frades.

Die sabbati 14 Junii 1670 horâ x matutinâ post factam omnibus doctoribus per schedulam speciali articulo convocatis M. Claudius de Frades exposuit se litem movisse adversus quendam Medicum urbis Stamparum, in qua simul Medicinam exercent, propter honorem et primum locum quem vult occupare ille Medicus ratione antiquitatis in omnibus comitiis consultationis in damnum et dedecus M. Claudii de Frades doctoris Medici parisiensis, qui hanc honoris praerogativam sibi esse debitam contendebat, ea ratione, quâ esset doctor Medicus facultatis parisiensis omnium celeberrimae et omnibus praeferendae. Sicque supplex oravit ut facultas litem in illum Medicum, doctorem alterius facultatis sustineret in bonum cujusque doctoris et in laudem facultatis Medicinae parisiensis nulla ratione alteri postponendae; de qua supplicatione censuerunt omnes doctores, qui adfuerunt in comitiis (ne aliquid temere fieret super illo negotio in detrimentum et dedecus nostrae facultatis) consulendos esse patronos tum universitatis tum nostrae facultatis et illam litem (si ita patronis visum fuerit) a decano nomine facultatis totis viribus esse sustinendam et hic ex omnium consilio nemine reclamante conclusit decanus. /—

quidam nomine de St Germain Medicus extraneus, qui sua propria authoritate creavit procuratorem generalem et syndicum medicorum extraneorum, qui in hac urbe parisiensi commorantur, ipsorum doctores acceperimus hanc litem aggressus est adversus nostrum collegam et doctorem facultatis et utriusque ratione illius litis provocavit ad magnum consilium qua de causa decanus arrestum seu judicium obtinuit in privato regis consilio, quo illa lis fuit revocata seu remissa ad tribunal curiae parisiensis; illud autem arrestum ita habetur.

Extraict des Registres du Conseil privé du Roy. 1.

requeste presentée au Conseil du Roy

Sur la requeste presentée au Roy en son Conseil par les doyen et docteurs regentes en la faculté de Medecine de paris contenant que par tous les anciens reglemens et arrestz et nottamment par l'arrest du parlement de paris du 23 decembre 1636. l'article 4 des statuts de la faculté de medecine de paris, additions a iceulx des années 1598 et 1660 il est expressement prohibé a toutes personnes de faire et practiquer la Medecine dans paris, qui ne fust docteur en laditte faculté ou aggregé a icelle ou Medecin de sa Majesté ou de la famille Royalle ou couché et Employé sur l'estat, ce qui a esté renouvellé par un arrest contradictoire entre les suppliantes et le Recteur de l'université de paris joint contre feu Theophile Renaudot et les docteurs en Medecine de l'université de Montpellier intervenants rendu en la grande chambre de parlement de paris le premier May 1644. apres une playdoirie celebre des plusieurs audiences, le deffunct sieur talon advocat general y ayant porté la parolle et sur une affiche d'une sentence de police rendue par le prevost de paris le 9 decembre 1643. lequel avoit esté porté au conseil et renvoyé au parlement, par lequel arrest laditte sentence portant deffense audit Renaudot et ses adherants non estants medecins de la faculté de paris de faire la medecine dans paris, laquelle auroit esté confirmée, au prejudice desquels reglemens il s'est glissé dans paris un abus plus grand qui n'a point encor esté, plusieurs estrangers et incogneus estants ingerés de faire la Medecine et mesme de former un corps particulier de medecine, l'autheur de cette faction Charles de St Germain, lequel a esté l'origine en tiltre et se qualifie procureur syndic des docteurs de Medecine des aultres universités et composé un catalogue des pretendus medecins estants soubs son syndicat et faire injure au sieur vallot conseiller en ses conseils et premier medecin de sa Majesté de le comprendre audit catalogue, ce qu'estant venu a la cognoissance du procureur de sa majesté au Chastelet il auroit rendu sa plainte au lieutenant de la police, lequel par son jugement du xj avril 1669 en auroit ordonné la suppression et deffense de l'imprimer, au mespris desquels reglemens et ordonnance ledit sieur de St Germain en la qualité de supposé syndic auroit faict assigner les suppliantes au grand conseil en vertu d'ordonnance de requeste et commission par luy supposée par des exploicts en datte du 14 may 1668. 28 juin

et deux Juillet au present 1670 et quoy que telles matieres ne
dependent de la Competence du grand Conseil, mais du prevost de
paris en premiere instance et par appel au parlement et grande
chambre d'iceluy ou les supplians comme membres et suppostz
de l'université ont l'honneur d'avoir leurs causes commises
et si telles entreprises estoient souffertes, ce seroit eslever
autel contre autel et pervertir tout l'ordre de la police
et gouvernement de vostre ville de paris, ce qui oblige les
supplians d'avoir recours a sa Majesté. A ces causes
requeroient quil plaise a sa Majesté sans s'arrester aux
ordonnances et arrestz du grand Conseil du 15 May 1668.
et 8 Juin dernier au present 1670 descharger les supplians
des assignations a eux données audit grand Conseil, ordonner
que les statuts de laditte faculté de medecine de paris, les
arrestz et reglemens du parlement et entre autres celuy
du premier May 1644. et l'ordonnance du sieur Lieutenant
de la police du xj avril 1669 seront executez selon leur
forme et teneur et pour cognoistre desdites contraventions
renvoyer les parties pardevant ledit sieur Lieutenant de
la police et par appel au parlement de paris: deffences
a tous autres juges d'en prendre cognoissance et audit charles
de saint Germain de se plus qualiffier syndic des medecins des
autres facultez a peine de desobeissance. Veu la
requeste signée de Garbe doyen de la faculté de Medecine
de paris et de Gervaut leur advocat et conseil et pieces
attachées a laditte requeste justificatives d'icelles. Ouy le
rapport du sieur d'Herbigny commissaire a ce deputé et
tout consideré. Le Roy en son Conseil a deschargé et
descharge les supplians des assignations a eux données au
grand Conseil a la requeste dudit sieur de St Germain -
sauf audit sieur de St Germain a se pourvoir pardevant
le prevost de paris ou son Lieutenant et en cas d'appel au
parlement de paris. faict au Conseil privé du Roy tenu
a St Germain en laye le cinquiesme aoust 1670. /—
Le 12 jour de septembre 1670 a la requeste des doyen et docteurs
regentz de la faculté de paris l'arrest du Conseil cy dessus
a esté signifié aux fins y contenues audit Charles de St
Germain y denommé et au domicille par luy esleu en la
personne de Mre Gabriel Bordas procureur au grand Conseil
parlant a son Clercq en cette dite ville paris, a ce quil n'en
ignore par nous huissier du Roy en son Conseil. /. —

Signé de La Ruelle. /.

Coppie d'une Lettre de Monsieur Vallot premier Medecin
du Roy envoyée a Monsieur le doyen

De St Germain ce 20me Juin 1670.

Monsieur
apres que le Roy a esté pleinement informé de l'insolence

du sieur d'amagrodre, qui pretendoit s'establir a la Cour pour y faire la medecine a sa mode ou il avoit trouvé quelques protecteurs par ses artifices ordinaires, sa Majesté a commandé a monsieur le grand prevost de le chasser de Sainct Germain avec deffence expresse de ne se trouver jamais a la Cour; ce qui a esté desja executé par un exempt et deux archers de la prevosté et comme il pretend s'establir a paris, ne perdez point de temps pour le faire chasser comme on a faict de la Cour et de plusieurs villes du Royaume avec honte et infamie. vous n'aurez point de peine, puisqu'il n'y reste plus aucun appuy et qu'il est autant ignorant que ridicule; faictes bien examiner ses escrits et ses actions; vous verrez que je vous donne un bon conseil pour vostre faculté et pour le publicq, estant avec verité

Monsieur

Vostre tres humble et tres affectionné serviteur
Vallot et a signé.

Response

Monsieur

aussitost vostre lettre receue et leue, je me suis transporté chez monsieur de la Reynie, a qui je l'ay communiqué a dessein de recevoir son conseil et sa protection pour l'execution du contenu d'icelle, il m'a dict de luy faire lire le livre de ce grand autheur et luy marquer les passages necessaires et qu'en suitte il ordonneroit en tel cas ce qui sera de besoing pour le bien publicq; c'est ce que je feray bien diligemment et me donneray l'honneur de vous mander par apres l'issue de cette affaire. Il seroit a souhaitter pour le bien de nostre faculté que vous eussiez cette mesme volonté contre plusieurs qui font la medecine avec desordre, grand scandal et prejudice du bien publicq, ce faisant nous vous serions tres obligez, c'est ce que nous esperons de vostre bonté et moy plus particulierement, qui faict profession d'estre a jamais avec toutes les affections possibles

Monsieur

Vostre tres humble et tres obligé serviteur
J Garbe doyen de la faculté.

de paris ce premier Juillet
1670.

Elapso quodam temporis intervallo Dominus de la Reynie praefectus generalis politiae hujus urbis judicium suae sententiae protulit in suo tribunali castelli parisiensis adversus ipsum imprudentissimum atque audacissimum medicum ~~[illegible]~~ d'amafredine, ita ut fuerit coactus relinquere Lutetiam et veloci cursu petere angliam et ~~[illegible]~~ belgicam et germanicam. sic (ut nobis relatum fuit) e pluribus urbibus cum summo dedecore fuit ejectus. / sic fieri deberet de omnibus agyrtis, qui se peritos populo imponere student

Die veneris 19 septembris 1670 horâ 2 pomeridianâ convocatis omnibus Doctoribus ab apparitore per schedulam proposuit Decanus, cum numerus baccalaureorum facienda dignitati

Decretum pro post alterum examen candidatorum instituendum./

nostra saluberrimæ facultatis pro bidennium non esset par secundum statutum an non in ea prudentia esse vel alterum Candidatorum examen proximis comitialibus instituendum; de quo articulo censuerunt omnes doctores nemine reclamante illud alterum examen Candidatorum proximis comitialibus esse instituendum, tum quia numerus quatuor baccalaureorum facienda dignitati facultatis par non est sed etiam illud fore instituendum in gratiam petri yon filij dni yon doscurdi, alias doctoris Medici parisiensis, qui illud jubilæum institui postulavit et sic ex omnium sententia conclusit decanus

Die Lunæ 22 septembris 1670 doctores illud jubilæum instituendum esse circa comitialia pro secunda vice confirmarunt

Die veneris 26 septembris doctores per schedulam convocati pro tertia vice et ultima decretum de futuro jubilæo circa comitialia instituendo confirmarunt./

M. Ludovicus bayant supplicat pro actu vesperiarum et doctoratus./

Die sabbati 27 septembris in comitiis doctorum habitis horâ x matutinâ supplicavit M. Ludovicus bayant pro actu vesperiarum et doctoratus; cujus supplicationi annuit facultas.

Eadem die sabbati 27 septembris petrus yon parisinus et Medicinæ Candidatus eloquenter oravit ad facultatem

Candidati supplices accedunt ad facultatem.

polijtque ut quatuor qui erant candidati in gratiam facultatis admitterentur atque ad præfato jubilæo proximis diebus examine probarentur, cujus expostulationi petitâ prius more solito ab unoquoque Candidato de rebus Medicis quæstione annuit facultas, atque jussit illos se sistere in scholis die Martis sequenti circa decimam Matutinam ætatis, studiorum et Magisterij in artibus litteras allaturos et ita conclusit decanus./

Die martis 7 octobris 1670 circa decimam matutinam

Candidati afferunt sua testimonia

in scholis superioribus se stiterunt quatuor Candidati et suas ætatis, studiorum et Magisterij in artibus Litteras testimoniales attulerunt ad quas accuratè examinandas iidem doctores qui electi fuerant in priore examine, fuerunt rursus designati et sic conclusit decanus./

Die sabbati xi octobris horâ x Matutina in comitijs

relatio examinatorum testimoniorum

doctorum testimoniorum examinatores candidatorum, ni-
etulerunt in ipsis nihil quidquam desiderare, sicque doctores
censuerunt illos quatuor candidatos ad examen esse
admittendos et sic cum omnibus conclusit decanus./

institutum examen candidatorum./

Diebus lunae, martis, mercurii 20, 21, 22 post meridiem supradicti quatuor candidati de rebus naturalibus, non naturalibus et contra naturam sigillatim examinati fuerunt et ultimo die examinis singulis illis quatuor propositus est a decano et quatuor examinatoribus unus hippocratis aphorismus die ~~Jovis~~ Jovis sequente explicandus. quia festum divi Lucae debebat celebrari die sabbati ejusdem hebdomadae./

admittuntur candidati ad principium et ad baccalaureatum.

Die vero veneris 17 octobris 1670 more solito per schedulam convocati doctores audita D. D. examinatorum renuntiatione candidatos quatuor admiserunt ad principium (prius praestito solito juramento) et ad baccalaureatum, ea tamen conditione, ut habitis prius comitiis singulis diebus sabbati post actus illorum baccalaureorum doctores mature de illorum doctrina deliberent, ut si non satisfecerint pro dignitate facultatis, repulsam sint passuri et ita conclusit decanus./

Hi autem admissi quatuor ad principium et ad baccalaureatum sunt

petrus yon parisinus./

Matthaeus ferrurier Marlieus./

Joannes Cordelle hamus./

Claudius Marille Neucastrensis.

celebratur festum divi Lucae.

Die 18 octobris 1670 divo Lucae facultatis patrono consecrato sacrum solemne more solito fuit celebratum, eoque peracto quaedam decreta consueta ab apparitore fuerunt recitata et restituti fuerunt ex sententia doctorum fasces apparitoribus de suo officio prius admonitis; sicque baccalaurei de suo munere admoniti, leges statuta decreta et consuetudines se diligenter observaturos juramentum praestiterunt./

celebratur Missa pro defunctis

pharmacopaei aulici more solito ad facultatem accedunt

Die lunae 20 octobris 1670 post sacrum hora 9 matutina pro collegis defunctis celebratum doctores omnes qui aderant (ut moris est) in aulam inferiorem se contulerunt de rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi; in quibus comitiis Syndicus pharmacopaeorum aulicorum aliis suis consodalibus comitatus accessit more solito, juravitque palam omnibus se pacta inter facultatem et societatem suam inita exacte et integre servaturum.

sicque chirurgi

Sicque postea jurati chirurgi et barbitonsores more solito accesserunt et juramentum praestiterunt; sed non nummum aureum persolverunt propter lites, quae ut componerentur, petierunt a facultate ut doctores qui altero anno in hanc rem arbitri constituti fuerunt, ad hoc hoc anno eligantur et confirmentur; quorum supplicationi omnes collegae annuerunt, ex quorum sententia conclusit decanus./

Electio alterius decani et professorum.

Die sabbati octava novembris 1670 doctores sedulâ ad eos per bidellum missâ moniti convenerunt frequentes in superiores scholas horâ 9 matutina post sacrum electuri decanum et professores, ubi primum se magistratu decanus abdicavit, gratiasqz egit facultati; egerunt et suo munere functi more solito omnes professores, sorte ducti sunt electores quinque M. Dionisius Jonquet, M. Claudius Buvin senior, M. Michaël de la Vigne, M. Claudius Bergue et M. Claudius puylon, qui praestito consueto juramento tres decanatui destinarunt M. petrum gueslin, M. Bertinum dieuxivoye et M. Dionisium puylon.

tres professioni physiologica M. Germanum sudan, M. Ludovicum Balais et M. Carolum Brissel.

tres chirurgica M. Carolum Baralis, M. nicolaum Liénard et M. Robertum Raoult.

tres botanica M. antonium Morand, M. philippum doulé, et M. Raymondum finot.

tres pharmaceutica M. Rolandum Merlet, M. petrum perdeau et M. antonium de caën.

Ex quibus sorte in urnam conjectis decani decedentis manu educti sunt

M. Dionisius puylon in decanum.

M. Ludovicus Balais in professorem physiologicum.

M. Nicolaus Liénard in chirurgicum.

M. antonius Morand in botanicum.

M. petrus perdeau in pharmaceuticum.

M. petrus gueslin censor plurium suffragiis renuntiatus est et sic conclusum a decedente decano ipso die mense et anno 1670. J. Garbe decanus

Acta et Comitia chirurgorum in aedibus suis Sancto Cosmanis a die sabbati 2 novembris 1669 ad diem sabbati 8 novembris 1670. /—
Magistro Joanne Garbe Laudunensi iterum decano. /—

Die sabbati 16 novembris Ludovicus Gabourdeau aspirans ad chirurgiae magisterium examen suum de anatomicis et operationibus chirurgicis subivit. /

Die mercurii 18 decembris per plures dies alexander de passual de anatomicis et operationibus chirurgicis fuit examinatus. /

apparitore togatus castelli parisiensis nomine pallot cadaver humanum quod spreta facultatis authoritate et sine decani approbatione abstulerat de patibulo et abscondebat in domo sua Joannes gaule barbitonsor chirurgus inquisivit et jussu decani et vi seualisgroxelti pluribus satellitibus stipatus curavit illud cadaver ad scholas nostras deferri die sexta januarii 1670. /

Die martis 4 februarii et die Jovis sexta ejusdem mensis 1670 alexander passual hebdomadam suam de phlebotomia absolvit. /

Die martis et Jovis xi et 13 februarii 1670 petrus navarre de osteologicis fuit examinatus.

Die ultima decembris 1669 Ludovicus gabourdeau suam hebdomadam de medicamentis absolvit

Die 12 februarii 1670 alexander passual de phlebotomia examen subivit

Die sabbati 22 februarii Ludovicus gabourdeau ultimum examen subivit ad quod fuit decanus comitatus M. arduino de saint jacques et M. Jacobo Richard

Die Jovis 27 februarii Ludovicus gabourdeau in arte chirurgica magisterium fuit adeptus praesentib. D. decano et M.M. carolo le bretel et Joanne baptista Moreau. /

Diebus martis et Jovis xi et 13 martii 1670 alexander passual de medicamentis fuit examinatus. /—

Die lunae 24 martii balthazar vitalis adeptus fuit magisterium in arte chirurgica praesente decano et M.M. antonio le moine et claudio buchij — pro suburbio sancti Jacobi

Die veneris 2 maij 1670 Joachimus cordier adeptus fuit magisterium in arte chirurgica pro suburbio sancti antonij, ad quod fuit decanus comitatus M. nicolao mathieu et M. carolo bazalis. /

Diebus martis et Jovis 6 et 7 maij 1670 aegidius petit de chirurgicis examinatus fuit et adeptus est magisterium pro suburbio sancti honorati — praesentib. decano et M.M. francisco le vignon et philippo doutté /

Diebus martis et Jovis 20 et 22 maij 1670 nicolaus gondrot magisterium fuit adeptus pro suburbio sancti Jacobi, decanus comitatus fuit M.M. nicolao bragre et stephano le gaguedet. /—

Diebus martis et Jovis 17 et 19 junij 1670 Isaac Moreau fuit adeptus magisterium pro suburbio sancti marcelli praesentibus decano et M.M. francisco boudet et philippo mattot. /—

Die Jovis 18 julij 1670 alexander pasqual ultimum examen subiviit, ad fuit decanus comitatus M. Guillelmo petit et M. petro de mesferme. /.

Die lunæ 21 julij 1670 alexander pasqual præstito prius juramento venoris et adeptus fuit Magisterium in arte chirurgica, præsens ad fuit decanus comitatus M. Carolo barralis et M. francisco Laudriere. /—

Die veneris 21 augusti 1670 Joannes proudrat suum tentativam subiviit ad fuit decanus cum M.M. antonio Marand et Joanne baptista moreau. /.

Die martis 26. augusti 1670 suam tentativam subiviit petrus bugel præsentib. decano et M.M. Carolo le long et paulo Mattot

Die mercurij 27 augusti 1670 simon le Breton suam tentativam subiviit præsentibus decano et M.M. francisco le vignon / et M. stephano le gagneur. /.

Die Jovis 28 augusti 1670 Joannes de vaux in arte tentativa de chirurgicis fuit examinatus, ad fuit decanus cum M. petro perreau et M. petro Borgue /.

Die veneris 29 augusti 1670 Josephus Cos suum fecit tentativam actum; ad fuit decanus cum M. michaele Maron et M. petro perreau

Die sabbati 30 augusti 1670 Bernardus du pre suam subiviit tentativam, præsentibus decano et M.M. Roberto Racalt et Raymondo finot. /.

Die Jovis xi septembris 1670 Joannes proudrat suum primum examen subiviit de chirurgicis, ad fuit decanus comitatus M. francisco le vignon et M. nicolao ricard

Die sabbati 13 septembris 1670 Joannes de vaux suum primum examen de chirurgicis subiviit, ad fuit decanus comitatus M. petro le mercier et M. Joanne de bourges. /.

Die Lunæ 15 septembris 1670 simon le Breton suum primum examen subiviit, decanus tunc fuit comitatus M.M. dionisio Jonquet et Claudio le vasseur

Die Jovis 18 septembris 1670 Bernardus du pré de chirurgicis in suo primo examine interrogatus fuit, præsentibus decano et M.M. paulo Matot et Claudio Guerin juniore. /.

Die Lunæ 22 septembris 1670 Josephus Cos in suo primo examine de chirurgicis respondit, ad fuit decanus comitatus M. Bertino dieuxivoye et M. Gabriele darquet. /—

Die Martis 23 septembris 1670 henricus Binart suam tentativam subiviit, præsente decano comitato M. philippo doutre et M. Nicolao Lichard. /. —

Die Sabbati 18 octobris 1670 Joannes Rinost in suo primo examine de chirurgicis fuit interrogatus, adfuit decanus comitatus M. Francisco Landrieu et M. Nicolao Rainssant. |.

Diebus Martis et Jovis 21 et 23 octobris 1670 Joannes de Vaux de osteologia et ossium morbis respondit, adfuit decanus nullis doctoribus comitatus. |.

Die Jovis 2 octobris 1670 Joannes Pandevin adeptus fuit Magisterium artis pharmaceuticae pro suburbio Sancti Germani; fuitque examinatus atque suum specimen perfecit secundum veram methodum et optimas leges artis, praesentibus Decano et M. Harduino de St Jacques atque Magistris pharmaciae tum ejusdem suburbii, tum hujusce urbis parisiensis, sicque more solito (nobis omnibus praesentibus) relatione factâ de illius peritiâ) juramentum praestitit sub judice ejusdem suburbii Sancti Germani. |. Finis

Deo sit Laus honor et gloria.

J. Garbe decanus

Res gestæ in academia parisiensi a die secunda novembris 1669 ad diem sabbati octavam novembris novembris 1670./

M. Joanne Carbe Laudunensi iterum Decano./

invitatio ad Pompam funebrem

Die Lunæ 18 novembris hujus anni 1669 invitatus fuit decanus ab amplissimo dno Rectore ad Collegium Harcurianum cum aliis decanis, procuratoribus et pluribus aliis academiæ proceribus, ubi circa nonam matutinam missus a Rege Christianissimo dominus Saintot Regius ceremoniarum ac rituum interpres nomine et imperio Regis christianissimi invitavit academiam ad justa parentalia principissæ Henricæ de Bourbon Magni Henrici filiæ, et angliæ reginæ Matri persolvenda. tum in ædibus Monasterii Regii Sancti dionisii die mercurii 20 novembris, tum in Basilica deiparæ Mariæ hujus urbis parisiensis die Lunæ 24 ejusdem novembris; atque ita imperare Regem Christianissimum obsignatæ et oblatæ domino Rectori Litteræ, a scriba universitatis coram omnibus jussu dni Rectoris reclusæ ac alta voce perlectæ indicarunt./

feralis Pompa

Die mercurii 20 novembris 1669 in æde Sandionisiana celebrata fuit honorificentissime et Magnificentissime feralis pompa illius defunctæ, Magni Henrici filiæ et anglorum Matris Reginæ, Magno principum, Illustrium virorum, antistitum, senatorum, omnium urbis ordinum concursu et frequentissimo; in qua illustrissimus antistes Le Tellier, coadjutor archiepiscopi Remensis, pluribus aliis episcopis infulam pontificalem gestantibus, aliisque pluribus ministris stipatus ad altare sacrosancta missarum solemnia celebravit. Invitata academia una cum cæteris urbis ordinibus illi pompæ interfuit et in dextra et proxima porta principis chori parte quatuor superiores sedes, totidem inferiores concessæ fuerunt et designatæ; quæ octo pluribus proceribus academiæ qui aderant non sufficiebant, ideo scamna jussu dni de Saintot allata et collocata fuerunt, in quibus sederunt adjuncti et plures alii viri academici. Hic notandum est quod contra bonos mores atque laudabilem et Regiam liberalitatem et consuetudinem

praedictis processionibus nullo comitio ordines fuerunt excepti; sicque omnes ad urbem parisiensem redierunt diu tracti; quod jactentur in simili casu non fuerat cum tanta parsimonia facilitatum. /.

Supplicationes — Die veneris 13 decembris 1669 supplicando processit universitas ad templum R. patrum dominicanorum propè portam jacobaeam et habita fuerunt prius comitia apud Maturinenses; in quibus probata fuerunt omnia, quae ampliss. Rector Nicolaus Lair gesserat in ultimo suo rectoratu. /.

Sigillum — Die lunae 13 januarii 1670 sigillum universitatis appositum fuit litteris Magisterii in artibus et nominationum in Regia Navarra circa secundam pomeridianam. /.

Cerei — Die sabbati prima februarii 1670 ampliss. Rector decanis superiorum facultatum, eorumque adjunctis, nec non procuratoribus nationum comitatus cereos (ut moris est) obtulit non Regi non principibus quia tunc in urbe Sancti Germani a pluribus mensibus commorabantur non illustrissimo Cancellario etiam absenti, sed tantum Gerauno D. D. Illustrissimo de la Moignon supremae Curiae protopraesidi et D. illustr. du Molet subsidiorum Curiae primo praesidi. /.

Supplicationes — Die veneris 21 martii 1670 supplicando processit universitas ad aedem sancti nicolai de Cardineto, habitis prius apud Maturinenses comitiis, in quibus probata fuerunt ea, quae Dnus Rector Nicolaus Lair gessit ex consilio decanorum. /.

Sigillum — Die 24 martii 1670 sigillum universitatis praesentibus ampliss. D. Rectore, decanis et procuratoribus in Regia navarra litteris Magisterii artium et nominationis fuit appositum. /.

Concio latina de Eucharistia — Die sexta aprilis 1670 ampliss. Rector decanis facultatum et procuratoribus nationum comitatus se contulit horâ 2. pomeridiana in Sorbonae ecclesiam parisiensis; ubi curâ Dni Cancellarii ejusdem ecclesiae de sacramento Eucharistiae (ut singulis annis solet fieri) habita fuit Concio Latina. /.

Synodus — Die martis 16 aprilis 1670 habita fuit synodus apud maturinenses in qua Capellani plures et beneficiarii adfuere; de quibus absentibus Capellanis statutum fuit ab omnib. academiae proceribus, ut diligentiâ Dni procuratoris universitatis intra aliquot menses ad academiam venirent suae absentiae causas allaturi; alioquin mulcta (ut videbitur) afficiendi erunt; ut solet fieri in casu simili. /.

Supplicationes — Die sabbati 20 junii 1670 supplicando processit universitas ad aedem sancti medirici, habitis prius apud maturinenses comitiis in quibus probata fuerunt ab omnib. academiae proceribus, quae ampliss. Rector gessit in ultimo bimestri rectoratu. /.

Electio Rectoris

Die lunæ 23 junij 1670 electus fuit Rector celeberrimæ totius academiæ parisiensis apud mathurinenses horâ solitâ M. alexius Verjot de Moussy vir nobilis et philosophiæ professore in Collegio grassinæo; cujus electio die mercurij 25 ejusdem mensis circa septimam

Electionis Confirmatio

matutinam in eodem Mathurinensium capitulo ab omnib' decanis et procuratoribus fuit unanimi consensu approbata et confirmata. /.

Sigillum

Die veneris 27 junij 1670 in Regia navarra horis pomeridianis præsidentib' ampliss. dno Rectore, omnib' decanis et procuratoribus sigillum universitatis appositum fuit litteris Magisterij artium et nominationum

Exequiæ

Die mercurij 13 augusti 1670 justa et prorsus regia magno cum apparatu in basilica deiparæ virginis persoluta fuerunt Illustrissimo principi duci bolfortio, qui in bello adversus turcas in obsidione Candiæ fuit interfectus, ubi cum magnatibus urbis amplissimus Rector omnibus decanis procuratoribus, adjunctis censore oratoribus et pluribus viris academicis comitatus jussu Regis interfuit, qui omnes sedes occupaverunt sine ulla interturbatione, ut in simili casu solet fieri, quia circa nonam matutinam cum suo comitatu ampliss. Rector, summæ curiæ præsides et senatores præcedentes, templum beatæ Mariæ subintravit et illud sit ad memoriam. /.

Die jovis 14 augusti 1670 universitas parisiensis in senatu suâ causâ cecidit in lite quam habebat adversus sacerdotes oratorios propter collegium urbis juniacæ (de la ville de provins) qui auditis plurib' patronis trium universitatum parisiensis, remensis, et aurelianensis, quæ simul in hac causa intervenerant, senatusconsulto illi sacerdotes oratorij obtinuerunt in damnum omnium universitatum, cujus virtute et authoritate possunt illi impostum illud collegium occupare et in illo collegio adolescentes studiosos docere. /. et illud videtur in futurum esse maximi momenti adversus omnes universitates. /.

Exequiæ

Die martis 19 augusti 1670 invitatus fuit decanus ab ampliss. dno Rectore ad collegium grassinæum cum alijs decanis, procuratoribus et pluribus alijs academiæ proceribus ubi circa horam octavam matutinam missus a Rege Christianissimo dnus sainctot ceremoniarum interpres invitavit academiam ad parentalia principissæ henricæ annæ angliarum, filiæ Caroli primi regis Magnæ britanniæ, uxoris ducis aurelianensis, Regis fratris unici,

persolvenda in aedibus Regii monasterii Sancti Dionysii
die Jovis 21 ejusdem mensis augusti atque ita in pleno Regis
Christianissimi obsignata et oblata dicto Rectori littera a
scriba universitatis coram omnibus jussu dni Rectoris
relecta et alta voce de solio fieri, persoluta mandarunt

Coppie de la lettre de cachet

A nos chers et bien amez les Recteur, doyens, procureurs, et supposts de nostre premiere et aisnée fille l'université de Paris./

De par le Roy.

Chers et bien amez, ayant resolu de faire celebrer un service solemnel en l'eglise de l'abbaye Royalle de St Denis en france pour le repos de l'ame de feue nostre tres chere et tres amée belle soeur la duchesse d'orleans et voulant qu'il soit accompagné de toute la pompe, qui est deube aux princesses de sa qualité et de sa naissance; nous avons donné ordre que toutes les compagnies qui ont accoustumé d'assister aux pareilles occasions y soient conviées, et comme vous estes de ce nombre nous avons commandé au grand maistre des nos ceremonies de vous convier de nostre part de vous reserver quatre places dans les haultes chaires du Coeur et autant dans les basses et de vous advertir du jour et de l'heure, que vous aurez a vous rendre en laditte Eglise et nous promettant de vostre pieté et de vostre zele pour nostre service l'effect que nous en desirons en ce rencontre. nous ne vous ferons la presente plus expresse, donné a saint Germain en laye le xme aoust 1670

signé Louis

Colbert.

Coppie du billet donné pour le service.

Nobles et devottes personnes

priez Dieu pour l'ame de tres haulte tres puissante, tres excellente et vertueuse princesse henriette anne d'angleterre, fille de charles premier du nom, Roy de la grande Bretagne et d'Henriette Marie fille de france, espouse de philippe fils de france, frere unique du Roy, decedée en son chasteau de St Cloud le trentiesme Juin dernier, pour l'ame de laquelle

Le Roy faict faire les prieres et services de l'Eglise de Sainct Denis en France, ou son corps repose, auquel Sainct Denis Mercredy prochain apres Midy se diront vespres et vigiles des Morts, pour y estre le Lendemain dix heures du Matin celebré son service solemnel./. —

Crièr le page — prie Dieu pour elle, s'il vous plaist./. —

Sigillum — Eadem die 19 augusti 1670 sigillum Universitatis in Regia Navarra appositum fuit litteris Magisterij artium et nominationum./.

Die Jovis xj augusti 1670 jussu Regis solemni ritu et pompa plane Regia parentatum fuit animae Illustris defunctae principissae, henricae annae angliarum, filiae Caroli primi Regis Magnae Britanniae, Uxoris Ducis aurelianensis, Regis fratris Unici in aedibus monasterij Sancti Dionisij, Magno principum /. — Illustrium virorum, antistitum, senatorum, omnium urbis parisiensis concursu; invitata academia Una cum caeteris urbis ordinibus illi pompae interfuit atque illustrissimus antistes le tellier pluribus alijs episcopis insignibus pontificalibus gestantibus stipatus ad altare sacrosancta missarum solemnia celebravit./.

Rationes — Die lunae 6 octobris apud ampliss. Rectorem in collegio grassinaeo dominus d'arcolle reddidit rationes acceptorum et expensorum — praesentib. decanis et procuratorib. cum adjunctis./.

Supplicationes — Die mercurij 08 octobris supplicando processit universitas ad basilicam deiparae virginis, hac singulari ratione solitae pro expiatione inauditi sacrilegij nuper in sarade perpetrati cum frequentissimo omnium comitatu maximo apparatu et maxima omnium pietate habitis prius apud Maturinenses comitijs in quib. probata fuerunt ea quae ampliss. Rector gesserat in suo primo trimestri Rectoratu./.

Papyropola admissus — Die sabbati 18 octobris 1670 comitijs apud Maturinenses habitis hora 7 Matutina supplicavit petrus berger ut admitteretur — in locum defuncti patris papyropolae juratus universitatis; cujus supplicatio ni annuerunt omnes academiae proceres et ita ampliss. Rector conclusit

Sigillum — Die veneris 7. novembris 1670 sigillum universitatis appositum fuit more solito litteris magisterij artium et nominationum./.

toto hoc anno 1670 omnib. et singulis diebus sabbati accepi decanus, syndicus [illegible] invitantes ad comitia, quib. omnib. diligenter interfui et alia quae non spectant ad nostram facultatem [illegible] brevitatis causa ne omisi

J. Garbe decanus

Ratio accepti
tam ordinarii quam extraordinarii
Jn secundo decanatu
Magistri Joannis barbe Laudunensis
a die sabbati secunda novembris 1669
ad diem sabbati octavam ejusdem novembris
1670./—

Caput primum
Ex annuis Reditibus facultatis./—

Accepi decanus a quaestore urbis pro reditu libellis ex una parte et decem aliis Libellis ex altera, qui singulis annis facultati debentur, Nunc simul juncta propter Regis edictum pro primo et secundo termino hujus anni 1670. summam quinquaginta et quinque Libellarum./ — 55 tt

A Magistro antonio morand pro anno Locationis majoris scholarum domus finito die ultima septembris trecentas et quinquaginta Libellas./ — 350 tt.

A dno Bariat archopola minorem aedem occupante pro anno Locationis finito die ultima septembris ducentas et quadraginta Libellas./ — 240 tt.

Ab haeredibus dni Lussoy olim decani viginti quinque Libellas./ — 25 tt.

Ab apparitoribus facultatis petit et fillochat pro Locatione aedium — nihil.

Caput secundum
accepti
A chirurgis barbitonsoribus.

A communitate chirurgorum qui debent facultati singulis annis nummum aureum pro inscriptione sibi solita, crastina die festi divi Lucae nihil accepi decanus; hinc lis mota apud Judices

Summa hujus paginae est de six cens soixante et dix livres

Judicis supremæ curiæ et dominus Canaye fuit designatus illius Litis relator æquissimus. /

Nihil. /

a Ludovico gabourdae qui gradum Magisterij in arte chirurgica adeptus est, pro jure facultatis ex pacto inito cum chirurgis barbitonsoribus accepit decanus tres Libellas et duodecim asses cum sex denarijs —— 3# xij s. 6 d.

a Magistro alexandro passivat pro eodem jure tres Libellas et duodecim asses cum sex denarijs —

3# xij s. 6 d.

Caput 4tum

acceptj

A baccalaureis in quodlibetarijs disputationibus pro stipendijs Lectorum Et Registro. /

Accepit decanus a M. petro guelin parisino quatuor Libellas et duodecim asses —— 4# xij sol.

a M. Claudio puylon parisino —— 4# xij sol.

a M. francisco bezou parisino —— 4# xij sol.

a M. Ludovico bayau parisino — 4# xij sol.

a M. Joanne Robert parisino —— 4# xij sol.

a M. Claudio quanteal castoblesegurano 4# xij sol.

a M. foelice Lissiruard Constantiensi — 4# xij sol.

Caput quartum

accepti

A baccalaureis in eodem actu quodlibetario pro Horto. /.

accepit decanus a M. petro guelin — 3# 4 sol.

a M. Claudio puylon —— 3# 4 sol.

a M. francisco bezou —— 3# 4 sol.

a M. Ludovico bayau —— 3# 4 sol.

a M. Joanne Robert —— 3# 4 sol.

Summa hujus paginæ est ... Cinquante cinq livres seize sols. /

a M. Claudio Quartval ——— 3 lt 4 sol.
a M. Joelino Lisleruand ——— 3 lt 4 sol.

Caput quintum

Accepti

A baccalaureis in codicis actu quodlibetario pro anatomia et schedulis non registratis. /

Accepit decanus a M. Petro Judelin ——— 16 lt
a M. Claudio Puylon ——— 16 lt
a M. Francisco Bozon ——— 16 lt
a M. Ludovico Bayaue ——— 16 lt
a M. Joanne Robert ——— 16 lt
a M. Claudio Quartval ——— 16 lt
a M. Joelino Lisleruand ——— 16 lt.

Caput sextum

Accepti

A baccalaureis in Cardinalitia disputatione pro stipendiis Lectorum et horto. /

Accepit decanus a M. Joanne Robert x lt.
a M. Claudio Quartval ——— x lt
a M. Joelino Lisleruand ——— x lt.

Caput septimum.

Accepti

A Candidatis examinandis. /

Accepit decanus a M. Antonio de Sanctyon parisino sexdecim libellas ——— 16 lt
a M. Guillelmo Lamy Constantiensi ——— 16 lt
a M. Francisco Basin Constantiensi ——— 16 lt
a M. Petro Oron Montargiensi ——— 16 lt
a M. Petro Jon Parisino ——— 16 lt.
a M. Joanne Cordelle Gallo ——— 16.

Summa hujus paginae est deux cens quarante quatre livres huict sols. /

a M. Mattheo Ferurier Marles —— 16 ℔
a M. Claudio Mariller [illegible] 16 ℔

Caput octavum

acceptj
a Candidatis ad baccalaureatum admissis
pro jure burssarum. /

accepi decanus a M. antonio de saint yon — 16 ℔
a M. Guillelmo Lamy —— 16 —
a M. Francisco Bazin —— 16 ℔
a M. petro ozon —— 16 ℔
a M. petro Joy —— 16 ℔
a M. Joanne Cordelle —— 16 ℔
a M. Mattheo Ferurier Marles —— 16 ℔
a M. Claudio Mariller —— 16 ℔.

Caput Nonum.

acceptj
ab iisdem baccalaureis pro scabello et
ornamentis Loco Cathari. /.

accepi decanus a M. antonio de saint yon 16 ℔
a M. Guillelmo Lamy —— 16 ℔
a M. Francisco Bazin —— 16 ℔
a M. petro ozon —— 16 ℔
a M. petro Joy —— 16 ℔
a M. Joanne Cordelle —— 16 ℔
a M. Mattheo Ferurier —— 16 ℔
a M. Claudio Mariller —— 16 ℔

Caput decimum

acceptj
a baccalaureis ad Medicinae Licentiam
admittendis pro jure Burssarum. 1—

accepi decanus a M. petro Juslin 39 ℔
a M. Claudio puylon —— 39 ℔
a M. Francisco Veron —— 39 ℔

Summa hujus paginae est Trois cens quatre
vingt treize livres /

a M. Ludovico Bayaut ——— 3 lt
a M. Joanne Robert ——— 3 lt.
a M. Claudio Quauldal ——— 3 lt.

Caput undecimum
acceptj
ab ijsdem barcalaureis pro Multis virogalis./

accepit decanus a M. petro guelin ——— 12 lt
a M. Claudio puglon ——— 12 lt
a M. francisco bezou ——— 12 lt
a M. Ludovico Bayaut ——— 12 lt
a M. Joanne Robert ——— 12 lt
a M. Claudio Quauldal ——— 12 lt

Caput duodecimum
acceptj
ab ijsdem barcalaureis pro sarcello et jure
praesentationis./
accepit decanus a M. petro guelin 6 lt
a M. Claudio puglon ——— 6 lt
a M. francisco bezou ——— 6 lt
a M. Ludovico Bayaut ——— 6 lt
a M. Joanne Robert ——— 6 lt
a M. Claudio Quauldal ——— 6 lt.

Caput decimum tertium
acceptj
a Licentialis in suo doctoratu pro negotiis
facultatis et sarcello./ —
accepit decanus a M. petro guelin ——— 180 lt
ab eodem pro sarcello ——— 32 sol
a M. Claudio puglon ——— 180 lt
ab eodem pro sarcello ——— 32 sol —
Summa hujus paginae est de cinq cens soixante
seize livres quatre sols./

Caput decimum quartum
accepti extraordinarii

Ex reliqua pecunia praesidibus doctoribus numerari solita in actibus extraordinariis quodlibetariis sive extra ordinem. /

Restant ex pecunia numerata praesidibus doctoribus in actibus quatuor primarum quodlibetariarum scilicet M. Claudii Brindisani M. Claudii Berger M. Raymundi Vaslet et M. Gabrielis d'Arquiet centum et viginti libellae ——— 120 ll.

Caput decimum quintum.
accepti extraordinarii

Ex reliquiis examinis botanici. /

Restant ex pecunia numerata praesidibus doctoribus centum et septem libellae. /— 107 ll.

Caput decimum sextum
accepti.

a quaestore universitatis pro stipendiis et honorario scholae. /—

accepi decanus a quaestore universitatis nomine d'Arcollie mille et sexcentas libellas turonenses. / 1600 ll.

Caput decimum septimum
accepti extraordinarii

Accepi decanus a M. Petro Guelis qui inter licentiatos primum locum obtinuit summam mille et centum libellarum. / ——— 1100 ll.

Summa ~~totius recepti~~ est huius paginae
est de deux mil neuf cent vingt sept livres. /

Accepit quoque Decanus die 24 octobris hujus anni 1670 a Reverendo patre Francisco Thoma Religioso et procuratore in Monasterio Sancti Dionysii pro primo anno reditus pecuniarum, quae singulis annis facultati debentur, Caducae in diebus decimam octavam ultimi septembris summam octingentarum et triginta trium Libellarum cum sex assibus et octo denariis. /

833 lt 6 sol 8 den

Hic Numeranda est summa decem libellarum ex emolumentis M. Claudio Tardy debitis pro actibus vesperiarum et doctoratus M. Petri Guelin atque M. Claudii Puylon et pro festo divi Lucae pernes decretum latum a doctoribus in scholis superioribus die 26. mensis Martii 1670.

X lt.

Summa hujus paginae est de huict cens quarante trois livres six sols huict deniers. /

Summa totius accepti est de cinq mil sept cens neuf livres sept sols huit deniers.

Ratio Expensi
tam ordinarij quam Extraordinarij
a die sabbati secunda novembris
1669 ad diem sabbati octavam eiusdem
mensis novembris 1670.

Caput primum.
Expensi ordinarij et extraordinarij

Ex Rationibus superioris decanatus redditis die veneris 29 novembris 1669 subductis, examinatis et a facultate probatis debentur M. Joanni Garbe-[illegible] decano, ut constat ex pagina 384. mille et quadringinta atque octoginta septem libellae cum duodecim assibus et undecim denariis. /—
1487 lt xij sol xj d.

Numeranda quoque veniunt pro decreto honorario solito centum et quinquaginta libellae. /—
150 lt.

Persolvit decanus Roberto pepin Majori scholarum bidello pro solitis impensis ab illo factis die rationum redditarum prioris anni decanatus summam quindecim libellarum. /—
15 lt.

Visa

Numeravit decanus pro more apparitori Majori dicto pepin pro calamis, atramento et charta per annum integrum suppeditatis, ut constat ex apocha [illegible] quindecim libellas. /—
15 lt.

Visa

Caput secundum
expensi ordinarij
pro honorario professorum actu Regentium in scholis inferioribus. /.

M. Antonio Le moine pathologiae professori solvit decanus nonaginta libellas ut patet ex apocha. /. 90 lt.

Visa

Summa huius paginae est [illegible]
[illegible]

Visa
M. Francisco Bouël physiologiae professori — 90tt
M. Dionisio Puylon chirurgiae professori — 90tt.
M. Philippo Harduino de St Jacques rei herbariae professori — 90tt.

Caput tertium. /
Expensi ordinarii
pro stipendiis emeritorum professorum. / —

Numeravi decanus summam decretarum librarum —
Visa. M. Dionisio Puylon pathologiae professori ut patet ex
ampliatione ex numerata pecunia a quaestore universitatis
nomine Darrolle, qui mille et sexcentas libellas decano
solvit, ut illa eadem summa professoribus distribuatur
ex decretorum universitatis et senatusconsulti. / —
Visa — M. Nicolao Raimbaut physiologiae professori — 200tt.
M. Francisco Landrieu chirurgiae professori — 200tt
Visa. M. Francisci Lopes physiologiae professoris anno
1679 viduae — 200tt
M. Nicolao Raimbaut pathologiae professori — 200tt.
M. Antonio Le Moine pathologiae professori — 200tt
M. Carolo Brisset chirurgiae professori — 200tt
M. Jacobo Mentel rei herbariae professori — 200tt. —

Caput quartum
pro refusionibus.

Solvi decanus M. Petro de Bourges antiquiori
facultatis Magistro pro jure refusionum — 4tt
M. Antonio Le Moine pathologiae professori — 2tt
M. Francisco Bouël physiologiae professori — 2tt

Summa hujus paginae est [illegible]
[illegible] librae. /

Visa

M. Dionisio Joncquet chirurgiæ professori — 2 ₶.
M. Philippo Harduino de St Jacques regi botanicæ professori —— 2 ₶.
M. Michaeli Mario pharmaciæ professori — 2 ₶.
M. Claudio Quartier pharmaciæ professori — 2 ₶.
M. Joanni Armando de Mauvillain censori — 2 ₶.
Decano —— 4 ₶.

Caput quintum
Expensi
Ordinarii et extraordinarii
pro rebus sacris. 1—

Visa — Die 18 novembris 1669 propter celebrationem anniversariam Magistri Guillelmi Dupuis doctoris medici et facultatis decani numerata sunt presbyteris, cantoribus et doctoribus præsentibus etiam duobus bidellis viginti quinque libellæ. 1. 25 ₶.

Die quarta aprilis in anniversario Magistri Michaelis de Colonia numeravit decanus præsentibus doctoribus octo libellas —— 8 ₶.

Visa — Pro sacris celebratis a presbyteris et cantoribus a die decima quinta augusti usque ad ultimam decembris 1669 persolvit decanus ut patet ex acquitatione quinquaginta octo libellas et quindecim asses —— 58 ₶ 15 sol.

Visa — Bidellis iisdem sacris ministrantibus ut patet ex acquitatione numerata sunt novem libellæ cum quindecim assibus —— 9 ₶ 15 sol.

Visa — Capellanis, presbyteris et cantoribus pro sacris celebratis per tres menses, januarium, februarium, et martium anni 1670 ut constat ex acquitatione persolvit decanus quadraginta novem libellas et quinque asses. —— 49 ₶ 5 sol.

Somme de cette page cent soixante quatre livres

apparitoribus, omnibus illis sacris ministrantibus, ut patet
Visa ex arrestilatione numerata sunt octo libellae cum duobus
assibus et sex denariis ——— 8 lt 2 sol 6 d

Capellano et cantoribus pro sacris celebratis tribus
Visa mensibus scilicet aprili, maio et junio anni 1670 —
persolvit decanus ut patet ex arrestilatione ———
triginta septem libellas et decem asses. — 37 lt x sol —

Visa apparitoribus ministrantibus ut supra persolvit decanus —
sex libellas et tredecim asses et sex denarios . / —
——— 6 lt 13 sol 6 d —

Capellanis, presbyteris et cantoribus pro sacris celebratis
per tres menses augustum, septembrem, octobrem usque ad —
Visa octavam diem novembris anni 1670, ut constat ex —
arrestilatione persolvit decanus triginta quinque —
libellas et septemdecim asses et sex denarios . / —
——— 35 lt 17 sol 6 d —

Visa apparitoribus ministrantibus, ut supra persolvit
decanus quinque libellas et septemdecim asses cum
sex denariis ——— v lt 17 sol 6 d

Roberto pesin maiori bidello pro sacris lintheis purgandis
et dealbandis, pro pane missali et vino per annum —
Visa suppeditatis numeravit decanus, ut patet ex —
arrestilatione octo libellas et decem asses . / —
8 lt x sol —

Bidellis ex decreto facultatis, quod ad universitatis
Visa doctoris domini [illegible] detulerunt numeravit decanus
ut patet ex arrestilatione octo libellas . / —
8 lt.

Domina [illegible] cerario pro cereis in festo —
Visa purificationis beatae Mariae distributis juxta decretum
facultatis persolvit decanus ut patet ex arrestilatione
centum et nonaginta et novem libellas ——— 199 lt

Visa eidem dicto [illegible] pro cereis et funalibus in festo
divi Lucae more solito renovatis numeratae sunt
viginti quatuor libellae ut patet ex arrestilatione. / —
Summa hujus paginae [illegible] trois cens trente trois livres douze sols [illegible] ——— 24 lt.

In festo divi Lucae singulis doctoribus numeravit decanus viginti asses, tantundem bidellis, antiquiori Magistro et decano duplum; erant autem numero centum et septendecim quibus debuit fieri distributio; unde conflatur summa centum et nonagintatrium Libellarum — [illegible] 19 lb.

pro oblatione singulis praesentibus doctoribus, presbyteris, cantoribus, clericis et bidellis fuit distributus assis signatus unde exurgit summa octo Libellarum cum asse et sex denariis. / —
8 lb 1 sol 6 d

Solvit decanus domino de Laistre phrygii operis artifici qui plura sacelli ornamenta per plures dies aptè concinnavit atque pro duobus pilleis quadratis, tribus sacri calicis operculis et duobus parvis pulvinaribus, ut patet ex acceptilatione quinquaginta Libellas et quinque asses. / —
L lb v sol —

Solvit decanus pro missali secundum ritum parisiensem, ad sacelli utilitatem ut patet ex acceptilatione viginti octo Libellas; sed quia haec summa desumpta fuit ex mulctis irrogatis tum baccalaureis tum doctoribus propter absentias diebus sabbati, ideo hic nihil est numerandum
nihil. / —

Solvit decanus M. Jacobo le Febure pictori peritissimo ducentas Libellas pro tabella depicta unius Crucifixi appensa in scholis superioribus, in quibus habentur doctorum comitia, sed quia haec summa quoque fuit desumpta, partim ex mulctis irrogatis tum baccalaureis tum doctoribus propter absentias penes decanum facultatis; partim ex dono M. Joannis Barbe decani. ideo nihil hic est numerandum. / — nihil. / —

~~Summa hujus paginae est~~ ~~... ducenti ... sept ... ... solidi ... denarii~~

Visa

Caput Sextum

Expensi ordinarij in processionibus Universitatis. 1.

Die Jovis 13 decembris 1669 in processione domini Rectoris ad aedem R. P. dominicanorum prope portam Jacobaeam numeravit decanus viginti et uni doctoribus praesentibus, antiquiori Magistro et decano duplum, bidellis quantum doctoribus, ipsis et omnibus singulis sexdecim asses cum tribus denarijs; unde fit summa viginti et unius Libellarum cum septemdecim assibus et tribus denarijs —— 21 lt 17 sol 3 d

[Margin: [illegible] assibus]

Die veneris 21 Martij 1670 in processione domini Rectoris ad templum sancti nicolai de Cardinetto distribuit decanus viginti doctoribus et singulis quindecim asses cum uno signato pro oblatione, tantundem bidellis, antiquiori Magistro et decano duplum: unde exurgit summa viginti Libellarum et quindecim assium. 1 —— 20 lt 15 sol

Die sabbati 21 junij 1670 in processione domini Rectoris ad templum sancti Mederici persolvit decanus viginti quatuor doctoribus praesentibus, antiquiori et decano duplum, bidellis duobus quantum doctoribus, viginti asses cum uno signato unde fit summa triginta Libellarum et octodecim assium cum novem denarijs —— 30 lt 18 sol 9 d

Die mercurij 8 octobris 1670 in processione domini Rectoris ad basilicam deiparae virginis persolvit decanus triginta et quatuor doctoribus praesentibus, antiquiori et decano duplum, bidellis quantum doctoribus, iis omnibus singulis viginti asses cum uno signato; unde fit summa quadraginta Libellarum et septem assium cum sex denarijs —— 40 lt 7 sol 6 d

Summa hujus paginae est de cent treize livres dixhuict sols six deniers

6

Caput septimum.

Expensi in rebus et negotiis academiae./

pro solutis decanus M. Joanni armando de Mauvillain decano, qui cum decano comitatus est amplissimum Rectorem de [illegible] [illegible] ipso purificationis virginis pervigilio sex libellas et decano duplum unde fit summa octodecim libellarum./ —— 18 tt.

Die lunae 18 novembris 1669 M. armando de Mauvillain decano, qui ab octava matutina ad meridiem, una cum decano et reliquis academiae proceribus in collegio harcuriano, qui omnes diutius expectandi (?) erant tandem excepimus invitationem ex imperio Regis christianissimi factam ad justa parentalia principissae henricae de bourbon, magni henrici filiae et angliae Reginae matri viduae persolvenda, tum in templo monasterii Regii sancti dionisii die mercurii 20 novembris, tum in basilica deiparae virginis hujus urbis parisiensis die lunae 25. ejusdem novembris data sunt tres libellae, decano duplum unde summa est novem libellarum. 9 tt.

Die mercurii 20 novembris 1669 eidem Magistro armando de Mauvillain, quem sibi comitem asciverat decanus ad sandionisianum oppidum proficiscens una cum Rectore et aliis academiae proceribus ad persolvenda parentalia principissae henricae de bourbon, anglicarum Reginae defunctae atque ibidem funebri et magnificentissimo apparatu et pompa plane Regia sepultae, qui ab hora septima matutina ad octavam vespertinam magnos labores cum decano pertulit, data sunt decem libellae decano duplum; unde summa est triginta libellarum./ —— 30 tt.

Die 25 novembris 1669. eidem Magistro armando de Mauvillain decano, qui cum decano dominum Rectorem comitatus est in basilicam beatae Mariae virginis et ibidem ab octava matutina ad quartam pomeridianam, omnibus aliis academiae commorantibus [illegible] dum supradictae principissae henricae de bourbon anglorum [illegible]

Summa hujus paginae est de cinquante ~~sept~~ livres

7.

Regina defuncta parentalia cum maxima pompa —
parabantur; data sunt tres libellae, decano duplum
unde summa est novem libellarum —— ix#

Die 3 aprilis 1670 solui decanus Magistro Henrico —
Magnier tres libellas, decano duplum, qui simul —
cappati et decenter ornati comitatum praebuerunt —
amplissimo D. Rectori cum aliis decanis et omnibus
procuratoribus, qui se contulit hora 2 pomeridiana —
ad chorum ecclesiae parisiensis, ubi coram domini —
Cancellarii habita fuit concio latina; unde summa —
est novem libellarum —— 9#. —

Magistro armando de Mauvillain decedecano qui die —
Mercurii 13 augusti 1670 cum decano, aliisque viris —
academicis comitatus fuit amplissimum D. Rectorem
ad templum beatae Mariae, ubi ab octava matutina ad
tertiam pomeridianam jussu Regis magno cum apparatu —
parentalia fuerunt peracta Illustrissimo principi
duci belfortio data sunt tres libellae, decano duplum
unde summa est novem libellarum. p. 9#.

M. Henrico Magnier qui per sex dies cum decano comitatus
est cum aliis decanis et Nationum procuratoribus —
amplissimum D. Rectorem judices adeuntem, et qui per
quatuor alios dies [illegible] fuit propter litem
motam et ab universitate susceptam ~~apud~~ fac. adversus
sacerdotes oratorios propter collegium in urbe pruviniana —
en la ville de provins, solui decanus undecim libellas
et decano duplum; unde summa est ~~tr~~ triginta trium
libellarum —— 33#.

Die Martis 13 augusti 1670 M. Joanni armando de Mauvillain
decedecano, qui per tres horas matutinas una cum decano et —
reliquis decanis et procuratoribus et pluribus academiae —
proceribus in collegio grassinaeo, qui omnes expectabant
et tandem excesserunt invitationem ex Regis imperio —
factam ad parentalia principissae Henricae annae anglicorum
Regis Caroli filiae, uxoris Philippi Regis fratris unici, —

Summa hujus paginae est di—
[illegible] 8

441.

Juris aureliandensis in ~~collegio Monasterii sancti Dionisii~~ collegio grassinaeo die Jovis 22 ejusdem mensis persolvenda data fuere ~~decem~~ novem libellae, decano duplum, unde summa est ~~triginta~~ novemdecim libellarum. / — ~~30tt~~ ixtt

Eidem Mr Armando de Mannillain quem sibi comitem adjunxerat decanus ad officium sanctorum nisarum professores una cum rectore et aliis academiae proceribus die Jovis 21 augusti 1670 ad praedicta parentalia jussu regis persolvenda illustri defunctae principissae Henricae annae angliarum funebri et magnificentissimo apparatu sepultae, qui ab hora septima matutina ad sextam vespertinam cum magnis laboribus cum decano commoratus est, data fuere decem libellae, et decano duplum, unde summa est triginta libellarum ——— 30tt. —

Caput octavum

Expensi —

~~Pro reparatione~~ aedium facultatis — /.

Visa — Francisco Fouré artifici lignario pro duabus fenestris ligneis cum suis appendicibus de novo constructis in aedicula scholarum, quam occupat decanus, sola soluta fuit, ut patet ex acceptilatione, summa tredecim libellarum et decem assium — 13tt x sols —

Visa — Nicolao Mongeat artifici ferrario qui illas fenestras ligneas omnibus suis armamentis ferreis instruxit, ut patet ex acceptilatione, summa soluta fuit duodecim libellarum. / — xiitt.

Visa — Francisco Fouré artifici lignario pro duabus cancellis fenestralibus in quadras vitreas constructis in eadem domo soluta fuit summa decem libellarum, ut patet ex acceptilatione. / ——— xtt.

Summa hujus paginae est de cent quatorze livres dix sols

Le gros artifici qui illis structis omnia ultra de-
Visa nouo suppeditauit soluta fuerunt quinque Libellæ vt
patet ex acceptilatione. / ——— v ₶. ——

Visa Stephano debarrez artifici in gypso propter plura opera
in supradicta domo confecta soluta fuerunt septem
Libellæ cum decem assibus, vt patet ex acceptilatione ——
7 ₶ x sol ———

Visa petro holbon panitori propter opera in illa domo ——
confecta vt patet ex acceptilatione soluta fuerunt
tres Libellæ. / ——— 3 ₶. ——

Visa Joanni boursier artifici qui gypso reparauit parietem
in ædibus apparitorum, vt patet ex acceptilatione, datæ
fuerunt nouem Libellæ ——— ix ₶. ——

Caput Nonum
Expensi ordinarii et extraordinarii
Visa pro Rebus et Negotiis facultatis. / ——

Visa Quæstori Vniuersitatis parisiensis nomine d'arcollé pro
annuo redditu vniuersitati a facultate debito persoluit
decanus ducentas et quinquaginta Libellas, vt patet
ex ipsius acceptilatione ——— 250 ₶

Domino chenuot facultatis patrono pro stipendiis
solitis et singulis annis soluendis numerauit decanus
triginta Libellas. ——— 30 ₶.

Amanuensi ejusdem Domini chenuot ——— 6 ₶.

parario Joron cujus diligentiâ a quæstore vrbis debita
facultati pecunia fuit soluta, numerauit decanus ——
tres Libellas. ——— 3 ₶.

Visa Quæstori præposito pro vijs purgandis soluit decanus
quatuor Libellas et sedecim assos pro anni dimidio radente
in vltimum Junii 1670 vt patet ex acceptilatione. / ——
Summa hujus paginæ est
centum viginti [illegible] Libellæ
[illegible] sols ——— 4 ₶ 16 sol ——

xc

Visa — Eidem quaestori solui decanus quatuor libellas et sexdecim asses pro dimidio anni cadente in ultimum decembris hujus anni 1670, ut patet ex ampliatione — 4# 16 sol.

Visa — Quaestori praeposito pro nocturnis lucibus persolvi decanus sex libellas et septemdecim asses cum sex denarijs, ut patet ex ampliatione. — 6# 17 sol. 6 d.

Visa — Majori bidello qui per annum integrum singulis diebus curavit scholarum circuitum fractis expurgari numeravit decanus decem libellas, ut patet ex ampliatione — X #.

Visa — Typographo facultatis dicto Muguet pro doctorum catalogo, schedulis et alijs operibus typis per annum mandatis solui decanus, ut patet ex ampliatione viginti quinque libellas. / — 25#.

Visa — Majori bidello pro duobus decretis significatis M. Claudio de Frades — 15 sol.

Eidem bidello qui senatusconsultum ex nostris codicibus anni 1636 transcripsit, ut traderetur domino de la Reynie adversus medicos extraneos — 30 sol.

Eidem qui transcripsit contractum annui reditus, quem facultati debent R. P. Religiosi monasterij sancti Dionisij et transactionem cum illis peractam. / — 40 sol.

Eidem qui libellum supplicem quatuor medicorum tinostrium [?] ducis aurelianensis transcripsit — XV sol.

visa / — Domino Massey in senatu apparitori togato propter plura negotia in lite facultatis adversus M. Claudium de Frades ab ipso peracta solui decanus, ut patet ex ampliatione septem libellas et decem asses — 7# X sol.

Summa hujus paginae est
Cinquante neuf livres trois sols six deniers

55
XI

Domino Chenuot facultatis patrono, qui bis se contulit in Castellatum parisiensem ob causam facultatis orandam adversus M. Claudium de Frades numeravi decanus duodecim libellas ——— xij ₶

Visa. Ainsy Monsieur le Doyen a presenté son memoire, mais il doibt faire un nota du reste qui est de trois cens cinquante livres six sols huit deniers qui doibt estre employé selon les ordres de la faculté a la construction du bastiment futur des nouvelles escolles.

Magistro Claudio de Frades collegâ propter rationes depositas in decreto facultatis a doctoribus in comitijs generalibus lato die sabbati 22. Martij hujus anni 1670 solvi decanus quingentas libellas, ut patet ex acceptilatione. ——— Vᶜ ₶.

Ostiario domini de la Reynie dedi decanus tres libellas. ——— 3 ₶

Amanuensi domini Le moine nottarij qui magnâ curâ et diligentiâ nobis omnes acceptilationes suppeditavit (les quittances d'employ) quibus constat nostram pecuniarum summam R. P.

Religiosis Sancti Dionisij propter annuum vectigal concessam ad utiles usus fuisse insumptam, ut debet fieri in simili casu ad securitatem, solvi decanus decem libellas ——— x ₶

Domino Chenuot facultatis patrono, qui libellum supplicem composuit Regi et ejus Regio consilio exporrectum adversus medicos extraneos solvi decanus undecim libellas ——— xj ₶

Amanuensi domini Chenuot, qui illum libellum supplicem majoribus litteris transcripsit ——— 30 sol.

Pro obtento edicto Regio in privato Regis consilio die 5 augusti 1670 adversus Sangermanum et alios quosdam medicos extraneos soluta fuerunt duodecim libellæ cum quindecim assibus ——— xij ₶ xv sol.

Summa hujus paginæ est de cinq cens cinquante livres cinq sols

12
15

pro descripto illo edicto Regio, Roberto pepin —
dedit decanus decem asses ——— x sol —

pro significato illo edicto regio ab apparitore
Consistorii Regii ——— 30 sol —

Visa

Magistro Claudio tardy Collegae secundum decretum
facultatis Latum die Martis 4 decembris 1669
pro anni dimidio pensionis illi a facultate
concessae, cadente in ultimum diem Martii —
1670 soluit decanus, ut patet ex acceptilatione
quinquaginta Libellas ——— 50 ₶

Visa

Eidem M. Claudio tardy per alterum decretum
Latum die 26 martii 1670 pro anni dimidio —
pensionis illi a facultate Concessae et adauctae —
cadente in ultimum diem mensis septembris —
soluit decanus, ut patet ex acceptilatione —
centum Libellas. ——— 100 ₶

pro caducariis impensis, damnis et interesses —
pecuniarum in negotiis facultatis gerendis, ut in more
positum est ——— 60 ₶. 1.

Summa hujus paginae est de
deux cens douze livres.

Summa totius expensi est de cinq mil sept cens
cinquante cinq livres douze sols six deniers.
[illegible]
[illegible] dicto [illegible] differant ut patet
[illegible] ex acceptilatione —
Quare summa expensi superat summam accepti de [illegible] sols neuf deniers.
[illegible]

Hae supradictae rationes lectae examinatae et probatae
fuerunt ab universa facultate nemine reclamante
Censuit facultas Magistro Joanni Garbe decano pro
honorario solvendam esse summam libellarum quinquaginta
libellarum et sic conclusit decanus. die Veneris die decima
nona decembris millesimo sexcentesimo septuagesimo

Theuart — Perreau — V. Merlet — De la Vigne — Morel
Puylon decanus — Girard — Perreau
Quartier — Mathieu — Marteau
Guerin — J. Garbe
[illegible]
Puylon

In nomine Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis

Commentarius Rerum in Facultate medicâ parisiensi gestarum Magistro Dionysio Puylon decano

Anno domini millesimo sexcentesimo septuagesimo die Sabathi octavâ Novembris horâ decimâ matutinâ post Sacrum convocatis doctoribus omnibus in Scholas superiores curâ et diligentiâ M. Joannis Garbe tunc decani, ut novus decanus similiter novi professores eligerentur, primum juxtà formulam expressam articulo sexagesimo statutorum saluberrimæ facultatis quinque electores sorte ducti sunt, tres quidem majoris ordinis M.M. Claudius Guerin, Dionysius Jonquet, et Michael de Lavigne, duo verò minoris ordinis M.M. Claudius Brayer et Claudius Puylon, qui præstito apud decanum juramento se viros facultatis magistratibus idoneos nominaturos in sacellum secesserunt, ubi de tribus doctoribus in decanum futurum convenerunt M.M. Petro yvelin et Bertino Dieuxivoye majoris ordinis, et Dionysio Puylon minoris ordinis, quorum nomina in pileum conjecta sunt; ex quo manu dicti M. Joannis Garbe depromptum est nomen Dionysij Puylon qui statim decanus renuntiatus est applaudentibus doctoribus, manuque Evangelio admotâ solitum sacramentum [redacted] dixit, et ab eodem domino Garbe exdecano accepit epomida coccineam, librum membraneum in quo descripta sunt antiqua statuta facultatis, duo sigilla minora facultatis argentea ex argenteâ catenâ pendula, plures que claves tum scholæ, cum ejus arcæ quæ servatur in Regiâ navarrâ in quâ reconditur sigillum universitatis parisiensis.

Iisdem comitijs et eadem electionis ac sortitionis formulâ electi fuerunt in annum sequentem professores.

M. Ludovicus Gallais Scholarum professor.

M. Nicolaus Liénard Chirurgiæ professor

M. antonius Morand Botanices professor.

atque in locum M. Michaelis Mauris pharmaciæ professoris suffectus est M. Petrus Perreau.

Diem initis singulorum doctorum qui comitijs aderant suffragijs dictus M. Petrus yvelin in censorem à majori parte nominatus est et ita conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Postridie præfecti Regiæ familiæ pharmacopæi convenerunt novum decanum gratulabundi et observantiæ testificationem exhibituri.

Sequentibus proximè diebus longò clarissimi frequentes collegæ decanum inviserunt ut novum munus gratularentur singularem auspicatæ sortitionis lætitiam præferentes, quam ipsi doctores cum privatim decano occurrentes, tum publicè disserentes in scholarum ædibus testati sunt, eâ spe fulti omnes fore ut ejus curâ et diligentiâ scholarum disciplina reviviscat

[paraph]

Facultatis auctoritas fere collapsa instauretur, jusque facultatis non modo
servetur, verum et in eam possessionem unde exciderat de novo asseratur.
Decanus vero singulis doctoribus ita applaudentibus fidem dedit se
quaecumque munera sui forent strenue et naviter acturum. ac primo
cum rescivisset Dnum Garbe decanum rejecisse theses ipsi oblatas
à baccalaureo Nomine Lamy quod in iis plurima essent reprehensione
digna et quae pugnarent adversus receptam in scholis doctrinam, atque
ob eam causam de quaestione quodlibetariâ pro more non disputatum
iri die jovis quae futura erat proxima post festum Divi Martini,
ne diutius silerent scholae, sedulo invigilavit ut eaedem theses cum
elucubraverentur à Domino yvelin censore prout ipse susceperat, quod
in extra ordinem praeesse debebat M. Petrus yvelin junior ejus filius,
tum etiam praelo excuderentur curavitque exemplaria die sabathi
proxima, ut moris est, darentur non tantum baccalaureis sed et doctoribus
singulis qui ad invisendos aegros ea die conveniunt in scholas
superiores quod ut factum, ita

Quaestiones quodlibetariae

Die jovis vigesimâ Novembris 1670 de quaestione quodlibetariâ
disputavit extra ordinem M. Petrus yvelin junior respondente
baccalaureo M. Guillelmo Lamy constantiensi quaestio autem talis
fuit affirmative conclusa

An ut semen materia foetûs, sic et ejusdem opifex?

disputatum est ab horâ sextâ matutinâ ad undecimam quâ propositae
sunt singulis baccalaureis quaestiones quae quodlibeta vocant, et
antequam iis responderent baccalaurei, publice recitata sunt à
majore facultatis apparitore doctorum Regentium Nomina et cognomina
eo ordine qui sequitur.

Nomina et cognomina honorandorum magistrorum nostrorum doctorum medicorum Regentium in saluberrima facultate medicinae parisiensi. anno Domini 1670.

M. Petrus de Beaurains antiquior scholae magister
obiit die 10ª januarij 1671, die sequenti elatum est ejus cadaver comitantibus
doctoribus cum togâ et veste purpureâ praeeunte Majore facultatis apparitore,
baccalaurei vero sequentes Minorem bidellum incedebant juxta rectorum et
parochum ecclesiae dedicatae sub invocatione divi eustachij ad quam primo elatum
est cadaver cui proxime astabant quatuor doctores, duo juniores juxta pedes et
seniores duo ad caput atque hic observatur in exequiis singulorum doctorum.
fasces vero quas ferebant ambo bidelli crispato serico contexti erant, quod fit
tantum in funebri pompâ antiquioris magistri, vel decani obeuntis in ipso munere decanatus.
sepultum est cadaver in aede sacrâ divi lupi et aegidij.

M. Franciscus Pijart

M. Claudius quiqueboeuf

M. Philippus hardouinus de saint jacques

M. hermannus de Launay

M. Philibertus Morisset

M. Jacobus Thevart

M. Guido Patin professor Regius

M. Nicolaus Brayer

M. Gilbertus Puylon Botanicus professor

M. Jacobus Perraut

M. franciscus Blondel

M. Germanus Preaux scholarum professor

M. Claudius Germain

M. Petrus Legier

M. Franciscus Levignon

M. Mathurinus Denyau Regius professor

M. Petrus yvelin censor, medicus Regius ordinarius et serenissimae aurelianensium ducissae defunctae primarius medicus.

M. claudius Guerin

M. Petrus Le Mercier

M. nicolaus Richard

M. Nicolaus Cappon obijt die 18.ª decembris 1670 sepultus in aede sacrâ sub invocatione sancti germani autissiodorensis die 20.ª ejusdem mensis.

M. Martinus akakia

M. Michael Marès

M. Jacobus Gavois

M. Dionysius Jonquet horti Regij Botanicus professor obijt die 6.ª septembris 1671. die sequenti elatum est ejus cadaver ad aedem deo sacram sub invocatione sancti sulpitij.

M. Claudius Levasseur

M. Florimundus Langlois

M. Franciscus Pajot

M. Tussanus Fontaine

M. Claudius Perraut

M. Carolus le Breton

M. Petrus Baudelot

M. Stephanus le Gaigneur

M. Rolandus Merlet

M. Guillelmus Petit

M. Paulus Courtois Regius professor

M. Joannes Garbe

M. Petrus de Mercenne

M. Joannes Fourestier

M. Claudius Tardi obiit die 22ª decembris 1670; de cujus morte ~~nonnisi~~ nonnisi uno aut altero post exequias die moniti fuerunt doctores quod ipsi non justa fecerint.

M. Simon Boulot

M. Joannes Banjon

M. Antonius Morand

M. Isaac Renaudot

M. Eusebius Renaudot

M. Joannes Baptista Moreau professor Regius

M. Stephanus Bachot

M. Bertinus Dieuxivoye

M. Joannes Armandus de Mauvillain

M. Petrus Pereau pharmaciae professor

M. Michael de La Vigne

M. Joannes de Bourges

M. Germanus Hureau

M. Joannes Antonius Bourgaud

M. Carolus Baralis

M. Franciscus Landrieu

M. Claudius Quartier pharmaciae professor

M. Alanus Lami

M. Franciscus de La Chambre medicus Regis ordinarius

M. Nicolaus Morin

M. Philippus Doubé

M. Nicolaus Liénard

M. Abrahamus Thevart

M. Ægidius Lebel

M. Claudius de Frades

M. Alexander Michael Denyau Regius professor

M. Antonius Joannes Morand

M. Petrus de Lauge Lusitanorum Reginae medicus primarius

M. Petrus Crossé

M. Franciscus Gouel scholarum professor

M. Ludovicus Gallais

M. Raphael Mauvin

M. Edmundus Chavrier chirurgiae professor

M. Fabianus Perreau obiit die 4ª augusti 1671 et die 5ª ejusdem mensis elatum est ejus cadaver in templum deo sacrum sub invocatione D. Pauli in quo sepultum est.

M. Joannes Baptista de Rieuloir

M. Dionysius Puylon decanus

M. Dionysius Dodart

M. Carolus de Laval

M. Antonius de Caën

M. Petrus Bourdet

M. Joannes Grout

M. Nicolaus Rainssant

M. Nicolaus Bonnaerlet obiit die 4ª aprilis 1671, die sequenti circa vesperam elatum est eius cadaver et sepultum in aede divo medicico sacram qui obitum lugent probi omnes

M. Carolus Brisset

M. Jacobus Mareschal

M. Franciscus Gorand

M. Nicolaus Robin

M. Petrus Legier

M. Jacobus de Bourges

M. Guido Crescentius Fagon familiae Reginae medicus ordinarius

M. Antonius Le Moine

M. Carolus Marteau

M. Joannes Baptista Ferrand

M. Mathaeus Thuillier

M. Robertus Raoult

M. Raymundus Finot

M. Philippus Mathon

M. Petrus Lombard

M. Ludovicus Morin

M. Carolus le Long

M. Paulus Mattot

M. Claudius Gudin

M. Henricus Mahieu

M. Guillelmus Petit.

M. Michael Poinssant

M. Dominicus de Farcy

M. Claudius Bourdisant

M. Claudius Berger

M. Gabriel Dacquet

M. Raymundus vaslet

M. Petrus guelin proavus

M. Claudius Puylon 112.

Die jovis quarta decembris disputavit extra ordinem de quæstione quodlibetaria M. Claudius Puylon Respondente baccalaureo M. antonio de sainctyon parisino. fuit autem talis quæstio affirmative conclusa.

an conformatio temperiei nota?

Die jovis decima octava decembris disputavit suo ordine de quæstione quodlibetaria M. Guido Patin Respondente baccalaureo M. Joanne Cordelsamo. talis autem fuit quæstio negative conclusa.

an sanguis per omnes corporis ~~partes~~ venas et arterias jugiter circumfertur?

Die jovis octava januarij 1671 M. Franciscus Vezou disputavit extra ordinem de quæstione quodlibetaria Respondente M. Petro ozon baccalaureo, augimontensi. fuit autem quæstio affirmative conclusa.

an quibus ingenij vis major, minor est corporis?

Die jovis vigesima secunda januarij 1671. M. Ludovicus Gayant disputavit extra ordinem de quæstione quodlibetaria Respondente Baccalaureo M. Petro yon parisino. fuit autem talis quæstio negative conclusa.

an spiritus animales in cerebri substantiâ procreantur?

Die jovis quinta februarij 1671. M. Jacobus Thevart disputavit de quæstione quodlibetaria Respondente Baccalaureo M. Francisco Bazin constantiensi, talisque fuit quæstio affirmative conclusa.

an panis spumâ cervisiæ fermentatus, minus salubris?

Antiquodlibetariæ quæstiones vulgo Pastillariæ dictæ

Die mercurij 19.â Novembris M. Petrus guelin junior actum pastillariæ celebravit, in quo agitatæ fuerunt hæ duæ quæstiones in utramque partem

an semen sit { excrementum / de fluxuum }

Priorem dictus M. Petrus guelin proposuit mediano candidato, qui eam definivit

altheam M. Stephanus le Gaigneur proposuit M. Fabiano Perreau qui eam terminauit.

Die mercurij 3.ª decembris celebratus est actus pastillariæ à M. Claudio Puylon et in utramque partem dictum est de his duabus quæstionibus

Priorem dictus M. Claudius Puylon disaitendam proposuit medicinæ candidato qui de ipsâ sententiam suam dixit. alteram vero sibi propositam à M. Rolando Merlet terminauit M. Petrus Cressé quam M. Joannes baptista de Reuloire in sui locum suffecerat propter suam ex urbe absentiam.

Die mercurij septimâ Januarij 1671. M. Franciscus Vezou celebrauit actum pastillariæ in quo proposita sunt in utramque partem hæ duæ quæstiones

An Ingenij laude præstant { viri fœminis? / melancholici cæteris?

Priorem quæstionem à M. Francisco Vezou sibi propositam resoluit candidatus medicinæ; alteram M. Guillelmus Petit senior elegantissimâ oratione proposuit M. Roberto Raoult qui eam disertissimè enucleauit.

Die mercurij 21.ª Januarij 1671 M. Ludouicus Gayant celebrauit actum pastillariæ in quo examinatæ sunt utrinque hæ duæ quæstiones

Priorem dictus M. Ludouicus Gayant proposuit medicinæ candidato qui super eâ mentem suam aperuit; alteram vero M. Joannes Garbe proposuit M. Dionysio Dodart qui doctissimè eam expedijt et definiuit.

Cardinalitiæ quæstiones

Die jouis 19.ª februarij 1671. cardinalitiæ disputationi præfuit M. Nicolaus Brayer respondente baccalaureo M. Antonio de saint yon parisino, atque hæc fuit quæstio affirmatiuè conclusa

Fitne puro parcoque victu vegetius corpus, expeditior animus?

Die jouis 5.ª martij 1671 M. Guido Patin præfuit cardinalitiæ disputationi respondente Baccalaureo M. Joanne Cordelli-hamo fuit autem quæstio affirmatiuè conclusa.

estne theriaca pestilenti febre jactatis venenum?

Die jovis 19.ª Martij 1671 M. Jacobus Thevart praefuit cardinalitiae disputationi Respondente baccalaureo M. Guillelmo Lamy constantiensi, talis autem fuit quaestio affirmativè conclusa.

an ex aëris et diaetae vitio scorbutus?

Vesperiarum actus

Die lunae 17.ª Novembris 1670. celebratus est actus vesperiarum M. Francisci Vezou cui praefuit M. Guillelmus Petit senior, et in eo propositae sunt in utramque partem hae duae quaestiones

an in febribus continuis tuta crisis { ex sudore? / alui profluuio?

Priorem à dicto M. Guillelmo Petit sibi propositam terminauit medicinae candidatus, alteram verò M. Rolandus Merlet proposuit dicto M. Francisco Vezou qui eam definiuit.

Die martis 16.ª decembris 1670 actus vesperiarum M. Ludouici Gayant celebratus est praeside M. Joanne Garbe qui Rogatus à M. Paulo Courtois, impedito propter orationem quam habuit publicè ob laugitum sibi à christianissimo Rege professoris Regij munus, hanc vesperiarum ~~prouinciam~~ celebrandorum prouinciam atque etiam doctoratus actum anteoccupauit. In eo autem vesperiarum actu propositae sunt in utramque partem hae duae quaestiones

an vita { perfectior, quò calor est intensior? / deterior, quò longior?

priorem quaestionem dictus M. Joannes Garbe proposuit medicinae candidato qui eam terminauit; alteram verò M. Guillelmus Petit senior proposuit dicto M. Ludouico Gayant, qui eam quoquè definiuit.

Die martis 9.ª junij 1671 celebratus est actus vesperiarum M. Joannis Robert praeside M. Paulo Courtois. In quo actu agitatae sunt in utramque partem hae duae quaestiones

tutius ne medemur remediis { clementioribus / simplicioribus

Priorem dictus M. Paulus Courtois proposuit medicinae candidato qui de eâ sermonem habuit; alteram sibi propositam à M. Joanne Garbe enodauit dictus M. Joannes Robert

Doctoratuum actus

Die martis 2.ª decembris 1670 M. Franciscus Vezou laureâ doctorali insignitus est à M. Guillelmo Petit seniore, atque tunc in utramque partem agitatae sunt hae duae quaestiones

an natura in hominibus quam in brutis { ad morbos proclivior? / in agendo certior

Priorem quaestionem novus doctor proposuit M. Roberto Raoult qui jure pluris sermonis nitore et doctrinâ insignem decanus eligerat ut in sui locum sufficeret, quique tam eleganter, ornatè et ad enodandam quaestionem copiosè dixit, ut omnium qui aderant pro more admirationem rapuerit. alteriusque verò quaestionis duplicem faciem M. Guillelmus Petit senior disertissimè exposuit, de quâ Magister Rolandus Merlet fusissimè disseruit.

Die martis vigesimâ decembris 1670. M. Ludovicus Gayant doctor medicus renuntiatus est à M. Joanne Garbe, tum in utramque partem propositae sunt hae duae quaestiones

an mors { in Juvenibus saepius à pulmone? / in senibus semper à siccitate?

Priorem quaestionem à novo doctore sibi propositam M. Dionysius Dodart lepore attico definivit, alteram verò M. Joannes Garbe proposuit M. Guillelmo Petit seniori qui de eâ politè et copiosissimè dixit.

Die jovis 25.ª junii 1671. M. Joannes Robert doctoris medici pileo donatus est à M. Paulo Courtois, dein in utramque partem dictum est de his duabus quaestionibus.

extantne Remedia quae vulgus vocat { Specifica? / Roborantia?

priorem quaestionem dictus M. Joannes Robert proposuit M. Antonio Joanni Morant, suffecto in locum M. Caroli de Laval morbo detenti, qui eam discretissime dissoluit. posteriorem vero M. Paulus Courtois proposuit M. Joanni Gaube qui de ea dixit.

Res gestæ siue acta et comitia saluberrimæ Facultatis medicinæ Parisiensis a die octauâ mensis nouembris 1670 ad septimam diem ejusdem mensis 1671.

M. Dionysio Puylon decano

obitus

Anno Reparatæ salutis humanæ millesimo sexcentesimo septuagesimo die 18.ª Nouembris celebratus est obitus M. Guillelmi Lussoy et distributæ sunt singulis doctoribus qui aderant, capellanis presbyteris et Bidellis viginti quinque asses ex quibus conflata est summa viginti quinque libellarum quam dictus dominus lussoy facultati legauit à suis hæredibus quotannis persoluendam ut die dictâ pareretur ejus manibus et distribuatur hæc summa inter doctores qui ante missæ euangelium adsunt, capellanos et Bidellos ita tamen ut ambo bidelli simul eam tantum summam accipiant quam unus doctor habuerit.

Anno domini millesimo sexcentesimo septuagesimo die sabathi vigesimâ secundâ Nouembris horâ nonâ Matutinâ post sacrum, conuocatis Ritu solemni sic per juramentum doctoribus omnibus in scholas superiores per schedulam pridie ut moris est à bidellis delatam super conditione M. Guillelmi Lamy, qui nuper Respondebat de quæstione quodlibetariâ, judicium dicturis secundum decretum latum die 17.ª octobris 1670. ac insuper de jure prærogatiuo authoritatis et sedis decano vel professoribus apud pharmacopœos concedendo juxtà senatusconsulta pronuntiata diebus 15.ª decembris 1667 et 5.ª July 1670, necnon de eadem sedis prærogatiuâ apud chirurgos alijsque Rebus ad facultatem pertinentibus, deliberaturis. primò exposuit decanus statutorum facultatis articulo 39.º sancitum esse ut quilibet eo sedeat ordine et sententiam dicat, quo fuerit ad doctoratum promotus, itaque optare ut statutorum scamna in superioribus scholis sic disponi ut quisque suo loco sederet, doctores videlicet majoris ordinis ex unâ parte, et minoris ex alterâ; et quidem eo ordine, quo laureâ doctorali fuerint insigniti: quâ Ratione vitarentur tumultus obaudiri soliti in comitijs, alijs clamantibus, negantibus alijs adesse doctores cum Nominantur ut sententiam dicant de Rebus propositis quorum tumultuum causa hæc erat, quod, cum omnes doctores seu seniores siue juniores indistinctè et quidem sæpius seniores post juniores starent, singuli faciè non cernerentur; ac insuper plerique sibi inuicem interloquerentur. Facultas decani consilium unanimiter laudauit et probauit, censuitque

propositum scamnorum ordinem statuendum, atque si opus sit
nova scamna construenda, ut singuli doctores tum majoris tum
minoris bancae, ut vocant, suo ordine sedeant et sententiam dicant,
adeout si quis alterius sententiam interruperit, ejus suffragium
irritum habeatur. si tamen aliquis doctor habeat quidpiam
praemonendum de rebus quae in deliberationem vocatae fuerunt,
petitâ per bidellum et à decano impetratâ dicendi facultate
stans pone censorem paucis mentem suam aperiat.
2°. Decanus in mentem revocavit decretum latum die 17ª octobris
1670 decano M. Joanne Garbe, quo facultas statuit ut comitia
habeantur singulis diebus sabathi postquam baccalaureorum
quilibet de quaestione quodlibetariâ aut cardinalitiâ responderit,
ut doctores qui responsa audierint, judicium ferant de ejus doctrinâ;
adeoque rogavit singulorum doctorum sententiam de eruditione
M. Guillelmi Lamy baccalaurei qui die jovis praecedenti responderat
de quaestione quodlibetariâ. Facultas censuit dictum M. Guillelmum
Lamy doctè et appositè ad mentem thesios respondisse.
3°. Decanus retulit senatusconsulto lato die 17ª decembris
1667, quod confirmatum est alio decreto pronuntiato die 5ª Julij
1670 senatum addixisse petitionem facultati, quae cum in decanatu
M. Antonij Morant commissarius jussu antiquiores et juniores
pharmacopoeos litem iniisset, libello supplici petierat, ut
facultatis decanus imposterum cum duobus pharmaciae professoribus
adesset examinibus caeterisque actibus quos fieri par est ut aliquis
in pharmacopoeorum ordinem asciscatur: sed praecepisse senatum,
ut curâ decani convocaretur speciali articulo facultas quae definiret
quis e decanis vel professoribus in pharmaciâ praeesse deberet
his actibus, ut re ad senatum relatâ, habitâque ratione decreti
facultatis et statutorum ordinis pharmacopoeorum senatus statuat
quicquid rationi consentaneum erit. Quamobrem decanus singulorum
doctorum super eâ re sententiam rogavit, simulque deliberavit, num
decanus pariter quemadmodum facultatis auctoritas apud chirurgos, eo
ordine apud chirurgos sedere debeat, quo fuerit ad doctoratum promotus
vel primum locum occupare quamvis antiquiores doctores contra habeat.
Facultas decrevit, ut non modò apud pharmacopoeos et chirurgos,
verum etiam in comitijs academicis, alijsque omnibus conventibus, in
quibus decanus habuerit nomine facultatis se gerere, jus habeat
praerogativam auctoritatis et primo loco sedeat, cum statutorum
articulo 61° non modò edictum sit, ut decanus jus habeat rogandi
sententias et concludendi, sed et caput facultatis habeatur: ne tamen
antiquioribus doctoribus ullum fiat praejudicium quod primo loco
subscribat decanus, post syngrapham apponat hoc vocabulum
(decanus). quoties vero sistere se non poterit apud pharmacopoeos

vel ad lustrandas pharmacopoeorum officinas, praesit antiquior pharmaciae professor, uti jam olim factum positum fuit, penes quem sit codex in quo subsignare debent qui laureâ magisterii apud pharmacopoeos donantur, quem codicem abeunte munere professoris reddet decano, qui eum tradet alteri pharmaciae professori.

4.o Decanus declaravit è re facultatis esse, doctores quotannis seligere, qui chirurgos doceant chirurgica secundum contractum initum cum chirurgis, ne imposterum obtendant facultatem commissis non stetisse, quemadmodum ipsi obtendunt non aliâ mente, quam ut ab imperio facultatis deficiant et abeant impune ab omnibus pactis, quae cum facultate transegerunt: negant siquidem audacter se facultatis discipulos esse, contenduntque non amplius teneri eos qui ad examen et magisterium admittuntur, litteras testimoniales exhibere decano, quibus constet eos per quadriennium audivisse professores in chirurgiâ, velim medicos à medicis, chirurgos à chirurgis edoceri chirurgiam, hocque adducunt argumentum uni videlicet doctori professoris in chirurgiâ munus singulis annis committi, qui chirurgica in scholis superioribus et operationum chirurgicarum instituendarum methodum in theatro scholarum anatomico exponat philiatris, nec ullum alium doctorem citra et ultra pontes id muneris in gratiam tyronum in chirurgiâ jam à pluribus annis suscepisse. quamquam id falso asserant, pluresque quotannis doctores anatomen et operationum chirurgicarum instituendarum modum explicaverint, et nominatim M. Carolus Bisset, qui per plures annos id officii peregit, ultimis [illegible] anatomen celebraverit dissecante M. Galliot chirurgo. quamobrem ut omnis obtentus causa chirurgis tollatur, Decanus postulavit ut in hunc annum dicto Domino Bisset alius nominetur, aliique duo professores in annum proxime sequentem seligantur. Facultas omnem quodlibet, vel etiam falso, obtendendi causam chirurgis praeripiendam duxit, ideoque solemni de more formulâ sic eâdem ratione et eâdem die quâ alii scholarum aut pharmaciae professores seliguntur, nominandos quoque singulis annis duos medicinae doctores, unum quidem citra, alterum vero ultra pontes, qui chirurgica docendi provinciam aggrediantur; atque id muneris ~~M.~~ in hunc annum commisit M. Henrico Mahieu quem comitem adjunxit dicto Domino Bisset: et in annum sequentem nominati sunt M. Carolus Mautrau et M. ~~Carolus Le~~ Petrus de Favy.

5.o Decanus renuntiavit Dominum Ledroit facultatis in castello parisiensi procuratorem à foro destitisse, ut liberius pietati vacaret, postulavitque num placeret in locum dicti Domini Ledroit subrogari M. Edmundum Michaelem Rigault in eâdem castellanâ curiâ cognitorem, virum non modo vigilantissimum et rerum forensium peritissimum, verum et sagaci ingenio praeditum, aequi et honesti apprime studiosum, eoque insuper nomine cuivis alteri praeferendum, quod ex ipsa aesculapiorum parisiensium gente sit oriundus, utpote cum ejus avus M. Sulpitius Rigault fuerit in albo doctorum facultatis ab anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio ad annum millesimum sexcentesimum secundum, quo excessit è vivis. de quo

deliberationis capite facultas ità censuit, gratias primum a decano nomine facultatis agendas dicto domino le droit quod res facultatis benè et cum singulari studio gesserit, tum rogandum dictum dominum Rigault, ut agat imposterum in omnibus litibus quae à facultate promouendae erunt in curiâ castellanâ, caeteraque ejus negotia in eodem foro curet.|

Demum decanus exhibuit libellum quendam gallico idiomate conscriptum à quodam chirurgo Reginae ordinario, cujus nomen est Cosmas viardel, qui jussu illustrissimi praepositus parisiensis in politià adiuit dominum Rogauitque ut à quibusdam facultatis doctoribus suus ille libellus legeretur ac probaretur, si dignum judicaverit qui praelo cuderetur. Facultas annuens postulationi dicti Cosmae viardel nominauit M. M. franciscum Blondel, franciscum le vignon, franciscum Goüel et Antonium le Moine. et ità de omnibus conclusit.|

Dionysius Puylon decanus

Die Sabathi sextâ decembris 1670 horâ decimâ matutinâ post sacrum per schedulam pridie à bidellis delatam conuocata facultas ut sententiam ferret de doctrinâ M. antonij de Saintyon baccalaurei qui die jovis praecedenti respondebat de quaestione quodlibetariâ; laudauit dictum de Saintyon quod eleganter et egregiè respondisset ad argumenta ~~ab~~ proposita. In ijsdem comitijs M. Petrus Pierau pharmaciae professor postulauit, ut trinâ conuocatione definiretur sedis et auctoritatis prorogatiua, de quâ latum erat decretum die 22ª. Nouembris vltimò elapsi. Facultas illud decretum denuò confirmauit; atque ne vllus conquerendi locus relinqueretur dicto domino Pierau, statuit annuendum esse ejus postulationi, et sic conclusit.|

Dionysius Puylon decanus

Die martis nonâ decembris 1670. horâ secundâ post meridiem congregatis doctoribus ut audirent postulationem M. Petri de Mercenne doctoris medici parisiensis de conseruandis priuilegijs et immunitatibus facultatis, ac insuper de prorogatiuâ sedis et auctoritatis juxtà postulationem M. Petri Pierau doctoris medici et pharmaciae professoris iterum deliberaverunt, dictus M. Petrus de Mercenne exposuit tantam esse pertinaciam solicitiorum praefectorum ad custodiam Regis christianissimi, ut spretis duabus sententijs latis à vicario praefecti domesticorum aulae Regiae, diebus 14ª Maij 1667 et 19ª. Januarij 1669, Mansionem militarem de nouo contenderint in aedibus dicti domini de Mercenne eaque de causa diem si dixisse eundem dominum inquilino coram dicto vicario praefecti familiae Regiae, qui judicium

pronuntiauit eâ formulâ, les parties se Retireront vers le Roy pour sçauoir
sa volonté, Rogauitque dictus dominus de Mesmes ut [illegible] juberet et
facultas de quibus duobus capitibus sic deliberatum est, non solius domini
de Mesmes, sed totius facultatis rem agi, adeoque quamprimum adeundum
Regem christianissimum, Rogandumque ut saluberrimae facultati concessas
ab Henrico quarto immunitates velit prorogare. Decretum uerò facultatis
latum die 22a Nouembris 1670 super praerogatiuâ sedis et auctoritatis ~~domini~~
decano concessa denuò confirmatum est et sic conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die veneris 19a decembris 1670 conuocatis doctoribus omnibus per schedulam
à bidellis delatam, ut audirent accepti et expensi Rationes posterioris decanatus
M. Joannis Garbe decani, ac de ijsdem probandis, et de praerogatiuâ sedis
et auctoritatis decano duobus jam decretis concessâ deliberarent, ac praeterea
judicium ferrent super auditione M. Joannis Cordel baccalaurei, qui die jouis
proximè elapsâ Respondebat de quaestione quodlibetariâ. Facultas acceptas
et Ratas habuit Rationes redditas à M. Joanne Garbe ~~decano~~ et ipsi
concessit honorarium solitum centum et quinquaginta librarum; ac censuit
monendum dictum Cordel baccalaureum, ut diligentius chartis inuigilet. et
ità de his duobus deliberationis capitibus decanus conclusit ex unanimi
omnium consensu. de alio deliberationis capite quoniam doctores in diuersas
sententias abierunt, quorum uni placuit ut nunquam alio ordine sederet decanus,
quam quo esset ad doctoratum promotus; alter uerò semper lusit in uerborum
amphiboliâ, adeò ut primò his uerbis sententiam dixerit, Seruetur decretum,
tum Rogatus ut clarius mentem suam aperiret, Respondit existimare se statutum
esse Renouandum; quatuordecim alij doctores dixerunt standum esse duobus decretis
latis diebus 22a Nouembris et 9a decembris 1670: Denique quindecim doctores
censuerunt, ut apud chirurgos in conuentibus Academiae et ubicumque decanus
habuerit nomine facultatis se gerere, primam sedem habeat, attamen apud
pharmacopoeos, si fieri possit, sedeat ex opposito professorum; sin minus primam
sedem occupet, uerum eo duntaxat ordine examinet candidatos in pharmaciâ, quo
inter doctores medicos parisienses Renuntiatus fuerit; antiquior uerò pharmaciae
professor Roget sententias, concludat, caeteraque munia obeat, quorum jus penes eum
hactenus fuit. Sed cum inter hos quindecim doctores numerarentur duo
pharmaciae professores, unus doctorum, qui contrariam sententiam amplexi fuerant,
intercessione prohibuit, ne decanus ità concluderet, quod pharmaciae professoribus
jus suffragij in eâ re derogandum esse contenderet. Verum decanus pollicitus est
se in gratiam antiquioris pharmaciae professoris conclusurum, si idem foret
facultatis judicium in comitijs proximè habendis.

Die sabbathi 10a januarij 1671 facultas conuocata ut deliberaret super Responsis
M. [illegible] baccalaurei et argumenta quae ipsi proposita fuerunt in actu

quaestionis quodlibetariae de qua die Jovis praecedenti Respondebat, tum etiam de pacto anno 1631 cum Pharmacopoeis inito, coram notariis renovando vel Supremi Senatus auctoritate confirmando, addito articulo de praerogativa Decano concessa; et de lite adversus Nominatum de Saint germain. Censuit de doctrina dicti Ozon aliorumque baccalaureorum deliberatum iri post peractum cujusque actum, curandumque ut pactum illud initum cum Pharmacopoeis instrumento publico coram notariis renovetur, vel Supremi Senatus edicto confirmetur, addito articulo quo possit decanus facultatis quemadmodum Pharmaciae professores actibus candidatorum in Pharmacia interesse, ut sancitum est duobus Senatusconsultis latis diebus decima quinta decembris 1667 et quinta mensis Julii 1670: ita tamen ut decanus sedeat ex opposito Pharmaciae professorum, eodem ordine examinet candidatos in Pharmacia, quo sedit in doctorum albo, iisdemque juribus fruatur antiquior Pharmaciae professor, quae penes eum hactenus fuerunt. litem vero a Medicastro nomine de Saint germain motam ad exitum, quoad fieri poterit, promovendam ex consilio patronorum, et ita conclusit. | Dionysius Puylon decanus.

Die Sabbathi 24.ª januarii convocatis in Scholis Superioribus per schedulam doctoribus ut deliberarent de cereis distribuendis in diem festum purificationis beatae Mariae, et de probandis Responsis M. Petri Yon baccalaurei in actu quodlibetario, Censuerunt cereos distribuendos more solito, et dictum Yon satisfecisse scholae dignitati, In iisdem comitiis decanus exhibuit opusculum quoddam cui titulus est Ottonis Tachenii antiquissimae hipp.icae medicinae clavis &c. sibi à quodam typographo oblatum, ut eo lecto et examinato, facultas probaret si dignum videretur quod prelo excuderetur; Nominati sunt in censores M.M. Tussanus Fontaine et Dionysius Dodart. |

Die mercurii 28.ª januarii decanus cum pluribus doctoribus adiit regem christianissimum eique obtulit nomine facultatis libellum supplicem ad confirmanda privilegia facultati concessa ab henrico quarto. Decanum Rex comiter excepit, bisque haec verba protulit je le verray. verum aliquot elapsis diebus Redditus est decano ille libellus supplex sine ullo Regio rescripto. |

Die Sabbathi septima februarii 1671 in comitiis ordinariis de nulla re deliberatum est, ideoque nec lata sententia super conditione M. francisci Bazin qui die Jovis praecedenti Respondebat de quaestione quodlibetaria; quod in comitiis interesse non potuerit decanus, ut pote qui cum Rectore aliisque academiae proceribus eadem hora se contulit in basilicam summae urbis parisiensis, ubi cum solemni pompa peracta fuerunt parentalia illustrissimo ejusdem ecclesiae archiepiscopo harduino de perefixe nuper defuncto. |

Die sabathi ~~...~~ vigesimâ primâ februarij 1671 congregatis doctoribus ad comitia ordinaria post singulos baccalaureorum actus cum M. Franciscus Blondel senior doctorum qui nominati sunt à facultate ad legendum opusculum gallicè scriptum à Cosmâ viardel ordinario Reginæ chirurgo retulisset multa esse in eo libro quæ corrigi, multa etiam quæ deleri deberet, ac singula quæ laudari non poterant palam legisset: Facultas censuit amicè agendum in omnibus quantum fieri potest cum dicto Cosmâ viardel, quod morigerum se præbuerit facultati, ideoque eum esse monendum, ut conveniat dictum M. Franciscum Blondel aliosque doctores qui eo negotio suffecti sunt, dicenque ei dicendum apud dominum Blondel ut emendentur quæcunque laudari non possunt; dein M.M. Franciscus Blondel, Franciscus Lovignon, Franciscus Joüel et Antonius le Moine cum decano litteras commendatitias dederunt dicto Cosmæ viardel, probentque illud opusculum ut typis mandetur. Tum decanus rogavit singulos doctores quid sentirent de M. Francisco Bazin qui die 5ª februarij responderat de quæstione quodlibetariâ et de M. antonio de saint yon qui die decimâ nonâ ejusdem mensis responderat de quæstione cardinalitiâ, omnes dixerunt verbis asperis arguendum dictum Bazin quod malè responderit: laudandum verò dictum de saint yon qui eleganter et appositè solverit argumenta baccalaureorum. et ita de omnibus conclusit.

Puylon decanus

Die sabathi septimâ Martij horâ octavâ matutinâ post sacrum convocatis per schedulam doctoribus omnibus ad comitia ordinaria post quemlibet actum baccalaureorum; tum etiam ut audirent postulationem collegæ nostri M. Nicolai Robin et super eâ deliberarent. Facultas annuit postulationi dicti M. Nicolai Robin ut sublevetur annuo reditu ducentorum libellarum præter solita doctorum emolumenta, cujus summæ portio solvatur à decano tertio quoque mense ac prorogetur: eâque lege hanc summam dicto domino Robin concessam facultas declaravit ut regiæ custodiæ committi non possit. Præterea decrevit monendum M. Joannem Cordelle baccalaureum qui die jovis præcedenti respondit de quæstione cardinalitiâ, ut attentior sit magisque invigilet chartis. Ijsdem comitijs M. Joannes Robert licentiatus supplicavit pro vesperijs et doctoratu: cujus petitioni annuit facultas et ita conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die 15ª aprilis 1671 celebrata est Missa pro M. Michaële de coloniâ et distributa sunt doctoribus præsentibus octo libellæ.

Die veneris 7ª augusti 1671 convocatis per juramentum doctoribus omnibus in scholas superiores ut audirent quicquid illustrissimus archipræsul parisiensis dixerat die 4ª ejusdem mensis Rectori ~~academiæ~~, decanis aliisque academiæ deputatis ex præscripto Regis christianissimi et de alijs rebus ad facultatem pertinentibus deliberarent decanus legit singula quæ dicta erant ab illustrissimo archipræsule parisiensi: quæ quidem domo illustrissimi archipræsulis egressus scripserat ut quid pior..ium exciderent è memoriâ, omnia summâ fide nil addendo aut detrahendo

[illegible]

~~Facultati~~ Referatur

Ordre verbal du Roy declaré par Monseigneur
l'archevesque de Paris Messire François de Harlay
a Messieurs les deputez de l'université de Paris
le mardy quatrième aoust 1671

Le Roy ayant appris que certaines opinions que la faculté de Theologie avoit censurées autrefois et que le parlement de Paris avoit deffendu d'enseigner ny publier, se repandent presentement, non seulement dans l'université, mais aussy dans le reste de cette ville et quelques autres du Royaume, soit par des estrangers, soit aussy par des gens du dedans, voulant empescher le cours de ces opinions qui pouvoient apporter quelque confusion dans l'explication de nos mysteres, poussé de son zele et de sa pieté ordinaire, il m'a commandé de vous dire ses intentions. Le Roy donc vous exhorte, Messieurs, de faire ensorte que l'on n'enseigne point dans l'université d'autre doctrine que celle qui est portée par les Reglemens et par les statuts de l'université et que l'on n'en mette rien dans les theses. Il laisse a vostre prudence et a vostre sage conduitte de prendre les voyes necessaires pour cela. Il m'a commandé aussy de voir monsieur le procureur general, et j'allay hier pour luy dire que le Roy veut qu'il tienne la main a cela et s'il se passe quelque chose en d'autres endroits qui ne soient pas du Ressort du parlement, sa majesté se reserve de faire ce qu'il appartiendra.

His lectis decanus exposuit illa dogmata eorum esse qui negant materiam primam et formas substantiales. Tum declaravit deesse in chartophylacio facultatis quamplurima instrumenta forensia et archetypa pactorum cum chirurgis, pharmacopœis aliisque initorum, et senatusconsultorum quibus probari possint jura facultatis, quarum ~~[illegible]~~ auctoritatum jacturam facultas non fecisset, si quinque claves huius tabularii servasset quibus datæ erant et penes quos esse debebant ex majorum instituto forent penes seniores uniuscujusque nationis gallicanos, picardicos, normanicos et germanicos, quibus præsentibus educi debuerant tabulæ quæ ad persequendas lites necessaria fuissent, ~~quas~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ carumque e tabulario eductarum fidem facere debebat schedula a decano subsignata et servata in eodem tabulario, quamobrem ut antea dictæ jacturæ quæ deinceps fieri posset caveatur quæ supersunt tabularum rogavit facultatem num placeret omnium tabularum ad facultatem pertinentium apographa confici et à notariis recognosci ac subsignari quæ quidem apographa decanus decedens magistratu tradat novo decano qui ea se habere præ manibus syngrapho rescribat, ideoque duplicem describendum judicavit, unum archetyporum, alterum apographorum qui duo indices servarentur in tabulario facultatis. et quoniam nullus est doctor facultatis è natione germanica oriundus, petiit decanus an

doctori danda foret clavis quae esse debebat penes antiquiorem doctorem ~~dictae~~
~~nationis~~, si quis praesens esset, dictae nationis. cumque paulo antequam inirentur
comitia M.M. Franciscus Blondel et Nicolaus Richaud hortati fuissent decanum
ut curaret scholarum superiorum et sacelli pavimentum injectis lateribus sterni~~ectum~~,
superficies vero ocrario subactu pingi~~ectum~~, stipites lapideos quibus in quadrantales
partes distincta erat ~~area~~ fenestrarum unaquaeque, ipsisque clathros ferreos obductos
a quibus valde obscurabantur scholae, dirui, vitrearias cratas fenestrales, novasque januas,
aliaque quae decano necessaria visa fuerint opera confici ad ornandas scholas
superiores, rogavit decanus singulos doctores num de istis operibus et instauratione
scholarum idem sentirent cum dictis M.M. Blondel et Richaud. qui omnes
unanimiter dixerunt morem se velle(?) gerere praescripto Regis Christianissimi;
et assentiri omnibus quae a decano proposita fuerunt tam ad ornandas
scholas superiores quam de apographis tabularum ad facultatem pertinentium
cumque et archetyporum duplici indice describendis, simulque decreverunt
tabularii claves ita distribuendas esse ut clavis Nationis gallicanae antiquiori
Magistro Domino Pijart tradatur; Germanicae Nationis M. Claudio Quiqueboeuf
qui senior est post antiquiorem vel, si renuat, ei qui ipsum proxime sequitur M.
Philippo Hardouino de Saint Jacques; Nationis Picardicae, M. Guidoni Patin:
denique Nationis Normanicae, M. Joanni Antonio Bourgaud(?). et ita de omnibus
conclusit. | Dionysius Puylon decanus

Cum de ornandis scholis superioribus decreto supra descripto statuisset facultas,
non modo curavit decanus ut quae ad utrumque pavimentum scholarum et sacelli, ~~fen~~
~~et~~ januarum et fenestrarum restituenda et ornanda, supra commemorata sunt opera
perficerentur, verum etiam ut in cubiculo in quo habentur comitia, nova extruerentur
fumarii listello aeque ligneisque operibus instruerentur, ac praeterea in toto cubiculi ambitu
altiora scamna et subsellia duplici ordine ~~disposita~~ disposita fabricarentur, fenestrisque vela
ductilia ex panno viridi apponerentur; in procoetio armaria quinque supra certum recondendis
singulorum doctorum togis ac pileis destinata; in sacello dipodium ~~ante gestum~~ novum
elegantiora repagula lignea circumdarentur altari quod etiam sublatum est et ampliatum,
assulari etiam quadro variis figuris ~~et~~ ocrario subactu exaratis ornatu(?) ... septum est
et instructum gradibus splendidis ex ... colorum ... ad quorum operum structuram
cum longiori tempore opus fuerit, sicque ab artificibus occupatae fuerint scholae
superiores, non licuit incumbere tabularum ad facultatem pertinentium indicibus
describendis quarum recensionem Deo favente decanus inibit mox a Martinalibus.

Die dominica 18.a octobris anno 1671 divo Lucae Medicorum parisiensium patrono
sacra, missa solemniter celebrata est in scholarum sacello cui frequentes interfuerunt
doctores. hoc ~~anno~~ primum thuris suffitu fumigatum est altare, similiter et qui sacris
operabatur parochus divi Stephani de Monte et qui aderant doctores, isque ordo
servatus est ut mox a celebrante parocho [a presbytero] suffitor se contulerit ad antiquiorem
Magistrum Franciscum Pijart, dein ad decanum, ~~et~~ et tandem ad singulos doctores
ex utraque sacelli parte stantes.

Peracto sacro doctores convenerunt ad comitia appellante Roberto Pepij
majore facultatis apparitore. ac primò dominus decanus Rogavit doctores
num Restituendi essent faces utrique bidello quas utrique deposcebat
qui factum ita volentibus doctoribus Restituti sunt duobus bidellis. tum
à dicto Roberto Pepij Recitata sunt statuta et decreta facultatis
legi solita. Demum jussit dominus decanus accersi baccalaureos quos nomine
facultatis solito sacramento adegit, ut nempe servaturos statuta, decreta
et laudabiles consuetudines ordinis saluberrimi; ac insuper adhortatus
est ut exiguo quod ipsis supererat umbratilis exercitationis tempore
partes suas ex statutorum et decretorum praescripto strenuè et
fortiter obirent, tum in pietatis officijs hoc est sacris quae in scholarum
sacello singulis hebdomadis celebrari solent et solemnibus academiae
supplicationibus sedulò interessent non tantum corpore nugantes aut
garrientes, stantes aut sedentes; sed piè ergà divini numinis altum
affectâ mente in genua incumbentes unà cum immolante sacerdote
operarentur. Tum etiam in publicis disputationibus in quibus
non recederent à receptâ in ordine saluberrimo doctrinâ, hippocratis
nempè, aristotelis et Galeni dogmatis: atque argumentis et responsis
non suam modò sed et ordinis famam curare se probarent.

Die lunae 19ª octobris postridie divi lucae parentatum est pro more
pijs manibus defunctorum collegarum: moxque à sacro celebrato habita
sunt comitia quae Major facultatis apparitor altâ voce clamans
indixit. ac primum accersiti primarij Regis chirurgi vicarius et
praefecti sive jurati societatis chirurgorum juratorum et barbitonsorum
parisiensium qui manu evangelio admotâ solitum sacramentum dixerunt
et obsequij professionem praestiterunt, cumque dominus decanus ab ipsis petijsset
ut sibi traderent catalogum omnium chirurgorum parisiensium à dicto vicario
primarij Regis chirurgi ac praefectis dictae societatis subsignatum ut eorum
nomina ~~[illegible]~~ sicut aliorum facultatis discipulorum inscriberentur in codice facultatis
ad eam rem destinato juxtà pactum facultatem inter et dictam chirurgorum
societatem initum die undecima mensis martij anno 1577 ~~aut deinde~~ ac
persolverent facultati duos solidos parisienses pro unoquoque suae societatis
magistro pro jure annuae inscriptionis secundum aliud pactum initum die 13ª
mensis Januarij an. 1505. aut saltem nummum aureum seu quinque libras
cum quatuordecim assibus ~~[illegible]~~ quae pro aureo censetur et amplius
persolverent loco duorum assium parisiensium quos tenentur solvere
singuli chirurgi, Responderunt nondum ipsis mandatum esse Nomen
chirurgorum catalogum seque mox ubi praelo excussus erit allaturos,
nummi verò aurei persolvendi potestatem non datam fuisse ab alijs suae
societatis Magistris. quamobrem decanus respondit summo jure actum iri
adversus eos. Tum pharmacopaei magni praefecti Regiae familiae cultum
et observantiam ergà facultatem polliciti sunt seque Religiose servaturos
pacta quae cum facultate inierunt die 29ª decembris 1631 sanctissimè juraverunt.

Supplexque rogavit Facultatem ut opem ipsis non denegaret in persequenda lite in
quâ vexabantur cum pharmacopaeis Parisiensibus et in quam Facultas descenderat
cum ipsis mense septembri anni 1663. Responsum à decano ita annuentibus doctoribus
Facultatem esse omni ope juvaturam. Dein decanus legit duplicem renuntiationem
perscriptam à duobus inquisitoribus in castelleto Parisiensi, quibus duabus
renuntiationibus liquet MM. Petrum Perreau et Claudium Quartier pharmaciae
professores communi consilio cum custodibus suae juratae societatis
pharmacopaeorum Parisiensium clam nec monito decano lustrasse officinas
dictorum pharmacopaeorum et quidem perfunctoriè, nec eas prorogavisse quae
pertinebant ad antiquiores pharmacopaeos qui custodiae munus functi fuissent
quasi praerogativâ quâdam lustrari non deberent; adeoque rogavit Facultatem
à quo vellet decanum deinceps moneri quoties vacandum foret huic officinarum
lustrationi, an ab antiquiore pharmaciae professore, an à dictis pharmacopaeorum
juratis! utrique autem lustrandas non esse officinas eorum pharmacopaeorum,
qui custodum munus obiissent. Vocati dicti MM. Quartier et Perreau et
aliquot alijs doctoribus interpellantibus ingressi sunt dicti custodes pharmacopaeorum
Parisiensium, qui illorum doctorum favore imbuti petierunt à Facultate cum probarent
litem adversus eos motam à decano nomine Facultatis et tot tantaque effutierunt,
ut doctores imminente jam horâ primâ post meridiem secesserint paucissimis exceptis,
adeoque nil statutum fuerit super his quae proposita fuerant à decano.

Res Gestæ apud Chirurgos à Mense novembri 1670 ad eumdem mensem 1671 M. Dionysio Puylon parisino Decano

Die Veneris 28.a Novembris 1670 decanus unà cum collegis M. M. Antonio Morand et Carolo le Long petijt aedes chirurgorum parisiensium, ut audiret Nominatum Buzot candidatum in chirurgiâ Respondentem in actu quem vocant Premier examen cumque animadvertisset cathedras, in quibus sedere solent decanus et qui ipsi comitatum praebent alij duo doctores medici, nec aulaeis nec brachijs instructas esse, quas primo quoque die restitutum iri Dnus Lemnerz unus ex juratis dictorum chirurgorum saepius pollicitus fuerat decano, noluit sedere in illis cathedris Curavitque accersiri duos Notarios qui singula quae ab ipso dicta forent et à chirurgis Responsa perscriberent, qui cum accessissent, sequens instrumentum confecerunt.

Aujourd'huy datte des presentes les Notaires du Roy au Chastelet de Paris soubsignez se sont entre deux et trois heures apres midy transportez en la maison et chambre de communauté des maistres chirurgiens jurez Barbiers de cette ville de Paris size Rue des Cordeliers paroisse St Cosme a la Requeste de maistre Denis Puylon docteur Regent en la faculté de medecine de l'université de Paris et a present doyen d'icelle faculté, ou estant ledit sieur Puylon seroit sorti de la chambre de la d. communauté y fait entrer les d. notaires en la presence desquels il auroit derechef declaré aux soy disans prevosts jurez et maistres de lad. communauté des chirurgiens jurez barbiers de cette ville, estant en icelle, qu'il s'estoit transporté avec maistres Anthoine Morand et Charles le Long aussy docteurs Regens en lad. faculté pour assister a l'examen de Buzot aspirant a la maistrise de chirurgien juré Barbier de cette ville et avecque les d. sieurs docteurs Regens en medecine auroient demandé que conformement aux contracts et arrests il leur fust defferé tout l'honneur de preseance et preseau que leur doivent les d. chirurgiens comme à leur maistres et ayans trouvé les d. sieurs doyen et docteurs en medecine que le lieutenant et les chirurgiens soy disans prevosts estoient assis en des fauteuils couverts de tapisserie et qu'ils ne leur presentoient que des places sur des bancs (ou estoient autrefois des fauteuils couverts de tapisserie) qui ont esté Rompus, et ausquelles places les d. chirurgiens se seroient contentez de faire Remettre des bras, les d. sieurs

doyen et docteurs avoient Remonstré aux d. chirurgiens qu'ils contrevenoient aux d. contracts et arrestz et pour ce les d. doyen docteurs avoient declaré aux d. chirurgiens qu'ils ne Recognoissoient aucune prevoste et jurez jusqu'a conformement aux d. contracts et arrestz ils ne se fussent fait inscrire conjoinctement avec le lieutenant et autres maistres de lad. communauté au Registre de lad. faculté ainsy qu'ils sont obligez tous les ans de faire le lendemain de saint luc, a peine de ne pouvoir estre dits maistres et jurez, et aussy avoient Requis que le d. Buzot fust tenu de Rapporter un certificat et attestation comme il avoit frequenté assiduement les leçons des docteurs de lad. faculté professeurs en chirurgie pendant l'espace de quatre ans entiers, ainsy qu'ils y sont obligez au desir des d. contracts et arrestz avant qu'ils soient interrogez et examinez, qu'ils fassent chef d'oeuvre et qu'ils puissent acquerir droit de maistrise, faute de quoy l'examen et chef d'oeuvre seront nuls et de nul effect, Comme aussy avoient les d. sieurs doyen et docteurs declaré qu'il y a pour professeurs de chirurgie nommez pour l'année presente en la faculté de medecine m.re Charles Bisset et henry mahieu, et pour l'année prochaine m.re Charles Marteau et Dominique Faucq docteurs Regens en lad. faculté a ce qu'ils n'en pretendent cause d'ignorance, et ayans sommé les d. chirurgiens jurez Barbiers de dire les Raisons pour lesquelles ils n'avoient satisfait aux d. contracts et arrestz et les y troubloient, avoient Requis qu'on attendist que l'acte fust fait, et s'estans les d. sieurs doyen et docteurs Retirez et apres que led. acte a esté fait seroient les d. doyen et docteurs avec les d. notaires entrez dans la chambre du conseil ou parlans aux d. chirurgiens jurez Barbiers les sieurs Lieutenant et prevoste se disans en charge ont dit qu'apres avoir esté interrompus dans leur acte, ils donneroient leur Raisons en temps et lieu, dont et de quoy les d. sieurs doyen et docteurs ont Requis et demandé acte aux d. notaires et de ce qu'ils Reiterent leur protestations de nullité du d. acte et de se pourvoir ainsy qu'il appartiendra pour et en execution des d. contracts et arrestz a eux octroyé en lad. chambre du conseil le vingthuitiesme novembre mil six cens soixante dix sur les cinq heures et ont les d. sieurs doyen et docteurs signé ces presentes et la coppie laissée aux d. S.rs chirurgiens et a l'egard des d. S.rs chirurgiens n'ont voulu signer la d. minutte ~~laissée~~ demeurée vers et en la possession de gregoire l'un des d. notaires soubsignez, signé Lange et Gregoire. /

Diebus martis et jovis 18.a et 20.a Novembris 1670 Nominatus du cor examinatus est de osteologia.

Diebus Martis et jovis 2.a et 4.a decembris 1670 Henricus Binart examen subijt de ossibus

Diebus martis et jovis 9.a et 11.a decembris 1670 interrogatus quoque est de ossibus Nominatus du pre. quibus omnibus actibus decanus non interfuit quod pactis et Senatusconsultis non pareant chirurgi nec sedes doctoribus medicis et decano destinatas ut par erat ~~occupavit~~ anyquant, interim tamen ~~cum~~ una cum M. Francisco

Blondel olim facultatis decano clarissimum in curiâ supremâ, et facultatis
patronum ~~decanus~~ tam chirurgorum decanus convenit quem consuluit
super negotio chirurgorum, adversus quos nil moliendum censuit quod ipsis
plurimum favent illustrissimus senatus princeps Dnus de Lamoignon, imo auctor
fuit ut decanus adsit in posterum omnibus examinibus candidatorum in
chirurgiâ, sed prius demulsit chirurgos se cum ~~iis~~ adjunctis doctoribus
ita adhibeam illis examinibus ut nihil tamen velit judicii inferri adversus
jura facultatis cujus ~~[illegible]~~ denunciationis fidem faciat
instrumentum publicum à notariis subscriptum. quamobrem cum
decanus invitatus fuisset ad anatomiam et operationes chirurgicas quas
administrare debebat Nominatus Navarre, se se contulit die 26a decembris
unà cum M.M. Gabriele Dacquet et Claudio Puylon ad aedes dictorum
chirurgorum ubi aderant à duobus notariis confici sequens instrumentum.

Aujourdhuy vingtsixiesme decembre mil six cens soixante dix sur les
deux heures de relevée au mandement et requisitoire de noble
homme maistre Denis Puylon docteur regent en la faculté de
medecine en l'université de paris et doyen d'icelle faculté, assisté
de nobles hommes m.es Gabriel Dacquet et Claude Puylon aussy
docteurs regens en lad. faculté de medecine les notaires gardenotes
du Roy nostre sire en son chastelet de paris soubsignez se sont
transportez en la maison et chambre de la communauté des maistres
Chirurgiens jurez Barbiers de cette ville de paris size proche ~~la~~
Rüe de Saint Cosme Rüe des Cordeliers, ou estant led. Sieur Puylon
a dit et declaré parlant ausd. notaires a Guillaume Auguy
prevost de lad. communauté et aux autres maistres chirurgiens
assemblez en lad. chambre pour l'anatomie et operations de
chirurgie de   Navarre aspirant a la maistrise, que quoyque
les d. Chirurgiens n'ayent satisfait non seulement a la sommation et
protestation qui leur a esté faite par led. sieur Puylon au mois
de Novembre dernier par l'acte receu par Lange et Gregoire notaires
aud. chastelet, Mais encores a plusieurs autres articles ~~et des~~
contracts et arrests qui ont reglé les interests de lad. faculté de
medecine et ceux de lad. communauté des chirurgiens, neantmoins
il a consideré que s'il n'apportoit quelque facilité a son pouvoir
retarder la discipline de leur d. communauté et la reception des
aspirans, ayant mesme donné le consentement necessaire au bas
de la requeste a luy presentée pour l'enlevement du cadavre sur
lequel il convient faire lad. anatomie et operations de chirurgie,
alaquelle luy et les d. sieurs ses assistans sont venus pour y
estre presens c'estpourquoy ledit sieur Puylon parlant comme dit
est aux d. prevost et chirurgiens susd. et les sommant et interpellant

de nouveau entant que besoin est de satisfaire aux d. contracts et arrests
a protesté et proteste que lad. presence de luy et des d. sieurs ses assistans
ny le consentement susd. ny plus que toutes autres tolerances, facilitez,
consentement, assistances, approbations des assirans et autres permissions
qu'il pourra faire et donner a l'advenir ne pourront estre tirées a consequence
derogeante et prejudiciable aux d. contracts et arrests et a la protestation et
sommation susd. ny en quelque maniere que ce soit nuire ny prejudicier a lad.
faculté sans qu'il soit besoin a chaque occasion de reiterer et faire
aucune protestation et que le present acte vaudra pour toutes les occurrences
necessaires, mesmes que lad. faculté est et demeurera sera et demeurera
a tousjours conservée en ses droits et actions pour l'execution entiere et
satisfaction des d. contracts arrests et protestation susd. a quoy le d. Auguy a dit
n'avoir aucune response a faire, dont et de ce que dessus le d. sieur Puylon
doyen a requis et demandé acte aux d. Notaires qui luy ont octroyé le present
en la chambre de lad. communauté des d. chirurgiens les d. jour et an, le d.
Auguy a refusé signer de ce interpellé par les d. Notaires, et les d. sieurs
Puylon, Jacquet et Claude Puylon ont signé la presente minute, expedition
de laquelle a esté laissée au d. Auguy ainsy qu'il est dit en la minute des d.
presentes demeurée a Chuppin l'un des d. Notaires soubsignez. Signé de Lounay
et Chuppin.

Anatome non fuit celebrata ob defectum cadaveris, sed eam et operationes
chirurgicas perfecit dictus Navarre in alio cadavere quod secare incepit die
Mercurij 12a Martij 1671.

Die sabathi prima mensis augusti 1671 Nominatus Hilot interrogatus fuit
in actu quem tentativam vocant praesentibus decano, M. M. Francisco Pijart
seniore Magistro, et Petro Bourret.

Die lunae 17a augusti 1671 Idem Hilot subijt primum examen cui nec decanus
nec alij doctores interfuerunt, quod ~~[illegible]~~ futuri fuius examinis decanus oblitus
esset, id eoque doctores moniti non fuissent.

Die jovis 27a augusti decanus una cum M. M. Isaaco Renaudot et Antonio
Lemoine interfuit tentativae in qua respondit Christophorus Maupinot.

Die sequenti 28a ejusdem mensis augusti adfuit quoque decanus una cum M. M.
Antonio Morant et Nicolao Rainssant tentativae quam subijt Remigius Mailly.

Die sabathi 29a ejusdem mensis augusti decanus et M. M. Aegidius Lebel
et Antonius Decaën audiverunt Nominatum Poignant respondentem in actu
tentativo.

Die sabathi 5a septembris 1671 Nominatus du Hallier respondit in actu
tentativo praesentibus decano et M. M. Claudio de Vassieu et Raymundo Vaslet.

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

Die Martis 22ª septembris Nominatus de Mailly subijt primum examen praesentibus decano et M. M. Francisco Blondel et Roberto Raoult.

Die jovis 24ª ejusdem mensis decanus et M. M. Franciscus Goüel et Raymundus Finot se contulerunt ad aedes dictorum chirurgorum auditurus Nominatum Carbonw in actu tentativae.

Die sequenti decanus comitem sibi adscivit parentem charissimum M. Gilbertum Puylon et fratrem M. claudium Puylon qui audirent Nominatum Planchot in actu tentativae.

Die jovis 5ª Novembris idem Planchot subijt primum examen praesentibus M. M. Paulo courtois et jacobo Mentrel cum decano.

Res gestae adversus Pharmacopaeos parisienses anno 1671. M. Dionysio Puylon decano

Quo tempore primum et quâ de causâ facultas inierit litem adversus pharmacopaeos parisienses disci potest ex actis in decanatu M. Antonii Morant in hoc codice descriptis, quae ideo ~~…~~ leguntur pag. 17.a 18.a 24.a 34.a

Patet quoque ex actis in decanatu M. Francisci ~~…~~ Le Vignon ipsos voluisse redire in gratiam cum facultate et acquievisse pactis à dicto Dno Le Vignon propositis quae cum facultatis patronus non ~~…~~ probasset, nil ipsis ratâ re concessum a facultate, ut legere est pag. 93.a et 94.a huius voluminis. quamobrem decanus Dnus ~~…~~ Le Vignon iam persecutus est litem, quae ad exitum producta est primum decano M. Joanne Armando de Mauvillain ut patet cum die 15.a decembris 1667 latum sit senatusconsultum quo decretum ut candidati in pharmaciâ examinentur imposterum praesentibus facultatis decano et duobus pharmaciae professoribus, et ut statuatur quis ex decano vel dictis professoribus praeesse debeat, convocatis facultas curâ et diligentiâ decani, ut lectis facultatis decreto et statutis societatis pharmacopoeorum statuat decernat quod rationi consentaneum erit ut legere est in exemplo illius senatusconsulti infra descripto.

Arrest de Reglement pour la communauté des apothiquaires de paris du 15 decembre 1667 par lequel le doyen de la faculté a droit d'assister aux examens et Receptions des d. apothiquaires.

Entre Guillaume Thierry, François Maujean, Louis Aubert, Anthoine Bequerelle, Jean la Coste, Jean Baptiste Balby, Pierre Bergé, Jacques Molinye, François André, tous marchands apothicaires espiciers Bourgeois de Paris, demandeurs aux fins de la Requeste par eux presentée à la cour le 24 juillet 1663 tendante à ce qu'il luy plaise ordonner que les statuts du corps seront executez, que deffenses seront faites aux deffendeurs cy apres nommez d'y contrevenir, ce faisant et interpretant l'article 29 des d. statuts, les articles 8. et 9. concernans l'ordre de la Reception des Maistres seront executez, que deffenses seront faites aux d. deffendeurs de recevoir aucuns maistres qu'aux termes des d. articles, et en la presence de tous les maistres qui y seront appellez, et auront voix deliberative, suivant l'arrest du 8. juillet 1639 et le d. article neuf des d. statuts; et que suivant les articles 16 et 20 des d. statuts, deffenses soient pareillement faites aux Nommez Mesnard, Brasier, Grongnet et tous autres qui ne sont point maistres apothicaires, de vendre ny debiter aucunes drogues dependantes de la pharmacie sur peine de confiscation des d. drogues et mil livres d'amande au proffit de l'hospital general: en second lieu que pour connoistre les abus et malversations

qui ont esté commises en l'administration des deniers et affaires de la
communauté, que pardevant tel des conseillers de lad. cour qu'il luy
plaira commettre, il sera procédé à la révision des comptes qui ont esté
rendus depuis dix ans en ça, et pour iceux telz abus, qu'à l'advenir
les d. comptes ne pourront estre rendus qu'en la présence d'un des
conseillers ou tels autres juges qu'il luy plaira commettre, comme aussy
d'un nombre de maistres, tant anciens, modernes, que jeunes suivant
l'ordre du tableau, lesquels maistres y assisteront sans frais; cependant
attendu que le d. Mesnard n'a jamais fait apprentissage, ny servi les
maistres, que deffenses seront faites aux d. deffendeurs de recevoir
le d. Mesnard et à luy de se présenter à l'examen, sous peine de nullité
de sa maistrise, jusques à ce qu'autrement par la cour en ait esté
ordonné; et les Maistres et gardes du corps des Marchands
apothicaires et espiciers de cette ville de paris deffendeurs d'autre et
demandeurs et accusateurs suivant la Requeste par eux présentée
à la cour le octobre 1663 et sur laquelle est intervenu arrest le 16.
dud. mois, en conséquence duquel il y a eu informations faites contre
les d. Thierry et consorts, sur lesquelles decret d'adjournement personnel
et à ce que prononçant sur lad. accusation les d. Thierry et consorts
pour raison de la violence par eux faite, tant au Bureau lors de la
Reception du nommé Mesnard, qu'en la maison des apothicaires espiciers
au faux bourg St. Marcel, condamnez en huict cens livres parisis
d'amande applicable aux pauvres du bureau; deffenses à eux de plus
faire à l'advenir semblables violences ny entreprises, avec injonction
à eux lorsque dans l'occasion ils se pourront trouver au bureau du
corps pour la Reception d'un maistre ou autres occasions de s'y contenir
avec Modestie, tant à l'esgard des maistres et gardes que de l'assemblée,
à peine d'en estre privez pour l'advenir, et telle autre peine qu'il plaira
à la cour ordonner, et lesd. Thierry et consorts condamnez en tous les
despens d'une part, et le d. Guillaume Thierry, François Manjoy
Louis Aubert et consorts deffendeurs et accusez d'autre; et entre lesd.
Thierry, Manjoy, Aubert et consorts demandeurs en une autre Requeste
par eux présentée à la cour le 19. Novembre 1663 tendante à fin d'estre
receus opposans, tant à l'exécution de l'arrest du 16. octobre 1663 qu'à
toute la procedure extraordinaire faite sur en conséquence du procez verbal
de l'un des huissiers de la cour, et y faisant droit ordonner qu'en
exécutant l'arrest du 6. octobre précédent il sera passé outre à la
Reception dud. Mesnard en la manière accoustumée, ce faisant que les
examens dud. Mesnard faits par contravention aux statuts et
arrests seront declarez nuls, avec deffenses aux deffendeurs d'empescher
les demandeurs d'estre présens tant aux examens qui seront faits
qu'aux chefs d'oeuvres conformement aux d. statuts et que toute la
procedure extraordinaire desd. deffendeurs contre les demandeurs, sera
declarée injurieuse, comme faite par recrimination, avec deffenses de

continuée jusques, jusques acquiescement par la cour qu'il est esté ordonné. et encores
demandeurs en une autre Requeste du 18. may 1665 tendante a ce que l'arrest qui
interviendra sur lad. Requeste du 24. juillet 1663 soit declaré commun avec les
nommez Menard, Grouguet et Brassé, ce faisant que deffences leur seront
faites, sçavoir aud. Menard de se dire maistre apoticaire, et d'en faire les
fonctions en cette ville de paris et aux d. Grouguet et Brassé, ~~.~~ d'y tenir
boutiques ouvertes a peine de cinq cens livres d'amande, et en cas de contravention,
de confiscation de tout ce qu'ils auront dans leurs boutiques et de tous despens
dommages et interests: et encore demandeurs en quatre Requestes aussy
presentées a la cour, la premiere du 15. may 1666 a ce qu'il plaise a la Cour
ordonner que les Maistres Receus en la d. année 1663 et autres années, seront
tenus a la premiere sommation qui leur sera faite a leur Requeste venir
Recognoistre et declarer en bonne foy pardevant tel conseiller en la cour qu'il
luy plaira commettre, les veritables sommes qu'ils ont payées pour leurs
Receptions aux d. maistres et gardes, sinon et a faute de ce faire, qu'ils seront
gagez en l'audience de la somme de quarante livres parisis, La seconde du 30.
du d. mois et an tendant a ce qu'en consequence des commandemens qui ont esté
faits aux d. gardes en vertu des lettres de compulsoire ils seront tenus de
Representer les comptes Rendus au corps des d. apoticaires depuis quatorze
années, ensemble les Registres des Resultats des deliberations pour en estre
pris par les demandeurs tels extraits et collations qu'ils adviseront bon estre.
La troisiesme du 29 juillet ensuivant, a ce que pour prevenir le desordre qui pouvoit
arriver a l'occasion de la Reception du nommé Geoffroy, ordonner que suivant et
conformement aux articles neuf, dix, onze, et treize des statuts du corps des
maistres apoticaires de cette ville de paris, ils seront appellez a la Reception
dud. geoffroy et y seront presens pour donner leur advis en la Maniere
accoustumée, et attendu le deffaut dont la Cour est saisie pour raison de la
pretendue Reception dud. Menard, qu'il s'abstiendroit d'assister a lad. Reception
ou cas tout ce que sa presence ne pourra nuire ny prejudicier aux droits
et pretentions des demandeurs et la quatriesme du 13. aoust dernier, a ce qu'acte soit
donné aux demandeurs de l'adveu et declaration faite par les Maistres et Gardes
deffendeurs d'avoir touché cent cinquante livres des maistres Receus en 1663 et
autres années suivantes plus que les sommes employées dans les comptes
par eux Rendus, et ordonner qu'ils seront contraints par toutes voyes deues
et Raisonnables, mesmes comme depositaires, de Representer es mains de m.e
Chupé advocat en la Cour de parlement, les Registres des deliberations, dans
lesquels sont les escritures et signatures de tous les Maistres qui ont Rendu
les chefs d'oeuvres ensuitte des deliberations: et encore les d. Thevenin et consorts
demandeurs en une autre Requeste par eux presentée a la Cour le dixiesme
decembre 1666 tendant a ce que les deffendeurs soient condamnez d'assister en
habit decent en la Maniere accoustumée a tous les Convoys, services et
enterremens de tous maistres apoticaires qui decederont en cette ville de paris
et pour ne l'avoir fait a celuy de deffunt Philippes Ranquet, ils seront
condamnez a faire faire incessamment un service pour le Repos de son ame

a leur frais et despens, auquel ils seront tenus d'assister en habit decent et y faire appeller tous les maistres du corps tant Apothicaires qu'espiciers, a peine de mil livres d'amandes, et de tous despens dommages et interestz, et que deffenses leur seront faites de recevoir aucuns maistres, que prealablement les differends des d. parties ne soient jugez et terminez a peine de deux mil livres d'amande et de tous despens, dommages et interestz, pour ce fait et Rapporté, ordonner ce que de Raison, les deffendeurs condamnez en tous les despens, dommages et interestz des demandeurs, d'une part; et les Maistres et gardes du corps des Marchands apothicaires et espiciers de cette ville de paris, Denis Mesnard, Jacques Brasier et Girard Grongnet deffendeurs d'autre; apres que Marechal advocat des d. Thierry, Manjoy et consortz, Martin pour les d. maistres et gardes ont esté ouis au parquet des gens du Roy, et par leur advis demeuré d'accord de l'appointement qui ensuit. appointé et ouy sur ce le procureur general du Roy Lequel

Die 15.a decembris 1670 in supplicatione Universitatis ad aedem P.P. augustinensium magni coenobij virituim distribuit decanus quindecim asses et unum assem signatum pro oblatione, viginti quatuor doctoribus, antiquiori magistro et decano duplum et bidellis quantum doctoribus, unde exurgit summa viginti duarum libellarum cum quindecim assibus . . . . xxij.lt xv.s

Die lunae 16.a Martij 1671 in supplicatione universitatis ad Divi Germani Antissiodorensis numeravit decanus viginti asses ac praeterea unum assem signatum singulis doctoribus praesentibus numero viginti sex, antiquiori magistro et decano duplum et bidellis quantum doctoribus, unde conflatur summa triginta supra unam libellarum cum septendecim assibus et sex denarijs . . . . xxxj.lt xvij.s vj.d

Die jovis 18.a junij 1671. in supplicatione universitatis ad aedem P.P. Carmelitarum magni coenobij numeravit decanus quindecim asses et unum assem signatum unicuique doctorum qui interfuere numero viginti duo, antiquiori magistro et decano duplum et bidellis quantum doctoribus, unde fit summa viginti supra unam libellarum cum duobus assibus et sex denarijs . . . . . xxj.lt ij.s vj.d

Die jovis 8.a octobris 1671 in supplicatione universitatis ad D. Stephani de monte, numeravit decanus quindecim asses et unum assem signatum octodecim doctoribus, antiquiori magistro et decano duplum et bidellis quantum doctoribus, unde conflatur summa septendecim libellarum cum septendecim assibus et sex denarijs . . . . xvij.lt xvij.s vj.d

Caput septimum
Expensi ordinarij et extraordinarij
Pro Rebus academiae

M. Gilberto Puylon qui diebus 1.a et 2.a februarij 1671. comitatum praestitit Dno Rectori cereos de More oblaturo cum cum decano et alijs academiae proceribus, decanus

Summa huius pagine est de quatre vingt sixe livres dix sols six deniers †

numeravit pro more duodecim libellas et decano duplum, unde conflatur summa viginti sex libellarum . . . . xxxvj.ll

Die sabbathi 7.a februarij M. Gilberto Puylon ob praestitum comitatum Dno Rectori ad templum B. Mariae [struck] ubi cum maxima pompa persoluta sunt parentalia illustrissimo archipraesuli parisiensi harduino de Perefixe, nil numeravit decanus . . . . ad memoriam

Quoniam Facultas probavit a M. antonio Morand olim decano persolutas tres libellas singulis doctoribus numero tredecim qui comitatum praebuerant Dno Rectori salutatum eunti Illustrissimum archiepiscopum parisiensem Dnum de perefixe, ut legere est pag. 71.a huius voluminis totidem doctores sibi comites asciuit decanus die mercurij 18.a martij 1671, qua universitas gratulatum juit illustrissimum archipraesulem parisiensem Franciscum de harlay. Illi autem doctores fuerunt M. M. Philippus harduinus de saint jacques, Gilbertus Puylon, Martinus akakia, Petrus de Mersenne, antonius Morand, Franciscus Goüel, antonius Le Moine, Carolus Mauteau, Raymundus vaslet, et claudius Puylon quibus singulis decanus numeravit tres libellas, ac praeterea M. Francisco Pijart antiquiori Magistro qui etiam ut pote illustrissimi archipraesulis medicus praesens aderat, et decano duplum, atque bidellis quantum uni doctori, unde exurgit summa quinquaginta quatuor libellarum . . . . Liiij.ll

Solut decanus cum decimo in posterum 5

Visa

Joanni Levasseur et Gaspari hubert sedis apostolicae notarijs qui die 18.a junij 1671 in aedibus Mathurinensium per tres horas morati sunt et singula quae tunc temporis in generalibus academiae [struck] Comitijs dicta sunt et gesta perscripserunt, pro laboribus per id temporis susceptis, pro primoribus tabulis perscriptae Renunciationis gestarum Renunciationis, et luculento earundem exemplari soluit decanus viginti quatuor libellas, ut patet ex acceptilatione apposita illi exemplari. . . . . xxiiij.ll

Visa

Roberto Pepin majori facultatis apparitori pro exemplaribus duorum senatusconsultorum latorum diebus 31.a augusti 1654 et 27.a julij 1657, et praedictae Renunciationis perscriptae ab illis duobus notarijs sedis apostolicae denunciatis Dno Rectori viginti duo folia continentibus et pro instrumento publico quo fides fit illa omnia exemplaria fuisse denunciata Dno Rectori, atque pro jure inscriptionis quam controlle vocant, numeravit decanus quinque libellas cum quinque assibus, ut patet ex acceptilatione 6.ll 6.s

Visa

Spiritui apparitori nomine Masson pro perscripta

summa huius paginae est de vingt dix neuf livres cinq solz

Visa — Renuntiatione rerum gestarum in comitijs ordinarijs ~~apud~~ apud Dominum Rectorem die 4.a julij 1671 octo libellas cum denarijs assibus, ut patet ex acceptilatione. . . . . viij.lt x.s

Visa — Roberto Pepin pro instrumento publico denuntiato Domino Rectori die 15.a julij 1671 ejusdemque inscriptione seu controlle, quindecim asses ut patet ex acceptilatione. . . . . . . xv.s

Visa — Eidem Pepin die 16.a julij pro pluribus supra commemoratorum senatusconsultorum exemplaribus, duodecim libellas, ut patet ex acceptilatione. . . . . xij.lt

Visa — Eidem Roberto Pepin pro instrumento publico et exemplari praescripto die 18.a julij 1671 Renuntiationis à notarijs sedis apostolicae, denuntiatae Domino Langlet viro gerenti procuratoris syndici in academia et pro inscriptione seu controlle, triginta asses, ut patet ex acceptilatione. . . . . xxx.s

Domino Massoy Curiae viatori pro praescripta Renuntiatione rerum gestarum in comitijs deputatorum academiae die 13.a julij 1671, octo libellas cum quinque assibus. . . . . viij.lt v.s

Roberto Pepin pro instrumento publico denuntiato Domino Rectori die 23.a julij 1671, et pro inscriptione seu Controlle, quindecim asses. . . . . xv.s

Domino Bournée in Castelleto parisiensi cognitori quem D. D. Petitpied doctor theologus Regisque in eodem castelleto consiliarius, de Loy juris decanus, et le Moine doctor medicinae inquisitores ab academia delegati pluries commendaverant decano, ut actiones fideret de modo inquirendi adversus M. Cassarem Egassium du boulay, solvit decanus sex libellas die 24.a julij 1671. . . . . vj.lt

Domino Massoy supremae curiae viatori pro praescripta Renuntiatione rerum gestarum in comitijs deputatorum academiae die 1.a augusti 1671, sex libellas cum quindecim assibus. vj.lt xv.s

Roberto Pepin pro duobus instrumentis publicis denuntiatis Domino Rectori die 8.a augusti 1671 et eorumdem inscriptionibus seu Controllis viginti asses. . . . . . . ~~[illegible]~~ xx.s

Domino Chardon curiae viatori pro quinque exemplaribus tum libelli supplicis à decanis superiorum facultatum senatui porrecti die ____ Septembris 1671 tum senatusconsultorum latorum diebus 31.a augusti 1654 et 27.a julij 1657 et totidem instrumentis publicis quae vocantur, sommations, Domino Rectori et quatuor procuratoribus nationum in facultate artium domum denuntiatis, quinque libellas. . v.lt

die 23.a Septembris 1671 pro conducta rheda meritoria per dimidium diem, in qua iturus est à decanis superiorum facultatum cumque adjunctis ad illustrissimum praesidem infulatum Dominum le Coigneux aliosque vacationum forensium,

Somme de la presente page soixante dix livres dix solz. [illegible]

judicia, quinque libellas cum decem assibus . . . . . . v.lt x.s

Die 1.a octobris pro aliâ Rhedâ meritoriâ pro dimidium diem conductâ, in quâ iterum est ad judices quo die 28.a septembris decani non potuerant conuenire, quinque libellas cum decem assibus . . . . . . v.lt x.s

Dno Chardon curiae viatori pro quinque exemplaribus instrumenti forensis, quod auenir vocant, die 1.a octobris denuntiatis Dno Rectori et quatuor procuratoribus nationum in facultate artium et pro inscriptione seu controllo, quatuor libellas . . . . . . iiij.lt

Dno Girard in supremâ curiâ patrono qui causam trium superiorum facultatum aduersus facultatem artium tum coram Dno Parmentier patronorum generalium agente pro justitia dicta, tum coram supremis judicibus die 2.a octobris 1671, perorauit, undecim libellas . . . . . . xj.lt

amanuensi Dni Girard pro Redimendis litteris instrumentis, triginta asses . . . . . . xxx.s

Dno Chardon curiae viatori pro quinque exemplaribus instrumenti forensis, quod qualitez d'auoüé vocant, die 6.a octobris 1671 domum denuntiatis Dno Rectori et quatuor procuratoribus nationum, atque etiam pro totidem exemplaribus alterius instrumenti forensis, auenir vocati, similiter denuntiatis die 28.a septembris, octo libellas . . . . . . viij.lt

Dno Robert in supremâ curiâ Scribae pro impetrato a decanis superiorum facultatum aduersus facultatem artium Senatusconsulto die 2.a octobris 1671, sex libellas cum decem assibus . . . . . . vj.lt x.s

Dno Masson curiae viatori pro quinque exemplaribus supradicti Senatusconsulti die 8.a octobris ipsis Dno Rectori et procuratoribus nationum denuntiatis et pro inscriptione seu controllo, duas libellas cum quinque assibus . . . . . . ij.lt v.s

Eidem Dno Masson pro perscriptâ denuntiatione actorum gestorum in comitijs generalibus academiae eadem die 8.a octobris, sex libellas cum quindecim assibus . . . . . . vj.lt xv.s

Die 29.a octobris Dno Girard Patrono qui coram domino Parmentier iterum dixit de causâ facultatum superiorum aduersus facultatem artium quae intercessionem opposuerat aduersus Senatusconsultum latum die dictâ 2.a octobris 1671 soluit decanus sex libellas . . . . . . vj.lt

amanuensi ejusdem Dni Girard pro Redimendis litteris instrumentis eadem die 29.a octobris 1671 decanus numerauit quindecim asses . . . . . . xv.s

amanuensi Dni Parmentier pro Redimendis ejusdem litteris instrumentis tres libellas . . . . . . iij.lt

apparitori in castelleto cognomine Dupré pro instrumento denuntiato quaestori universitatis die 5.a Sept. 1671 et pro inscriptione seu controll. quindecim asses, ut patet ex acceptilatione . . . xv.s

Visa

Summa huius paginae est de soixante et une livres dix sols

Caput octauum

Expensi Extraordinarij

Pro Reparatione scholarum et ædium Facultatis

Visa — artifici lignario minuti operis cognomine chastellain pro vitrariâ crate et valuulis fenestralibus de nouo confectis in æde quam occupat acropola Baujat, duodecim libellas, ut patet ex acceptilatione - - - - - - xij.lt

Visa — Petro Dumas qui illi crati fenestrali omnia vitra de nouo suppeditauit, quatuor libellas cum decem assibus ut patet ex acceptilatione - - - - - - iiij.lt x.s

Visa — Annæ la blanche viduæ Juliani Lot ordinarij scholarum plumbarij quæ plumbum suppeditauit ad Reparandos de nouo canaliculos scholarum et ædium quas occupat M. antonius Morant, deducto veteri plumbo, decanus numerauit centum sexaginta sex libellas cum quatuordecim assibus et sex denarijs, ut patet ex acceptilatione - - - - Clxvj.lt xiiij.s vj.d

Visa — Guillelmo Chardin qui scholarum et majorum ædium facultatis tectum latevariae tegulas, in amphitheatro et ædiculis, lithostibus reparauit, ducentas nonaginta et octo libellas cum quatuordecim assibus ut patet ex acceptilatione. ij.C iiij.xx xviij.lt xiiij.s

Dno baillif qui opera à dicto chardin confecta metatus est, sex libellas - - - - - - - - - - - vj.lt

Visa — antonio Petit lignario fabro pro varijs operibus tum in sacello, tum etiam in ædibus scolarum majoribus triginta sex libellas, ut patet ex acceptilatione - - - - xxxvj.lt

Visa — Guillelmo chardin qui Reparauit tectum ædium quas occupat major bidellus corruptum à pluuia vehementissima fluentibus sub finem septembris viginti libellas ut patet ex acceptilatione xx.lt

Visa — Nicolao Viuet architecto pro pluribus muralis structuræ operibus tum in scholis superioribus, tum in ædibus majoribus et minoribus confectis et structurâ latevariâ, sacelli, scholarum superiorum et procedij, octo supra quingentas libellas, ut patet ex acceptilatione - - - - - - v.C viij.lt

Caput Nonum

Expensi extraordinarij

Pro constructione nouorum in scholis superioribus operum

Joanni Barry artifici lignario minuti operis, qui tres amplas vitrarias crates fenestrales, januam duplicem cum assulari duplici [illegible] eleganter concinnatam, — ligneum anabathron ex pluribus assibus concinne fabricatum

Summa huius paginæ est de mille cinquante et une livre dix huit sols six deniers

armaria quinque supra centum recondendis singulorum doctorum togis ac pileis destinata, altiora scamna et subsellia duplici ordine disposita in toto scholarum superiorum ambitu confecit in sacello superiori et elegantiora lignea repagula circumdedit altari, ipsumque altare amplificavit et assulari quadro circumsepsit ac gradibus instruxit, magnum armarium ad servanda sacelli ornamenta fabricavit, atque fumarijs in ijsdem scholis superioribus testudinem ligneam operibus luculentis instruxit et pro alijs minutis operibus dorarius solvit viginti et unam supra mille trecentas libellas, ut patet ex acceptilatione .... xiij.c xxj.tt

Visa

Nicolao Figeau qui vitra omnia in scholis superioribus suppeditavit, deducto pretio antiquorum vitrorum, dorarius solvit triginta tres libellas, ut patet ex acceptilatione .... xxxiij.tt

Pictori vocato de Laby centum et octoginta septem libellas ut patet ex acceptilatione .... Ciiij.xx vij.tt

Visa

Visa

Joanni de Mouchy serario fabro pro centum et ~~quinque~~ sex seris suppeditatis et affixis tot(?) eorumque armarijs, alijsque seris paribus(?) affixis januis scholarum superiorum, et [illegible] januarum armariorum [illegible], fumarij, ligneorum sacelli repagulorum et assularis quadri ferro omnino instructum, sexaginta quinque supra quingentas libellas cum tredecim assibus, ut patet ex acceptilatione .... v.c Lxv.tt xiij.s

Visa

Caput decimum

Expensi ordinarij et extraordinarij Pro Rebus et negotijs facultatis

Quaestori universitatis parisiensis nomine decollae(?) pro anno praedicatoriae pensionis universitati a facultate debitae, dorarius solvit ducentas et quinquaginta libellas ut patet ex acceptilatione .... ij.c L.tt

Visa

Dno Chamot facultatis patrono pro honorario solito et singulis annis solvendo, triginta libellas .... xxx.tt

amanuensi ejusdem Dni Chamot, sex libellas .... vj.tt

Parario(?) cognomine Aubruge qui curavit annuum vectigal debitum facultati solvi a quaestore urbis, tres libellas ..... iij.tt

Nominato Prevost pro sex mensibus tributi pro vijs purgandis cadentibus in ultimum junij 1671, quatuor libellas cum sexdecim assibus, et pro tributo per eundem annum debito pro nocturnis lucernis, sex libellas cum sexdecim assibus et undecim denarijs, unde exurgit summa undecim libellarum cum duodecim assibus et undecim denarijs ut patet ex acceptilatione. xj.tt xij.s xj.d

Visa

Eidem Prevost pro sex mensibus ejusdem tributi pro vijs purgandis, qui cadebant in ultimum decembris, quatuor libellas cum sexdecim assibus, ut patet ex acceptilatione .... iiij.tt xvj.s

Visa

Roberto Pepin qui per annum integrum singulis diebus scholarum circuitum scopis detergeri curavit, decem libellas,

Summa huius pagina est de deux mille quatre vingt douze — livres vij sol unze deniers /

visa ut patet ex acceptilatione . . . . x.tt visa

visa Fratri Roberto Bessin quod calamos, atramentum et chartam per annum suppeditaverit, quindecim libellas, ut patet ex acceptilatione . . . . xv.tt

visa Typographo Muguet pro catalogo doctorum typis mandato, quinquaginta libellas, ut patet ex acceptilatione . . . . . L.tt

visa M. Claudio Tardi collegae pro tribus mensibus pensionis ipsi à facultate concessae, cadentibus in ultimum decembris 1670, quinquaginta libellas, ut patet ex acceptilatione . . . L.tt

M. Joanni Garbe decano qui curavit confici velum duplex Bombycis multitiae et viridis coloris quod obtenditur magnae tabellae appensae in scholis superioribus, pro serico multitio, taenijs, annulis et virgâ ferreâ, reddidit decanus viginti supra duas libellas cum sex assibus et sex denarijs. xxij.tt vj.s vj.d

Dno Langois in castelleto parisiensi Notario, qui cum collegâ suo Dno Gregoire et decano se contulit ad cameram chirurgorum die 28.a novembris 1670, ibique moratus est per tres horas cum dimidiâ, quinque libellas cum assibus quatuordecim . . . . v.tt xiiij.s

visa Dicto Dno Gregoire pro autographo et exemplari perscripta denuntiationis rerum illo die gestarum apud chirurgos et operâ per illud temporis praestitâ, novem libellas, ut patet ex acceptilatione . . . . ix.tt

amanuensi dicti Dni Gregoire, decem asses . . . . . . x.s

Dno Lemain in eodem castelleto Notario qui comitatum praebuit Dno Chuppin similiter notario, cum decano apud chirurgos die 26.a decembris 1670, tres libellas . . . . iij.tt

visa Dicto Dno Chuppin pro instrumento publico tunc temporis conscripto apud chirurgos et pro operâ ab ipso praestitâ septem libellas cum decem assibus, ut patet ex acceptilatione vij.tt x.s

amanuensi ejusdem Dni Chuppin quindecim asses . . . . . . xv.s

Amanuensi Dni Millet facultatis in senatu cognitoris pro inquirendis duobus senatusconsultis adversus chirurgos, quae reperiri non potuerunt quod adulterinis diebus et annis ~~[illegible]~~ commemoratio fiat in pactis initis cum dictis chirurgis ut non ita pridem commentarios facultatis evolvens decanus accepit, tres libellas . . . . iij.tt

Dno Chesnot facultatis patrono quod confecerit libellum supplicem porrigendum privato Regis consilio, et publicum instrumentum quo dicitur diabetum medicastro cognomine

Summa hujus paginae est ducentae quinque libellae quinque solidi sex denarii |

de Saintgermain coram prepositor parisiensi, vndecim libellas. xj.ᵗᵗ
Eidem Dño Chesmot pro alio libello supplici quem decanus
ipsius Regi christianissimo porrexit ad confirmationem
immunitatum et priuilegiorum facultatis, vndecim libellas. xj.ᵗᵗ
amanuensi Dñi Chesmot pro descriptione illorum libellorum
supplicum atque instrumenti publici exemplaribus, tres
libellas. - - - - - - - - - - - - - iij.ᵗᵗ
amanuensibus Dñi Millet pro xxiija sex libellas. - - - vj.ᵗᵗ
Die 4ᵃ. februarij 1671 pro duabus rhedis meritorijs in
quibus vecti sunt doctores cum decano ~~[illegible]~~
ad palatium Regium vulgò vocatum les tuilleries quâ die
decanus porrexit libellum supplicem Regi christianissimo ad
confirmationem priuilegiorum et immunitatum facultatis,
nouem libellas. - - - - - - - - - - - - - - ix.ᵗᵗ
M. M. Dño Philippo hardouino de Saintjacques, Francisco Blondel,
antonio Morand, Joanni armando de Mauuillain, Petro
de Mesaune et Francisco Goüel qui comitatum prabuerunt
decano illâ die adeunti Regem christianissimum, nil numeratum
est. - ad memoriam
duobus facultatis bedellis qui et ipsi iussi fuerunt cum dictis
doctoribus, ex horum consilio decanus numerauit tres libellas iij.ᵗᵗ
Roberto Pepin pro descriptione nouem exemplaribus libelli
supplicis Regi porrecti, quinque exemplaribus diplomatum
Regiorum quibus fides fit immunitatum et priuilegiorum
facultati concessorum ab henrico quarto, pro vno exemplari
libelli supplicis porrigendi aduersus dictum de Saintgermain
et pro alio exemplari senatusconsulti lati aduersus nominatum
Magdolin, decanus soluit vndecim libellas cum decem
assibus, vt patet ex acceptilatione - - - - - - - - - - xiij.ᵗᵗ x.ˢ
idem Roberto Pepin pro tribus exemplaribus senatusconsulti
lati aduersus facultatem artium anno 1657, tribus exemplaribus
alterius senatusconsulti lati anno 1654, quatuor exemplaribus
praescriptae Denuntiationis à viatore Curiae aduersus Doctorem
et duobus exemplaribus duorum senatusconsultorum latorum
aduersus pharmacopoeos anno 1536 et die 28ᵃ aprilis
1671, soluit decanus duodecim libellas, vt patet ex
acceptilatione - - - - - - - - - - - - - - - - - xij.ᵗᵗ
ostiario Dñi de la Reynie pro xxiija tres libellas. - - - - iij.ᵗᵗ
ostiario Dñi Taloy patroni generalis, triginta asses. - - - xxx.ˢ
Roberto Pepin pro duobus exemplaribus pactorum cum
pharmacopoeis initorum anno 1631, quadraginta asses. - - - xl.ˢ
Die 17ᵃ. Martij 1671 Dño Massonneau viatori pro praescriptâ
Summa huius paginae est de soixante et quinze liures †

Visa

Visa

Renuntiatione ~~[illegible]~~ quâ Eidore fit custodire pharmacopœorum agnovit se sua chirographa illic pactis apposita novem libellas .... ix.tt

Visa — M. Nicolao Robin collegæ pro tribus mensibus pensionis illi concessæ a facultate, cadentibus in septimum junii 1671, quinquaginta libellas, ut patet ex acceptilatione ...... L.tt

Visa — Eidem Dno Robin pro tribus mensibus ejusdem pensionis cadentibus in septimum septembris, quinquaginta libellas, ut patet ex acceptilatione ...... L.tt

Visa — Eidem Dno Robin pro tribus mensibus ejusdem pensionis cadentibus in septimum decembris 1671, quinquaginta libellas, ut patet ex acceptilatione ...... L.tt

Visa — Die 6.a octobris 1671 Dno Mutiee in Castelleto parisiensi inquisitori pro præstitâ operâ decano quærenti professores in pharmaciâ, qui eo non monito vacabant lustrandis pharmacopœorum officinis, et pro prescriptâ rerum gestarum renuntiatione, sex libellas, ut patet ex acceptilatione. vj.tt

apparitori in Castelleto parisiensi nominato Couty ob comitatum quem præbuit dicto inquisitori et pro duobus instrumentis publicæ denuntiatis DD. Roguie et Barbot pharmacopœis proscripti Rogico domus et illius denuntiationis inscriptione seu Controlle, quatuor libras cum decem assibus ...... iiij.tt x.s

amanuensi ejusdem Dni Mutiee, triginta asses ..... xxx.s

Visa — Dno Boivet in eodem castelleto inquisitori qui die 7.a octobris 1671 cum decano bis se contulit apud pharmacopœos, horâ nempe octavâ matutinâ, et paulò post meridiem et pro prescripta renuntiatione rerum gestarum tum apud pharmacopœos, tum in lustrandis eâ die officinis pharmacopœorum, duodecim libellas, ut patet ex acceptilatione ...... xij.tt

amanuensi ejusdem Dni Boivet, triginta asses ...... xxx.s

Visa — Aulæorum opifici cognomine Morangue pro duobus velis ductilibus obtendendis duabus scholarum superiorum fenestris, triginta sex libellas cum decem assibus ..... xxxvj.tt x.s

Dno Couty appariteri in castelleto parisiensi pro publico instrumento pharmacopœis denuntiato die 5.a octobris 1671 quo jubentur vi litterarum patentium juris et auctoritatis signandi, solvere facultati summam sexaginta duarum libellarum cum quatuordecim assibus pro receptibus factis

Summa simul paginæ est de deux cens vingt et une livres

Visa — a facultate ad impetrandum senatusconsultum latum die 28ª aprilis 1711, et pro ejusdem denuntiationis inscriptione sive controllo quindecim asses ut patet ex acceptilatione - - - xb.s

Visa — Eidem Cousin pro instrumento publico quo ~~[illegible]~~ denuntiavit die 6ª octobris obsignata fuisse suppellectilia genera praelaudatis ad pharmacopoeae ~~et~~ quod dictam summam non solvisset et pro inscriptione seu controllo ~~[illegible]~~ atque pro duobus aliis appavitoribus quos sibi Comites adscivit, tres libellas ut patet ex acceptilatione - - - - iij.tt

Visa — Eidem Cousin pro instrumento publico eidem pharmacopoeis denuntiato die 20ª octobris 1711 quo declaravit obsignatam omnem suppellectilem postridie venditum iri auctione, et pro inscriptione seu controllo quindecim asses, ut patet ex acceptilatione - - - - - - - - - xb.s

Visa — Eidem Cousin pro instrumento publico eadem die 20ª octobris denuntiato Nominato Lorain cujus Custodiae Commissa erat illa omnis suppellex, quo jubebatur eam tradere appavitoribus in castelloto parisiensi, ut sub hasta venderetur, et pro inscriptione seu Controllo, quindecim asses, ut patet ex acceptilatione - - - - - - - - - - xb.s

Visa — Eidem Cousin pro iterato eodem instrumento die sequenti 21ª octobris denuntiato pharmacopoeis et dicto Lorain et pro inscriptione, duas libellas cum quinque assibus, ut patet ex acceptilatione - - - - - - - - - ij.tt b.s

Visa — Roberto Pepin novem libellas quas impenderat solvendis duobus bajulis, qui scamna, mensas et armaria è scholis superioribus ad inferiores detulerunt, et aliis duobus bajulis qui post novorum operum constructionem vacarunt per solidum diem verrendis scholis superioribus, et scamnis in eadem restituendis atque pro pluribus scopis varii generis, pluribusque aliis minutioribus rebus quas emit, ut patet ex singulorum ratione descripta à dicto Pepin - - - - - - - - - - - - - - - ix.tt

Dno Chesneau facultatis patrono qui bis se contulit ad forum patronorum Regiorum in supremâ curiâ coram quibus peroravit causam facultatis adversus nominatum Pierre candidatum pharmaciae, sex libellas - - - - - - - - - bj.tt

Visa — Amanuensi Domini Millet cognomine Chrestiennot pro omnibus impensis ab illo suppeditatis in lite adversus pharmacopoeos parisienses, sex supra nonaginta libellas ut patet ex acceptilatione - - - - iiij.xx xbj.tt biij.s

cinquante ~~[illegible]~~

Summa huius paginae est de cent dix huict livres dix huict solz

Visa — Ipsi Domino Millet facultatis cognitori pro laboribus in eadem causa ab eo susceptis viginti quatuor libellas cum quinque assibus, ut patet ex acceptilatione.... XXiiij.ᵗᵗ v.ˢ

Visa — Pro caducariis impensis, damnis et interesse in primis facultatis gestis, ut in more positum est, decano solutae sexaginta libellae. - - - - - - - - Lx.ᵗᵗ

Summa huius paginae est de quatre vingt quatre livres cinq sols.

Summa totius expensi est de six mille quatre cent soixante et dix livres sept sols unze deniers

Summa vero totius accepti est de trois mille deux cent quatre vingts quatre livres dix sols deux deniers

Ergo summa totius expensi superat summam accepti de trois mille cent quatre vingts cinq livres dix sept sols neuf deniers

Facultas debitae et gratae habet rationem et solutionem ejusdem decano summam de trois mille cent quatre vingts cinq livres dix sept sols neuf deniers ac praeterea pro honorario ejusdem quinquaginta libellas laudandumque dignissimum decanum pro rebus ab illo bene gestis et procuratis. Scholarum die lunae decima octava januarii anni domini millesimi sexcentesimi septuagesimi secundi.

Moreau. Puylon decanus. Dupuis. Barbe. V. Merlet. Levasseur. Chemin. Morand. Guichard. De Vignon. De Mercenne. De Bourges. A. T. Morand. Le Moine. Barralis. Marteau. Lombard. Mathieu. Mattot. Des Lignes. Pomblart. Tribouet. Vallet. Berger. De Quartier. Quartier. Puylon. Guelin. Rezou. Le Long. De Bourges. Raoult. Le Bel. Morin. Vacquart. Fontayne. Laurret. Logaigneau.

contemptum Religionis Catholicæ apostolicæ et Romanæ illustrissimum
ecclesiæ principem nuncupasset: quia verò semel et iterum talem minimè
comparabat, petijt illum à gradu amoveri et ab universitate expelli;
necnon in quendam qui in D. Rectorem, perinde ac si in hoc negotio segniùs
egisset, injuriosè locutus est, inquiri. Subjunxitque alias non in superioribus
facultatis thesibus publicas propugnavit. Super quibus omnibus dicti DD.
decani habitâ cum suarum facultatum astantibus doctoribus, procuratores
nationum facultatis artium cum praesentibus magno numero Magistris
inceptoribus, maturâ deliberatione, singuli sic tulerunt sententias.
Scilicet dictus D. Morel pro facultate theologiæ praedictâ, ea quæ
D. Rector in magistratu gesserat, probavit, comitatumque amplissimum
pollicitus; ut super dicti D. du boulay negotio deputarentur idonei
viri qui maturè et seriò inquirerent et ad proxima Comitia generalia
referrent, seque ad id nominavit D. Petit priorem doctorum Theologum;
dictus D. Doley facultatis juris decanus, M. antonium Lemoine
doctorem medicum, et M. Stephanum Simon picardiæ procuratorem;
juribus verò D. Rector conclusionem scriberet, et id quod esset atque
instrumentum conficiendum aliam personam ex doctoribus D. D. decanorum
consilio deputavit: super electione dicti D. Martin ut confirmaretur,
et ipso ad praestandum juramentum admitteretur: super negotio dicti
Boileau ut ab universitatis juribus excluderetur, inquirerentur omnes
inquirerentur qui circa illud cum dicto Boileau quocunque modo praestiterunt,
necnon in eum qui D. Rectorem verbis injuriosis laesit, et ad hoc
suprà dictos nominavit; theses verò ab facultate nisi Catholicas
esset et Catholicæ principijs nixas deinceps non propugnarentur. Dictus
verò D. Doley in sui locum nominato D. Doujat eandem
juit sententiam. Dictus verò D. Puylon dixit facultatem medicinæ
eadem sentire in omnibus dictis capitibus cum facultatibus theologiæ
et juris, ita tamen ut maneat inquisitor deputatus D. Doley. Tum
habitâ per procuratores artium internâ deliberatione, surrexit M.
Franciscus Sauvage Nationis gallicanæ procurator, et ita exorsus est
quatuor procuratores Nationum facultatis artium dicunt se non
posse sententiam ferre, nisi consultis Nationibus. Mox que dictus D.
Rector pronuntiavit decanos et procuratores in omnia quæ in magistratu
gesserat probatione, comitatusque promissione convenire, in alijs verò
capitibus dissentire; tunc à dictis D. D. decanis depositum fuit
non decanos sed facultatem decanorum organo tulisse sententiam sed
non procuratorem Nationis gallicanæ, procuratorem sed procuratores
artium facultatis nomine juxtà senatusconsultum diei 5 de 7a augusti
1654 latum debuisse loqui et ab eodem D. Rectore postularunt ut ex
trium superiorum facultatum sententiâ concluderet, idque ad mentem
alterius senatusconsulti diei 27a julij 1657 lati, cui dominus Rector
restitit et aufugiens recessit. Dictus verò D. facultatis theologiæ
decanus attentâ hujusmodi recusatione conclusit ex dictarum
facultatum sententiâ, ut super negotio dicti D. duboulay deputentur
viri idonei qui maturè et seriò inquirant et ad proxima Comitia
generalia referant et ad id nominavit suprà scriptos DD. Petit prior

doctorem theologum, doctor facultatis juris decanum, Le Moine doctorem medicum et Bimont nationis picardiae procuratorem: jussitque vero scribat Conclusionem dictus D. Rector, et si quod jure conficiendum occurrat instrumentum, personam idoneam decanorum consilio ad id deputet. Ut dicti D. Martin electio confirmetur, prout de facto confirmavit, ipsique juramentum recipiendum censuit. Ut dictus Boileau ab universitatis juribus excludatur, et ij omnes qui cum eo quomodolibet peccaverunt, nec non ij etiam qui vestis D. Rectoris injuriosi extiterunt, per supranominatos inquisitores inquirantur. Theses vero in posterum ab facultate non proponantur, nisi Catholicae et Catholicis principiis nixae; allocutusque dictos D. D. facultatum juris et medicinae decanos dixit, et ego vobiscum Concludo. De quibus praemissis, Nos antedicti Notarij praesens publicum instrumentum confecimus, cujus minutae dicti D. D. decani Requisitores subscripserunt, quae quidem minuta penes Hubert alterum e dictis Notarijs Remansit anno et die praedictis. Subsignati Le Vasseur, Hubert.

Ab eo tempore nonnisi cum tumultu habita sunt Comitia tam privata quam publica, in quibus nihil Conclusum est, quod D. Rector Recusaverit conclusionem scribendi pronunciare scilicet D. Duboulay Comitijs interesset sportis academicis donatus senatus apud Rectorem die 13a junij et in generalibus Comitijs die 18a ejusdem mensis 1671, licet pluries interpellatus fuerit a D. D. decanis superiorum facultatum et procuratoribus, quemadmodum patet ex pluribus Protestationibus quae perscriptae sunt ab amplissimi senatus viatoribus; quas quidem hic describere longum nimis foret.

Sigillum — Die 27a junij D. Rector aliique academiae deputati Convenerunt in Regia Navarra ad sigillandas litteras Nominationum et Magisterij artium. verum sigillo universitatis non fuerunt munitae quod non essent subsignatae a D. Duboulay.

Die veneris 3a julij 1671 vir illustrissimus D. Roujaut in primaria ~~Senatus~~ curia Senator hanc misit epistolam ad decanum Medicinae.

Monsieur Puylon est prié de passer demain à l'issue de l'audiance de la grand chambre pour entendre parler d'une affaire qui concerne vre faculté.

ce vendredy au soir.

Vostre humble serviteur
Roujaut

Convenit autem dictum illustrissimum virum decanus Medicinae et ab eo accepit Baccalaureum theologum Cognomine Noüet porrexisse libellum supplicem senatui quo postulat ut concederentur sibi litterae nominationum Magno universitatis sigillo munitae, adeoque nequam primis conveniret decani superiorum facultatum et artistae de scribae qui illas subsignavit, providerentur a senatu ne qui supplicarent pro litteris nominationum obtinendis quidpiam detrimenti pateretur. dixitque vir illustrissimus eumque sibi a senatu ~~[illegible]~~ commissam authoritatem statuendi super ea re, nec tamen voluisse decernere quidpiam non commonito decano medicinae, pergratumque sibi fore si ij penes quos sunt claves arcae in qua Reconditur sigillum universitatis, illud apponant litteris quas postulabat dictus Noüet. Respondit vero decanus medicinae illas litteras sigillatum iri modo non sint subsignatae a D. duboulay sed a D. Rectore.

Die vero Lunae sequenti convenerunt super ea re apud D. Rectorem in Collegio Bellovaco D. D. deputati academiae, statuerunt que illae litteras subsignatum iri a D. Rectore, dieque dictae Martis sequente quo omnes deputati attulerunt claves ~~[illegible]~~ arcae et appositum est magnum sigillum universitatis illis litteris et nonnullis alijs, sed vero prius a D. Rectore loco scribae fuerunt subsignatae.

Supplicationes

Die Jovis 8a octobris 1671, solemnis fuit supplicatio universitatis
ad D. Stephani in monte, primo tamen instituta sunt generalia comitia
in aedibus Mathurinensibus, in quibus ~~juxta~~ ~~[illegible]~~ conclusum est a M. Claudio
Morel ~~facultatis~~ theologiae decano, quod D. Rector clam scrutasset quo
tempore supplicationis ~~quisque~~ trium facultatum decanus quisque sciret
et omnia negotia quae proposita fuerant a D. Rectore, cuiusque facultatis
in deliberationem adduceret, pluriesque juxta petitionem ab appaaritore curiae copiam
sui facere voluisset, decretumque juxta conclusa, et promovendis negotiis adversis
D. du Boulay a D.D. inquisitoribus deputatis Boutpied, Doloy, et Le Moine.
atque ex unanimi omnium consensu M. Nicolaus de Calogne electus est
ad munus scribae obeundum, et praedictis DD. inquisitoribus ~~[illegible]~~
permissum est jure nominandi quos voluerint et promotores studiorum universitatis
agat, quod D. de Langle noluerit contra processus adversus D. du Boulay.

Commentarius Rerum in facultate medicinæ parisiensis gestarum. M. Dionysio Puylon Parisino Iterum Decano

anno domini millesimo sexcentesimo septuagesimo
primo die sabathi septima Novembris hora nona matutina post sacrum
convocatis Doctoribus omnibus in scholis superioribus per schedulam aliquot
ante dies delatam à Bidellis ut novum decanum simulque professores
eligerent primo decanus exposuit singula quæ gessit ex quo decanus
fuit renunciatus Rogavitque doctores num placeret ~~alium~~ novum decanum,
novosque professores eligi et chirurgiæ professores designari qui ultra et
citra pontes chirurgiam ~~[illegible]~~ gallico idiomate docerent chirurgos. Tum qui
munus professoris deposcebant doctores gratias pro more egerunt facultati.
quibus peractis deliberatum est super his quæ proposita fuerunt à decano.
unanimis fuit omnium sententia prorogandum decanatum M. Dionysio
Puylon et formulâ statutis præscriptâ eligendos professores non tantum
qui ~~medicinam, chirurgi~~ physiologiam, hygiienem et pathologiam, chirurgiam,
et Botanicam prælegant in scholis, et qui pharmacopæorum Magisterio
cum decano præsint, verumetiam qui chirurgica Gallicè explicent et exponant.
Quamobrem qui sorti ducti sunt doctores nominarunt pro Physiologiæ
professione M.M. Germanum huvrain, Edmundum Chavice et Mathæum
Thuillier; in professorem chirurgiæ in scholis inferioribus M.M. Bertinum
Dieuxivoye, Jacobum Le Menestrel et henricum Mahieu; pro Botanico
Professore M.M. Tussanum Fontaine, Carolum Marteau, Ludovicum
Morin; In professores Pharmaciæ M.M. Paulum Courtois, Alanum
Lami, Joannem Baptistam de Rancolois, judicis verò sortibus datus est
Physiologiæ professor in annum sequentem M. Mathæus Thuillier.
Professor chirurgiæ pariter in annum sequentem M. Jacobus Le Menestrel,
Similiterque Botanicus professor in annum sequentem M. Carolus
Marteau; Novusque professor pharmaciæ M. Paulus Courtois. Nulli
verò chirurgiæ professores ultra et citra pontes designati sunt, quod
quinque doctores, licet moniti, non satisfecissent decreto facultatis quo
sancitum est ut eadem atque alii professores formulâ eligantur. cum autem
pro laudabili consuetudine prima thesis singulis annis propugnari debeat primâ die
jovis post festum D. Martini, decanus curavit eadem die sabathi distribui doctoribus
thesim de quâ disputaretur postridie festi D. Martini.

Quæstiones quodlibetariæ

Die jovis 12.^a^ novembris 1671 disputavit extra ordinem de quodlibetariâ quæstione
M. Joannes Robert Respondente baccalaureo M. antonio de saint yon parisino.
quæstio fuit negativè conclusa

an instante febrium excandescentiâ, accessione, purgandū?

disputatum est ab horâ septimâ matutinâ ad meridiem, tum priusquam singuli Baccalaurei responderent ad quaestiones, quae quodlibetae vocantur, sibi propositae, altâ voce recitata sunt à majori bidello doctorum Regentium nomina et cognomina, hoc modo.

Sequuntur nomina et cognomina honorandorum Magistrorum nostrorum Doctorum Regentium in saluberrimâ Facultate Medicinae Parisiensi anno Domini 1671.

M. Franciscus Blondel, antiquior scholae Magister.
M. Claudius Quiqueboeuf.
M. Philippus hardouinus de Saint jacques.
M. Germanus de Launay.
M. Philibertus Morisset.
M. Jacobus Thuvaut.
obiit a. 1672. nulla, quod miror, de eximii ingenii viro mentio reperitur. × M. Guido Patin.
M. Nicolaus Brayer.
M. Gilbertus Puylon.
M. Jacobus Renault.
M. Franciscus Blondel.
M. Germanus Preaux scholae professor.
M. Claudius Germain.
M. Petrus Legier.
M. Franciscus Devignon.
M. Mathurinus Denyau, professor Regius.
M. Petrus yvelin, consor et illustrissimae Aurelianensium ducissae primarius medicus.
M. Claudius Guerin.
M. Petrus Lemoine.
M. Nicolaus Richard.
M. Martinus akakia.
M. Michael Marès.
M. Jacobus Gavois.
M. Claudius Levasseur.
M. Florimundus Langlois. obiit die 26ª decembris 1671. sequenti die elatum est ejus cadaver in aedem D. Germani Autissiodorensis et sepultum in aede D. Andreae de arcubus.
M. Franciscus Pajot.
M. Tussanus Fontaine.
M. Claudius Perraut.
M. Carolus Lebreton.
M. Petrus Bourdelot.
M. Stephanus le Gaigneur.

M. Rolandus Merlet.
M. Guillelmus Petit.
M. Paulus Courtois professor Regius et pharmaciae professor.
M. Joannes Garbe.
M. Petrus de Mersenne.
M. Joannes Fourstier.
M. Simon Boulot.
M. Joannes hamon.
M. antonius Morand, Rei herbariae professor.
M. Isaac Renaudot.
M. Eusebius Renaudot.
M. Joannes Baptista Moreau, Regius professor.
M. Stephanus Bachot.
M. Bertinus Dieuxivoye.
M. Joannes Armandus de Mauvilain.
M. Petrus Perreau, pharmaciae professor.
M. Michael de Lavigne.
M. Joannes de Bourges.
M. Germanus huveau.
M. Joannes antonius Bourgaud.
M. Carolus Barralis.
M. Franciscus Landrieu.
M. Claudius Quartier.
M. alanus Lamy.
M. Franciscus de La chambre, medicus Regis ordinarius.
M. Nicolaus Morin.
M. Philippus Douté.
M. Nicolaus Liénard, chirurgiae professor.
M. abrahamus Thevart.
M. Ægidius Lebel.
M. Claudius de fradet.
M. alexander Michael Denyau, professor Regius.
M. antonius Joannes Morand.
M. Petrus Le Lange, Lusitanorum Reginae medicus primarius.
M. Petrus Cressé.
M. Franciscus Goüel.
M. Ludovicus Gallais.
M. Raphaël Mauvin.
M. Edmundus Chavice.
M. Joannes Baptista de Renclois.

M. Dionysius Puylon, decanus.
M. Dionysius Bodart.
M. Carolus de Laval.
M. antonius de Caën.
M. Petrus Pourret.
M. Joannes Grout.
M. Nicolaus Rainssant.
M. Carolus Brisset.
M. Jacobus Le Marchant.
M. Franciscus Porand.
M. Nicolaus Robin.
M. Petrus Legier.
M. Jacobus de Bourges.
~~M. Germanus [illegible].~~
~~M. Joannes antonius Ragueau.~~
~~M. Carolus Barthe.~~
~~M. Franciscus Landrin.~~
M. Guido Crescentius Fagon, ordinarius Reginæ medicus.
M. antonius Le Moine.
M. Carolus Marteau.
M. Joannes Baptista Ferrand.
M. Mathæus Thuillier.
M. Robertus Raoult.
M. Raymundus Finot.
M. Philippus Mathon
M. Petrus Lombard.
M. Ludovicus Morin.
M. Carolus Le Long.
M. Paulus Mattot.
M. Claudius Guerin.
M. henricus Mahieu.
M. Guillelmus Petit.
M. Michaël Poinssart
M. Dominicus de Farcy.
M. Claudius Burdisant.
M. Claudius Bergé.
M. Gabriel Dacquet
M. Raymundus Vaslet.
M. Petrus yvelin.
M. Claudius Puylon.
M. Franciscus Vezou, medicus Reginæ.
M. Ludovicus Gayant. 110
M. Joannes Robert, prases.

Die jovis 3.ª decembris 1671 disputavit suo ordine de quodlibetaria quaestione M. Philibertus Morisset, respondente Baccalaureo M. Petro yon Parisino. quaestio fuit affirmative conclusa

an hydropi venae sectio?

Die jovis 31.ª decembris 1671. disputatum est de quaestione quodlibetaria praeside M. Carolo Bavalie in locum M. Hermanni de Launay morbo detenti; respondente baccalaureo M. Guillelmo Lamy constantiensi. quaestio fuit affirmative conclusa.

an arthritide laborantibus opium?

Die jovis 21.ª januarij 1672. disputavit suo ordine de quaestione quodlibetaria M. Philippus Hardouinus de saint jacques, respondente baccalaureo M. Petro Ozon augimontensi. quaestio fuit affirmative conclusa

an morbis oppugnandis et expugnandis stibium?

Die jovis 4.ª februarij 1672. disputavit suo ordine de quaestione quodlibetaria M. Claudius Puiquebeuf, respondente Baccalaureo M. Francisco Bazin constantiensi. quaestio fuit affirmative conclusa,

an diabeti lac asininum?

Die jovis 18.ª februarij 1672 disputavit extra ordinem de quaestione quodlibetaria M. Claudius de Quantal, respondente baccalaureo M. Joanne Cordelle hamo. quaestio fuit affirmative conclusa

an in febribus malignis, ante sepasmum purgatio?

antiquodlibetariae quaestiones, vulgò dictae Pastillariae

Die martis 10.ª Novembris 1671 M. Joannes Robert celebravit actum ~~quodl~~ Pastillarium, in quo agitatae sunt in utramque partem hae duae quaestiones.

an febrium { assiduarum / intermittentium } causa flagrans { sanguis? / Bilis? }

Priorem quaestionem dictus M. Joannes Robert proposuit candidato: alteram exploravit in utramque partem M. Paulus Courtois eandemque discutiendam proposuit M. Jacobo Le Mercier qui de eâ dixit eleganter in locum M. Caroli dolaval.

Die ~~jovis~~ Mercurij 17.ª februarij 1672. M. Claudius de Quantal celebravit actum pastillarium, in quo propositae fuerunt in utramque partem agitatae hae duae quaestiones

an crisis fiat { à naturae motu? / influxu syderum? }

Priorem dictus M. claudius de quantal proposuit candidato; posteriorem vero M. Petrus de Mareuno diligenter et concinne discussit ac proposuit M. antonio de Caen.



Cardinalitiæ quæstiones

Die jovis 10.ª Martij 1672. M. Philibertus Morisset præfuit actui cardinalitio, respondente baccalaureo M. Petro Ozon augimontensi. quæstio fuit affirmative conclusa

an lac tabidis?

Die jovis 24.ª Martij 1672. actui cardinalitio præfuit M. Carolus Bavalier in locum M. Hermanni de Launay, respondente baccalaureo M. Petro yon parisino. quæstio fuit negative conclusa.

an panis satietas omnium pessima?

Die jovis 28.ª aprilis 1672. M. Philippus hauduinus de saint jacques præfuit actui cardinalitio, respondente baccalaureo M. Francisco Bazin constantiensi. quæstio fuit affirmative conclusa

estne sanguinis motus circularis impossibilis?

Vesperiarum actus

Die martis 15.ª decembris 1671 celebratus est actus vesperiarum M. claudij de Quartal, cui præfuit M. Petrus de Mersenne, fuerunt autem in utramque partem propositæ hæ duæ quæstiones

an vomitus { soli expurgando ventriculo dicatus? / naturæ instituto adversus?

Prior quæstio copiose et disertissime fuit agitata in utramque partem à dicto M. Petro de Mersenne qui eam proposuit candidato. alteram vero à M. Paulo Courtois sibi propositam enodavit dictus M. claudius de Quartal.

Die martis 4.ª octobris 1672. vesperiarum actus M. antonij de saint yon celebratus est præside M. Francisco le vignon in locum M. Joannis Teruel. agitatæ fuerunt in utramque partem hæ duæ quæstiones

an mores ab { ætate? / Regione?

Priorem quæstionem dictus M. Franciscus le vignon proposuit candidato, posteriorem vero M. Petrus de Mersenne dicto M. antonio de saint yon.

Die jovis 13.ª octobris 1672. actus vesperiarum M. Petri yon celebratus est præside M. Philiberto Morisset in locum M. Simonis Boulot. proposita fuerunt, utrinque examinata hæ duæ quæstiones

an medico sit necessaria { doctrina? / pietas?

priorem quæstionem dictus M. Philibertus Morisset proposuit candidato, alteram vero sibi propositam à M. Francisco le vignon enodavit dictus

[signature]

M. Petrus yon. tum M. Philibertus Morisset orationem habuit ad vesperias quâ omnium in se rapuit admirationem.

actus doctoratuum

Die jovis 14â januarij 1672. pileo doctorali insignitus est M. Claudius de Quartal à M. Petro de Mersenne. in eo actu agitatæ sunt utrinque hæ duæ quæstiones ...

priorem novus Doctor proposuit M. antonio ~~[illegible]~~ de Caën. alteram verò M. Petrus de Mersenne M. Paulo Courtois.

Die martis 11â octobris 1672 M. Franciscus Le vignon loco M. Joannis Fourestier pileum doctoralem imposuit capiti M. antonij de saint yon: tum proposita fuerunt hæ duæ quæstiones

an hæmorragiæ { aqua? / metus?

Novus doctor priorem utrinque expendit et proposuit M. Petro Pourret, alteram verò M. Franciscus Le vignon proposuit M. Petro de Mersenne.

Die lunæ 17â octobris M. Petrus yon pileo doctorali donatus est à M. Philiberto Morisset in locum M. Simonis Boulot. in eo actu explorata fuerunt utrinque hæ duæ quæstiones

an morbis chronicis { purgatio? / victus tenuis?

Priorem quæstionem novus Doctor, utrinque discussit, proposuitque M. Jacobo Le Manthel qui de eâ dixit eleganter loco M. Joannis Grout ex hac urbe absentis. Posteriorem M. Philibertus Morisset proposuit

acta et Comitia saluberrimae Facultatis Medicinae Parisiensis a die septimâ mensis nouembris 1671. ad diem quintam eiusdem mensis 1672. Magistro Dionysio Puylon Parisino iterum decano

anno Domini millesimo sexcentesimo
septuagesimo primo die Sabathi decimâ quartâ Nouembris horâ decimâ
matutinâ post sacrum, conuocatis Doctoribus omnibus in Scholas
superiores schedulâ pridie a Bidellis delatâ, Decanus duo deliberationis
capita proposuit; quorum prius erat super conditione M. antonij de Saintyon
baccalaurei, qui die Jouis praecedenti Responderat de quaestione quodlibetariâ;
alterum verò negotium dixit esse grauioris momenti, de quo nonnisi maturâ
deliberatione, nec antè occupato judicio statuendum erat: vt potè cum lex foret
sancienda quae Religiosè deinceps seruaretur, quoties doctor aliquis ~~a~~
morbo vel carcere impeditus non posset suo ordine praeesse quaestioni
quodlibetariae. Cum enim M. Hermannus de Launay omni jure ciuili
interdictus, quod mentis compos non esset ob aetatem decrepitam, et judicum
authoritate detentus in coenobio Sancti Lazari, non posset sistere se in
scholis vt disputaret de quaestione quodlibetariâ; quaerebatur vtrum
praetermittendus foret? et posito quod praetermitteretur, num gauderet
omnibus facultatis emolumentis? an verò ejus nomine thesis praelo
excudenda ~~esset~~ foret, cui Decanus, vel alius doctor à decano, vel à facultate
suffectus praeesset, cum ipse Dominus de Launay non posset ex statutorum
lege quempiam sufficere in sui locum. quam in Rem Decanus plurima
recitauit facultatis decreta et attulit exempla quibus probauit
praetermittendum dictum Dnum de Launay, nec ideò priuandum scholae ~~emolum~~
emolumentis ob legitimum impedimentum. Recensuit pariter exempla quaedam
doctorum qui cum non potuissent praeesse quaestioni quodlibetariae, quod eadem
die morbo fuissent correpti, vel quod eorum vxoribus defunctis ~~eadem~~
eadem die funus factum fuisset; quae tamen exempla dixit non facere ad
propositum; quod illi doctores à casibus subitis et improuisis fuerint
impediti, ipsi quoque ~~[illegible]~~ praefuerint ~~[illegible]~~ postea extra ordinem quodlibetarijs
disputationibus: at verò longè aliter praenosceretur M. Hermannum de Launay
ob legitima impedimenta nunquam ~~[illegible]~~ disputaturum de quaestione
quodlibetariâ. His duobus capitibus in deliberationem adductis, Facultas

censuit M. antonium de Sainthyon baccalaureum Respondendo satisfecisse Scholae dignitati: Thesimque vero typis mandandam cum nomine M. Germaini de Launay apponatur: ~~et~~ quoniam constat ipsum non fore futurum praesidendum à decano ~~[illegible]~~ cujus erit vel praeesse vel alium doctorem nominare qui de eadem thesi disputet, neque ideo privandum dominum de Launay scholae emolumentis. et ità conclusit.

Dionysius Puylon decanus.

Mox à lato decreto M. Carolus Bavalus nepos dicti domini de Launay convenit decanum Rogavitque ~~ut~~ sibi demandaret provinciam disputandi de thesi cui praefigeretur nomen dicti domini de Launay, cujus votis annuit ~~[illegible]~~ decanus, quamvis decrevisset apud se ipsi thesi praeesse.

Die Sabbathi quintâ decembris 1671. horâ decimâ matutinâ post sacrum habita sunt comitia ordinaria, in quibus decanus primùm Rogavit singulos doctores quid sentirent super conditione M. Petri Yon baccalaurei qui die jovis praecedenti Respondebat de quaestione quodlibetariâ: dein conquestus est de M.M. Francisco Bazin, Joanne Cordelle et Petro Ozon baccalaureis, qui licet pluries moniti, ut attentius invigilarent chartis, et ordinis dignitatem ac nomen, suamque famam studiosius curarent, tum in proponendis argumentis multis sese Retumphis, tum Respondendo ad quaestiones quodlibetarias, atque iniciam argumentando, perfunctoriè tamen et brevissimo ac jejuno admodum sermone hactenus Retinendo arguerint condiscipulorum suorum dogmata et quidem tam barbaro idiomate, praesertim dictus Bazin, ut tot ferè solœcismos, quot verba, proferat: dictum vero Ozon parum adeò studiosum esse sui officij, ut, licet ipsi potenti ut sibi liceret montargium petere ad latus sororis suae graviori morbo detentae, commeatum eâ tantum lege concesserit decanus, ut se sisteret in scholis quibus diebus Respondebitur de quaestione quodlibetariâ, ultimo tamen actui non interfuerit. quamobrem decanus exposuit è Re facultatis esse, ut severius agatur in illos baccalaureos, aliòquin pessum ituram scholarum disciplinam, quae si deseratur, facultas de suo splendore planè decidet. Deinde decanus legit epistolam sibi allatam paulò ante comitia quo tempore sacra fiebant in sacello, eamque à Magistro Dominico de Farcy scriptam et subsignatam, et Refricavit doctoribus memoriam decreti lati die 23ª novembris 1670 quo statutum est, ut singulis annis eodem quo alij professores die nominentur duo doctores, unus ultra, alter citrà pontes, qui anno sequenti chirurgos chirurgica gallico idiomate docendi provinciam suscipiant, Retulitque nominatos in hunc annum M.M. Carolum Mauvan et Dominicum de Farcy, quorum ille hoc se munere abdicari postulat,

ut totus incumbat parandis commentariis quos anno proximo praelegat de Re Botanicâ, cujus professor designatus fuit die septimâ Novembris ultimo elapsi: at vero Dominus de Farcy tum vivâ voce tum epistolâ mox lectâ declaravit decano se ultro fuisse functurum hoc chirurgos docendi munere, ubi facultas decretum tulerit, vi cujus sit penes illos chirurgiae professores praeesse examinibus et tyrociniis chirurgorum, ob eandem causam quâ pharmaciae professores praesunt pharmacopoeorum magisteriis atque lustrandis eorundem pharmacopoeorum officinis; aut saltem privatus pharmaciae professores palam praelegere juxta facultatis statuta. Ideo decanus singulos, qui comitiis aderant, doctores rogavit, num placeret primo quoque die convocari facultatem qua super postulatione M. Dominici de Farcy deliberet. Super hisce deliberationis capitibus Facultas censuit accersendos illico omnes baccalaureos, ut laudetur doctus vir quod bene responderit in actu quodlibetario; tum moneantur alii, sacrius animadversum iri adversus eos post primum in quo disputabitur actum, in quo qui non satisfecerint scholae dignitati, omni baccalaureatus officio, juribus et honore interdicentur, ad ulteriorem gradum non promovendi, donec se magis idoneos probaverint. super postulatione M. Dominici de Farcy non convocandam facultatem, sed moribus antiquis vivendum, monendosque tum dictum de Farcy tum M. Carolum Mauteau, ut quamprimum chirurgos doceant, secus alios in eorum locum suffectum iri in proximis comitiis ordinariis, hocque decretum à majori bidello ipsis denuntiandum; litterasque à decano scribendas dicto Ozon baccalaureo, quibus notum ipsi fiat eum hoc anno nullum inter licentiatos locum habiturum, nisi adfuerit proximo actui et scholae satisfecerit. et ita de omnibus conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die sabbathi secundâ januarii 1672. horâ decimâ matutinâ post sacrum Convocatis per schedulam studio a bidellis delatam, doctoribus omnibus in scholas superiores, primo decanus proposuit distribuendas claves quinque supra centum armariorum quae confici curavit, ut asserventur singulorum doctorum togae ~~et~~ ac pilei. Cumque vix fieri possit quin amittantur saepissime claves illae, adeoque nimis corruptae ostiola quibus occluduntur haec armaria aperiri ~~non~~ possint; rogavit num placeret iis tantum legibus distribui claves, ut sumptibus doctorum qui eas amiserint, novae conficiantur et instaurentur armaria; ita ut vel ipsis doctoribus decanus non persolvat scholarum emolumenta, nisi curaverint refici quod corruptum fuerit in illis armariis: nec etiam defunctorum doctorum haeredibus, nisi postquam decano reddiderint claves quas penes defunctum doctorem fuerit; alioquin decerpat decanus ex ~~illius~~ emolumentis ~~qui~~ scholae quidquid necessarium erit ad cujusque armarii instaurationem. quod si neglexerit decanus, propriis ejus sumptibus, non ex aerario facultatis instaurentur armaria. 2° Rogavit singulorum doctorum sententiam, non modo super eruditione M. Guillelmi Lamy baccalaurei qui die jovis praecedenti Respondit de quaestione quodlibetariâ, verum etiam aliorum baccalaureorum

juxtà decretum facultatis latum die 5.a decembris ultimò elapsi. 3.o conquestus
est exhibitam sibi tantum die sabbathi proximâ ante festum nativitatis
Domini, thesim illam de quâ ultimo loco disputatum est, addens plurima
quidem doluisse et potuisse aliena à legitimâ medendi methodo, atque non
potuisse eam mutare quae secundum chymicorum principia de arthritidis
causis et remediorum arthritidi curandae adhibendorum judicationibus
scripta sunt; quoniam hujus thesis doctrina his principiis nititur;
novam verò thesim contexere nequiverit pro temporis angustia, maximè
cum plurima negotia magni momenti decanum tenerent aliundè
occupatissimum. quamobrem ne quid imposterum simile contingat,
operae pretium esse dixit statui à facultate, ut theses propugnandae
exhibeantur decano, non tantum quindecim diebus antequam de ipsa
disputetur, ut olim decretum est M. Francisco Blondel decano, verum
etiam quindecim diebus priusquam promulgandum sit in scholis thesis
argumentum, alioquin [illegible] ut decanum aliam proponere de quâ
disputare teneatur baccalaureus et praeses doctor cujus erit ex praescripto
statutorum. quibus à decano
renuntiatis, petiit à facultate M. dominicus de Farcy ut decernerent
super negotio de quo scripserat ad decanum die sabbathi 5.a decembris 1671,
et declaravit nil se velle praelegere chirurgiae quam sociis tribuatur
chirurgiae professoribus designatis et iis qui deinceps eligentur,
idem jus apud chirurgos, quod pharmaciae professor obtinet apud
pharmacopaeos, aut saltem cogantur pharmaciae professorem palam
docere quae ad pharmaciam pertinent. de quibus omnibus facultas
censuit distribuendas singulis doctoribus antiquiorum classis conditionibus
à decano propositis; monendum dictum dominum baccalaureum ut modestius
se gerat in scholis, nec ullam deinceps proponat doctrinam chymicorum
principiis innixam. exhibeantur decano theses propugnandae quindecim
diebus antequam proponatur à bedello in scholis inferioribus thesis
argumentum, alioquin de eâ disputetur quam proposuerit
decanus. Nullam habendam esse rationem postulationis M. Dominici
de Farcy, sed in ejus locum nominatus est M. Ludovicus Gayant, et in
locum M. Caroli Marteau designatus quoque est M. Michael Poinssant
qui ambo hoc anno docerent chirurgos. et ità de omnibus conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die Lunae decimâ octavâ januarii 1672 convocatis speciali articulo
doctoribus omnibus in scholis superioribus, horâ secundâ post
meridiem, decanus reddidit rationes accepti et expensi pro priore
suum decanatum, quas facultas habuit acceptas et gratas, solitum
honorarium decrevit, laudandumque censuit decanum pro rebus ab illo
benè gestis et pro scholarum ornatu.

Die sabbathi vigesimâ januarii 1672 horâ nonâ matutinâ judiciis
per schedulam pridie ad singulos doctores delatam convocatis, ad deliberandum
de aliis distribuendis, de candidatorum examinatoribus et chirurgiis

professoribus eligendis, et super postulatione Collegae M. claudij de frades. primo decanus legit libellum supplicem facultati porrectum à M. claudio de frades, sibique allatum a M. Juliano Fontaine ad quem scripsit dictus dnus de frades, quiquidem libellus supplex hic conceptus est verbis.

Messieurs les doyen et docteurs Regens de la faculté de medecine de paris

Supplie humblement Claude de frades aussy docteur Regent de la méme faculté, estably de present en la ville de Dourdan, d'avoir esgard qu'il a famille, et ainsy d'avoir la bonté, quoy qu'absent, de permettre que les droits et emolumens de tous les actes et examens des planches luy soient conservez tant passez qu'avenir a commencer depuis le doyenné de monsieur Puylon, c'est a dire tout ce qui requiert presence, aussy de luy faire la grace de ne le rendre sujet de payer aucune amande, tant pour n'avoir pas assisté a la messe du lendemain de saint luc, que les samedys a son rang a la visite des pauvres malades. ledit de frades espere cette grace, parceque, quoyqu'il soit esloigné, jl ne manquera pas d'avoir a jamais grande veneration pour sa mere faculté et veut vivre et mourir son tres humble et obeissant obligé serviteur, du 18. janvier 1672 signé de frades.

2.° decanus retulit Renuntiavit allatum sibi à Custodibus seu juratis pharmacopoeorum parisiensium exemplum quoddam pacti jucundi, in quo mentio fit de ipso decano, quasi suo privato, non facultatis nomine, eaque inconsultâ senatus edictum obtinuisset die 28.ª aprilis ultimò elapsi. dictos verò Custodes pharmacopoeorum nullam exhibuisse conclusionem societatis suae, quâ declarent num probent aut improbent, vel petat aliquid addi, detrahi, aut immutari in exemplo pacti jucundi, quod jamdiu decanus ipsis tradidit, licet plures moniti fuerint, illae non prius auditum iri à facultate, quam ejusmodi conclusionem attulerint decano, ut decretum fuit à facultate die secundâ hujus mensis.

3.° petijt quibus placeret distribui aeres in diem festum purificationis Beatae Mariae, retulitque optare jllustrissimos Cardinalem de boullion, et archipraesulem parisiensem ut sibi offerantur aeres ab academiâ, viros jdeo clarissimos eorum nomine convenisse decanum aliosque academiae proceres, à qui super eâ re nil voluerunt definire nisi prius consultis facultatibus. quoniam hoc negotium difficultate non caret videbitur siquidem academiâ, si offerat aeres, magni Regis eleemosynarij et archiepiscoporum parisiensium agnoscere dominium, quod ubi sibi vindicare voluerunt, totius academia fortiter reclamavit, si autem aeres neget, metuendum ne jllustrissimus Cardinalis faveat jesuitis quos Rectoris velle occupare collegium in urbe pontisarâ situm et judicio jmplorare autoritatem jllustrissimi Cardinalis. nobis verò esse videtur aerem offerre jllustrissimo Cardinali et praetermittere jllustrissimum archipraesulem parisiensem in academiam bene affectum.

4.° Rogavit ut pro more quinque viri sorte ducerentur, qui eligantur non tantum doctores qui proximis ferijs estivalibus candidatos examinarent, sed etiam duos professores chirurgiae in annum proximum, quandoquidem electi non fuerant die septimâ Novembris ultimò elapsi.

Facultas censuit annuendum petitioni M. claudij de frades paupertatis nomine, ita tamen ut non trahatur in exemplum. Jgnoscenda dictis pharmacopoeis quos minime consulti scripserunt et contra rei veritatem, ut qui rationis prescribendorum pactorum

negotij exposuerint quod in medium venerit, monendosque ut suum patronum adeant, cumque actiores faciant de omnibus contentionum causis, ut ipse conferat cum Domino Chiruot? facultatis patrono, ad quem facultas totum hoc negotium remisit, ut ambo patroni, si fieri possit, componant quicquid fuerit controversiae. distribuendos cereos in festum purificationis B. Mariae singulis doctoribus, baccalaureis, bedellis, praesidibus infulatis et primo praesidi supremae curiae, primo quoque praesidi Ratiocinatorum Regiorum, primo etiam praesidi tributarij senatus DD. procuratori generali et patronis generalibus in supremâ curiâ, [struck] Propraetoribus parisiensibus tum rebus civilium, tum capitalium atque etiam in rebus politicis, [struck] procuratori et patrono Regijs in Castelleto parisiensi, necnon facultatis patrono, et cognitoribus tam in supremâ curiâ, quam in Castelleto quibus omnibus solent offerri; ac insuper ob praesentem rerum academicarum statum Illustrissimo Cardinali de Boullion. et Francisco de Harlay archiepiscopo parisiensi, nomine academiae à Rectore decanisque superiorum facultatum et procuratoribus nationum, ac seorsim nomine facultatis à baccalaureis cereos etiam ut offerendos non pro dignitate quam habent ratione, sed pro singulari eorum benevolentiâ in academiam. quinetiam sortiendos pro more quinquennios? qui eligant examinatores candidatorum et professores in chirurgiâ. atque ità de omnibus conclusit Dionysius Puylon decanus.

Electores verò fuerunt M.M. Isaacus Renaudot, Michael Mareis?, Germanus Preaux?, Nicolaus Rainssant, et Henricus Mahieu, qui designarunt in examinatores candidatorum de Majori ordine M.M. claudium Quiquebeuf, Eusebium Renaudot, et Claudium Quartier, quorum nominibus in pileum conjectis, decanus eduxit nomina DD. Quiquebeuf et Quartier. De Minori verò ordine nominarunt M.M. Carolum Brisset Robertum Raoult et claudium Guerin juniorem, decanusque similiter ex pileo deprompsit nomina DD. Raoult et Guerin, qui examinatores jurarunt se neminem nisi dignum admissuros ad baccalaureatum, excepto Dno Quiquebeuf qui dubius utrum examinatoris munus suscipiendum sibi foret abijt nec voluit praestare sacramentum, propterea cum se excusare apud facultatem et rogare ut alium nominarent, verum loquentem eum interrupit M. Philippus Hardouin doct. jaquet?, quo autem consilio patebit ex ijs quae postea describentur. ijdem electores nominarunt in chirurgicos professores M.M. Michaelem Pointaut et claudium Biscidant ultra pontes, Petrum Lombard et Raymundum Vallet citra pontes: sed verò electi sunt professores DD. Pointaut et Vallet qui praestiterunt sacramentum [struck] juxta decretum facultatis dictatum.

Remissio D. Bazin Baccalaurei ad alios in Biennium

Die Sabbathi sextâ februarij 1672. habita sunt comitia ordinaria horâ decimâ matutinâ post sacrum in quibus deliberatum est super conditione M. Francisci Bazin baccalaurei, qui die jovis praecedenti responderat de quaestione quodlibetariâ. plures censuerunt monendum esse dictum Bazin ut officio suo melius fungatur. caeteri quorum vicit numerus voluerunt dictum Bazin remitti in biennium et sic conclusit Dionysius Puylon decanus.

Die Sabbathi decimâ nonâ februarij 1672. Habita sunt comitia ordinaria in quibus M. Jacobus de Menestrel postulavit ut sibi liceret anatomiam publicam celebrare, supplicavit etiam M. Franciscus Bazin ut nullâ habitâ ratione decreti nuper lati posset sedere in subselliis cum aliis baccalaureis. Facultas annuit postulationi Dni de Menestrel, censuitque majora comitia indicenda ante proximum actum quodlibetarium in quibus deliberetur de supplicatione M. Bazin et ita conclusit.

Dionysius Puylon decanus.

Die martis decimâ sextâ februarij 1672 horâ secundâ post meridiem convocatis speciali articulo doctoribus omnibus in scholas superiores ut de negotio adversus chirurgos et super supplicatione M. Francisci Bazin deliberarent. Retulit quod decretum adversus M. Franciscum Bazin die 6a ejusdem mensis, quod postulavit dictus Bazin a facultate die 13a ejusdem mensis; renuntiavit quoque tyronem quemdam seu candidatum in chirurgiâ cognomine Gelot spretis senatusconsultis et facultatis auctoritate nec persolutâ a decano venia curasse efferri cadaver cujusdam mulieris patibulo nuper suspensae ad aedes chirurgorum, nec illud potuisse decano restituisse, imo sic occuluisse alicubi ut deferri non potuerit a viatore curiae quem decanus misit ad illam chirurgorum aedem et ex vi senatusconsultorum illud deferri curavit ad scholas facultatis, cujus rei actum confecit dictus curiae viator. Facultas censuit M. Franciscum Bazin restituendum in numerum baccalaureorum, summoque jure agendum adversus chirurgos et ita conclusit.

restitutio D. Bazin in Numerum Baccalaureorum.

Dionysius Puylon decanus.

Die Sabbathi vigesimâ februarij 1672 horâ decimâ matutinâ post sacrum habita sunt comitia ordinaria in quibus decanus primo rogavit singulos doctores quid sentirent de M. Joanne Cordelle baccalaureo qui die jovis praecedenti responderat de quaestione quodlibetariâ, 2o num placeret ut decanus cum aliquot doctoribus eat salutatum illustrissimum propraetorem parisiensem ipsique agat gratias nomine facultatis pro singulari studio quo se erga facultatem affectum declaravit baccalaureis ipsi offerentibus thesim studio festi purificationis B. Mariae. Facultas probavit responsa M. Joannis Cordelle, censuitque adeundum illustrissimum propraetorem parisiensem et sic conclusit.

Dionysius Puylon decanus.

Die dominicâ 28a februarij 1672. decanus cum pluribus doctoribus convenit illustrissimum propraetorem parisiensem cui gratias egit pro eo quod baccalaureis significavit studio bene merendi de facultate quoties sese dederit occasio dixitque vix ullum esse diem quin aliqua sese offerat occasio in quâ possit consulere rebus facultatis ejusque jura servare, quoties nempe empirici vel medici non probati a facultate, aut chirurgi vel pharmacopoei diem dicunt coram eo ut rependatur ipsis honorarium ab iis aegris quos inviserunt, quibus si nihil addiceret, nec pharmacopoeis ac chirurgis qui remedia administravissent absque consilio medicorum cujus fidem facerent scripto forte exhibendo schedulas praescriptorum a medicis remediorum, vel litteras testimoniales ab ipsis medicis subsignatas, non sequeretur adeo potiores jura medicorum parisiensium et senatusconsulta atque edicta regia. quibus respondit illustrissimus propraetor se curaturum ne ulla via infringatur senatusconsultis et edictis regiis, ac praestiturum quicquid ipsi proponeretur a decano, tum aequitatis tum in facultatem benevolentiae significandae animo.



Die Sabbathi decimâ nonâ Martij 1672. horâ nonâ Matutinâ post
sacrum convocatis per schedulam Doctoribus omnibus in scholas
superiores, ut audirent supplices candidatos et de alijs rebus
ad facultatem pertinentibus deliberarent. M. Germanus Piraux
parisinus filius meritissimi Doctoris eiusdem Nominis et
cognominis eleganter habuit orationem quâ supplicavit facultati
pro se et alijs octo candidatis praesentibus nempe M.M. antonio
holot et Nicolao de jouvency parisinis, francisco afforty è Lupara
parisiorum, Nicolao Rauvau Rotomagensi, Mathurino Tabouë Cenomano,
Nicolao Pelletier Pithiverensi, Renato Chauvel Cenomanensi, et
Petro Gaunier Theodoricensi, qui omnes postulabant admitti ad
examen. Tum singulos candidatos interrogaverunt seniores doctores,
dein iussit ^decanus^ eos secedere, ut super eorum supplicatione alijsque rebus
proponendis doctores deliberarent. ac primo petijt quâ die vellent
à Candidatis afferri litteras testimoniales studiorum, aetatis, et
magisterij artium. 2º. Retulit controversiam nunc moveri a M. —
Philippo hauduino de saintjacques qui contendit derogandum iura doctoris
M. hermanno de Launay quod propter aetatem declinantem mente captus
detinetur in Coenobio Sti. Lazari, et M. Carolum Bavaliere non
debere praeesse disputationi Cardinalitiae loco dicti D. de Launay; licet
ipse D. de saintjacques affirmavit, ut facultas tum tulerit decretum
die 14ª Novembris 1672, quo non modò iura et emolumenta Doctoris
concessit D. de launay; sed insuper statuit (et quidem praeter morem
hactenus usitatum, et plerumque judicio contra mentem statutorum)
ut tertiis nomine dicti D. de launay typis mandarentur et in eius
locum vel decanus, vel alius doctor à decano substitutus disputare
de quaestione quodlibetariâ. Tale vero decreti authorem ipse fuisse
D. de saintjacques, quod alius quam volebat disputationi quodlibetariae
praefuisset, nisi aliquis doctor vices dicti D. de launay supplevisset:
nunc autem velle discedere ab illo decreto, quia aegrotat M. franciscus
Bazin baccalaureus qui respondere debebat de quaestione Cardinalitia
praeside D. Bavaliere in locum D. de launay, adeoque fieri non potest,
quin M. Petrus yon Baccalaureus, quem D. de saintjacques sibi
destinaverat, de illa theri respondeat; ac praeterea si diu perstiterit
Morbus M. francisci Bazin, spes omnis adimitur D. de saintjacques
disputandi hoc anno de quaestione Cardinalitiâ. 3º. exposuit die 7ª —
augusti 1671. decretum à facultate, quoniam quamplurima archetypa
instrumentorum publicorum quibus probari possunt iura facultatis,
desunt in chartophylacio, ut antecessorum incuria Catteravum quae
supersunt tabularum, earum apographa conficienda et recognoscerentur
et subsignarentur à notarijs: verum quoniam et ipsa apographa perirent
lapsu temporum, si unicum singularum tabularum describeretur; plura
vero nonnisi Magnis sumptibus confici possunt, et quae à notarijs tantum
recognita forent, integram ubique fidem non facerent; quin etiam pauci —

doctores norunt jura facultatis, quibus sive nitantur autoritatibus, Rogavit doctores
num placeret omnia instrumenta publica prælo excudi et distribui doctoribus, ~~et~~
et porrigi libellum supplicem Illustrissimo proprætori parisiensi in Rebus politicis
ut Recognoscantur et à sexta subsignentur præsente Dno promotore Regio
in Castelloto parisiensi. Denique dictum est à pluribus doctoribus M. claudium
Quiquebœuf Relatorem provinciam examinandi Candidatos, nec tamen se addicasse
hoc munere ~~anni~~ in Comitijs quæ nuper habita sunt, ita persuasum à D. doct. jaquere
qui optat huic officio præfici M. Michaelem Mavie ut ipse accipiat honorarium
quod jure debebitur dicto Dno Mavie, deducendum de summa quam ipsi debet
dictus D. Mavie, vel si ~~non~~ nolit facultas ut D. Mavie vices gerat D. quiquebœuf
in ejus locum substitui M. Malhurinum Dugan D. doct. jaquere amicissimum.
Facultas ~~[illegible]~~ Censuit dicendam Candidatis diem lunæ hora secunda
post meridiem quâ afferant litteras testimoniales, dum D. de Launay gaudere
debere omni jure doctoris, Remittendam electionem examinatoris loco D. ~~quiq~~
quiquebœuf in diem Lunæ proximam. et typis Mandanda omnia instrumenta
publica quæ pridem fuerunt facultatis ut ea ~~[illegible]~~ præsente DD. promotore
Regio in Castelloto parisiensi Recognoscantur autoritate Illustrissimi
proprætoris parisiensis, sicque Recognita illa instrumenta distribuenda
singulis doctoribus; et quoniam Non pauci juniorum doctorum conqueruntur
quod ipsis data non fuerint Statutorum nuper editorum exemplaria, nec
ulla extent apud Typographum Muguet, decrevit facultas et ipsa quoque Statuta
excudenda. et ita de omnibus Conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die Lunæ ~~[illegible]~~ vigesima prima Martij hora secunda post meridiem
Convocatis speciali articulo doctoribus omnibus in scholas superiores,
ad eligendum examinatorem in locum M. Claudij quiquebœuf et nominandos
Doctores qui inquirerent de litteris testimonialibus quas exhiberent candidati;
Missa est ad decanum schedula scripta et subsignata à M. claudio quiquebœuf
quâ declarabat velle se Candidatos examine tentare, quam schedulam
decanus legit. quamobrem facultas decrevit non cogitandum de alio examinatore
nunc eligendo; si tamen se non sistat quâ die ~~examini debent~~ primum examinari
debent Candidati, alium in ejus locum sufficiendum à facultate, nec
jus Relinquendum D. quiquebœuf alium Nominandi. examinatores vero litterarum
testimonialium à Candidatis exhibitarum designandos M.M. Tussanum
fontaine et Joannem armandum de Mauvillain de Majori ordine, M.M.
antonium Le Moine et claudium Puylon de Minori ordine et sic conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die sabbathi secunda aprilis 1672. hora Nona Matutina post sacrum
Convocatis per schedulam pridie delatam doctoribus omnibus
in scholas superiores, ut audirent Relationem DD. deputatorum qui
examinaverunt litteras testimoniales à candidatis exhibitas et super ea aliisque
Rebus ad facultatem pertinentibus deliberarent. primo Magister Tussanus

Fontaine senior doctorum quibus demandata erat provincia examinandi litteras testimoniales à candidatis exhibitas, Renuntiavit nihil deesse MM. Germano Preaux parisino, Nicolao Bellehier Pithiviensi, et Renato de Cartes andegavensi qui à duobus diebus ipsi attulerat litteras suas, licet cum aliis non supplicavisset die 19.a martii: exposuit quoque singula quae desiderantur in litteris testimonialibus aliorum candidatorum, nimirum Petri Daquin parisini, antonii Holot parisini, francisci alforty parisiensis, Nicolai Rouvaux Ieronensis, Nicolai de Jouvency parisini, Mathurini Taboüé cenomani et Renati chauvet Cenomanensis; nullas enim sibi datas litteras à M. Petro garnier qui non accesserat ad facultatem die 21.a martii. Tum M. Petrus yvelin senior tradidit decano epistolam facultati scriptam à D. Daquin primario Reginae christianissimae medico favore dicti Petri Daquin, quam ubi decanus resignavit, palam omnibus alta voce legit his verbis conceptam

A Messieurs les doyen et docteurs de la faculté de medecine de paris.

Messieurs

L'estime particuliere que j'ay fait toute ma vie de vostre faculté, m'a fait souhaitter ardemment d'y faire recevoir mon frere, mais comme je scay que la rigueur de vos statuts luy seroit un empeschement invincible a cause de son temps et de sa jeunesse, je vous supplie de vouloir vous en relascher en sa faveur, et si ma consideration pouvoit entrer aupres de vous a quelque chose, obligez moy de luy accorder la grace que je vous demande, vous asseurant que je prendray un tel soing a l'advenir de ses estudes, qu'il ne fera point deshonneur a la compagnie, et que j'en auray toute ma vie la reconnoissance que vous pouvez attendre de celuy qui est veritablement

Messieurs

a Versailles ce 25.me mars 1672

Vostre tres humble et tres obeissant serviteur

Daquin

Dein accesserunt pharmacopoei praetoriani et conquesti sunt quod M. M. Paulus Courtois et Petrus Pierreau una cum custodibus pharmacopoeorum parisiensium examinavint nominatum le Cintre qui se dicit pharmacopoeum praetorianum, seque fautores se praebuerint pharmacopoeis parisiensibus qui volunt dictos pharmacopoeos praetorianos suo subjacere examini, vi cujusdam edicti à privato Regis consilio lati die 17.a octobris 1662, licet à solis doctoribus à facultate deputatis debeant examinari juxta pactum initum die 29.a decembris 1631: cui facultas ut satisfaceret suaque jura tueretur, post maturam deliberationem die 29.a septembris 1663 descendit in litem cum dictis pharmacopoeis praetorianis adversus pharmacopolas parisienses; at nunc pugnantia dixerunt in hac lite proferri nomine facultatis, nimirum libellum supplicem facultatis quo contendit penes solos doctores medicos parisienses jus esse examinandi pharmacopoeos praetorianos, petitque ut rescindatur

in illo edicto privati Regis consilii, quicquid in gratiam pharmacopoeorum parisiensium super examine praetorianorum pronuntiatum est; ex alia vero parte litteras quibus testantur professores in pharmacia examinatum à se et à Custodibus pharmacopoeorum parisiensium dictum le Cointre: ideoque rogarunt facultatem ut prospiciat ne illud examen sit fraudi juribus suis et rebus dictorum pharmacopoeorum praetorianorum, quibus aliunde cogeretur providere. Cumque haec dixissent, quaesitum est à M. Paulo Courtois qui praesens aderat Comitiis, num revera examinatus fuerit dictus le Cointre, et quo titulo, scilicet an ut gaudeat juribus pharmacopoeorum parisiensium, an tanquam pharmacopoeus praetorianus; Respondit D. Courtois allatum sibi à dictis custodibus illud edictum privati Regis consilii, vi cujus examinavit dictum le Cointre una cum D. Pelvan et Custodibus pharmacopoeorum parisiensium ut admitteretur in numerum dictorum pharmacopoeorum praetorianorum, non vero inter pharmacopoeos parisienses: se autem nescivisse ullam super ea re pendere litem. Reposuit vero Dominus de la Croix syndicus dictorum pharmacopoeorum praetorianorum se de hoc examine monitum non fuisse, quod vel ob eam unicam rationem irritum foret, nec debuisse pharmaciae professores illud edictum exequi pendente adhuc lite et posthabita intercessione facultatis quam ipsos non latebat, ut pote quod de ipsa pluries disseruisset cum M. Paulo Courtois, et de eadem M. Petrus Pelvan jam ab anno certior factus esset à M. Claudio Quartier tunc seniore pharmaciae professore, qui pro nolebat annuere dictis Custodibus pharmacopoeorum parisiensium ut illud examen celebraretur. Cum secessissent dicti pharmacopoei praetoriani M. Franciscus Pijart antiquior facultatis magister dedit decano duas epistolas quas ad eum miserat M. Claudius Quiqueboeuf, unam quidem pro dicto D. Pijart, alteram vero pro decano, quibus litteris petebat à facultate, ut sibi liceret in sui locum sufficere M. Michaëlem Doyan seniorem qui examinaret candidatos quod ipse rheumatismo correptus non posset defungi hoc officio. Super quibus ita deliberatum est, ut primo de candidatis ad examen admittendis M.M. Franciscus Blondel et Philippus Douté existimarunt non recedendum à statutis, ideoque tres tantum candidatos, quibus nihil deest, ad examen admittendos; et quoniam eorum nonnullis nihil desiderabitur circa Remigialia, novum tunc instituendum examen: nonnulli doctores in ea fuerunt sententia ut nullum aperiatur examen circa Remigialia, verum Germano Preaux, Nicolao Pellitier et Renato le Coulo comitiis nunc adjungantur dicti Asforty et Chamol, quibus omnia forent completa quo tempore instituetur examen; dictus vero Daquin omni favore excipiatur in gratiam fratris sui primarii Reginae Christianissimae medici et quem non pauci volunt designatum esse archiatrorum comitem: Caeteri vero doctores qui suffragiorum numero vicerunt gratiam ampliari voluerunt, omnesque candidatos ad examen proximum admitti, excepto M. Petro Garnier qui litteras testimoniales non exhibuit. Postulationi vero D. Quiqueboeuf pauci doctores rationem habuerunt; plures in ejus locum nominaverunt M. Germanum Preaux ut potè professorem pathologiae; at major pars doctorum decrevit more solito eligendum esse alium doctorem qui examinet candidatos. Super negotio pharmacopoeorum praetorianorum statutum est, ut consulatur patronus, et ita conclusit.

Dionysius Puylon decanus

mox autem juxtà hoc decretum qui die 30ª januarij ultimò elapsa fuerant sorti dubii electores, nominaverunt in locum M. Claudij quiquebeuf, M.M. Tussanum Fontaine et Carolum Bavalier quorum nominibus in pileum conjectis, manu decani depromptum est nomen M. Caroli Bavalier, qui statim praestitit sacramentum et cum decano ac M.M. Claudio Quartier, Roberto Raoult et Claudio Guerin juniore candidatos examinavit diebus proximè sequentibus lunae, martis et mercurij itaque ultima die propositae et singulis candidatis aphorismus hippocratis respondendus die veneris sequenti.

Die sabbathi nona aprilis 1672. hora octava matutina post sacrum juxta schedulam pridie delatam doctoribus omnibus, habita sunt comitia in scholis superioribus. ac primo M. Carolus Bavalier senior doctorum qui candidatos ad baccalaureatum promovendos examine tentaverunt, retulit dictos examinatores ità sentire de omnibus candidatis, ut sostem digni sint, qui gaudeant baccalaurei titulo, nempe Germanus Preaux, Petrus Daquin, Nicolaus de Jouvency, Nicolaus Rauvau, Franciscus Afforty, Renatus Chamiel, et Renatus le Coutre, duos verò alij, nimirum Mathurinus Taboüé, antonius Rollot et Nicolaus Bellotiis minus pares tuendos scholae dignitati, nec tamen judignit sint gratiâ, si ità placuerit facultati. Tum baccalaurei veterani, ore M. antonij de saintyon supplicare petiere ut manumittantur et ad examen particulare admittantur. Deinde M. Claudius defrades exposuit diem sibi dictam coram Magno Regis consilio à quodam chirurgo qui se dicit vicarium primarij chirurgi in urbe Dubitio, quod ipse defrades venam secuerit pluribus aegrotantibus, quibus sanguinem detrahere nolebat dictus chirurgus ex praescripto dicti D. de frades, adeòque Rogavit facultatem ut litem juiret cum ipso. Tandem cum major bidellus renuntiasset decano pharmacopaeos pratorianos astare ad scholarum fores ut refererent quid decretum foret à facultate super examine nominati le Coutre pharmacopoei, decanus altâ voce legit consilium sibi traditum scripto atque subsignatum à Dno Chamot seniore, facultatis patrono, his conceptum verbis. Le Conseil soubsigné qui a veu les lettres de la faculté in quarto concernant deppeschement, partie imprimé et partie manuscrit dans lequel sont les articles des concordats entre la faculté de medecine de paris et la Communauté des six apothicaires privilegiez suivans la Cour sous la charge de Monsieur le grand prevost, et le Contract passé entre les d. apothicaires de paris et les apothicaires de la d. prevosté de l'hostel, l'original de Reglement d'entre la d. faculté et les d. apothicaires de la d. prevosté enregistré au greffe d'icelle le vingtsept may 1634. les decrets de la faculté inserez au quinziesme tome des Registres de la faculté pages 15. 16, 94. 472. pendant les decanats de Mrs Morant, devignon et

Puylon, dans lequel Registre est la Requeste presentée a la faculté par les d. six apothicaires de lad. prevosté, et la deliberation sur icelle du vingthuict septembre 1663. l'extrait de l'arrest du con.el privé du Roy du 17. octobre 1662. Presupposé la Req.te baillée par la faculté au con.el du Roy pour adherer aux d. six apothicaires privilegiez et l'instance pendante aud. Con.el Presupposé encore l'examen et Reception du nommé le Cointre pour l'un des d. six maistres privilegiez en la place de Saintebeuve qui s'est demis, les d. examens et Reception par les deux docteurs de la faculté professeurs en pharmacie avec les gardes apothicaires. Veu aussy le decret de la faculté de ce jourdhuy deux avril intervenu sur la Remonstrance de cinq apothicaires de la d. prevosté sur laquelle a esté ordonné quil seroit pris advis. Estime le Conseil que la faculté de medecine de paris est par trop engagée pour pouvoir abandonner les d. apothicaires privilegiez sous la charge de Monsieur le grand prevost, et par les precedents decrets et l'adoption qu'elle a faite de leurs personnes, et la protection qu'elle leur a promise, et l'intervention qu'elle a actuellement formée au con.el du Roy et l'adhesion aux conclusions des d. privilegiez et la jonction avec eux contre les maistres et gardes apothicaires de paris. et si elle laissoit les choses en l'estat qu'elles sont sans donner des marques de sa perseverance et insistance en cette jonction, elle donneroit occasion de se faire debouter avec note et condamner aux depens. Parceque les professeurs ayans examiné avec les maistres et gardes, s'ils estoient tacitement advouez par la faculté, ils seroient censez l'avoir fait par son ordre, et qu'ainsy son intention auroit esté d'acquiescer a l'arrest du con.el surpris par les d. apothicaires de paris contre lequel les d. privilegiez et la faculté ont conjointement Reclamé. Il y a donc necessité que la faculté continue sa protection aux d. privilegiez, et tesmoigne efficacement sa perseverance en la jonction qu'elle a cy devant faite avec eux. Et les gardes et m.es apothicaires de paris n'auront pas sujet de se plaindre de la faculté, ny de ce qu'elle contreviendroit aux concordats. Parceque les apothicaires de lad. prevosté ne leur sont pas inconnus, ils ont traitté avec eux, les ont incorporez et promis de les comprendre annuellement dans leur catalogue et stipulé des Reglemens avec eux. et par iceux se sont bien reservez la visite sur les d. privilegiez, mais non pas l'examen, ny le chef d'oeuvre ny Reception. ainsy n'ont pas deub introduire cette nouveauté et la faire comprendre dans l'arrest du con.el duquel l'on se plaint. et les m.es apothicaires de paris ne doivent pas envier a la faculté qu'elle cognoisse et juge de la capacité des d. privilegiez de la prevosté, pour les obliger de recourir a d'autres, ainsy qu'ont fait les autres privilegiez. Mais quoy qu'il en soit que les maistres apothicaires trouvent bon ou mauvais l'insistance de la faculté pour les privilegiez, elle ne s'en peut ny doit s'en departir. Pourquoy doit donner un decret qui fera mention que c'est apres avoir ouy le s.r Courtois plus ancien professeur en pharmacie qui est convenu avoir assisté au d. examen et Reception sans la

~~pot~~ participation de la faculté et dans l'ignorance qu'il y eust es
procez au con.el du Roy pour Raison de la Reception des d. privilegiez
de la d. prevosté, et que la faculté fust partie aud. procez, et
sans s'avoir esté adverti par les d. gardes apothicaires de paris
et declarer lad. faculté son intention estre de persevrer en
l'intervention par elle cydevant formée au procez pendant au con.el
du Roy entre les d. apothicaires de la prevosté de l'hostel opposans
et les m.es et gardes apothicaires de paris deffendeurs, et la
jonction avec les d. privilegiez de la prevosté suivant les conclusions
par la d. faculté cydevant prises qu'elle supplie luy estre
adjugées. deliberé a paris le deux avril gbj.c soixante douze. signé
Chamot. quibus auditis M. Paulus Courtois dixit, conquestum
fuisse decanum, quod plures pharmacopoei, licet non fuerint examinati,
~~nec~~ nec magisterium adepti, pharmaca publice parent et vendant,
ita annuentibus custodibus pharmacopoeorum parisiensium, e quorum
numero cum esset dictus le Comte, existimasse nil a se peccatum
iri, quod ejus peritiam examine probavet cum dictis custodibus
pharmacopoeorum parisiensium vi illius edicti Regij. Tum
decanus Rogavit singulorum doctorum sententiam super omnibus
quae proposita sunt. Facultas censuit ad principium et
baccalaureatum admittendos decem candidatos eo qui sequitur
ordine, nimirum.

Germanum Preaux parisinum.
Petrum Daquin parisinum.
Nicolaum de Jouvency parisinum.
Nicolaum Raucau Villonixensem.
Franciscum Afforty parisiensem,
Renatum Chauvel Cenomanensem.
Renatum de Conte Andegavensem
Mathurinum Taboüé Cenomanum.
Antonium Bellot parisinum
Nicolaum Bellehie Pithiverensem.

manumittendos veteranos baccalaureos, ea lege ut ad examen particulare
non adeant doctorum domos, nisi post tres septimanas, ut intra
id temporis M. Franciscus Bazin, si velit, disputet de quaestione
cardinalitia et adversus eum argumenta proponant alij baccalaurei
veterani. Super postulatione M. Claudij de Frades, consulendum
patronum. atque super negotio pharmacopoeorum praetorianorum
facultas ex unanimi doctorum omnium consensu improbavit
examen dicti le Comte, cum inconsulta facultate pharmaciae
professores justi fuerunt, quod eos lateret ullam motam esse
litem pharmacopoeos praetorianos inter et parisienses, ac facultatem

juniusse causam dictorum pharmacopoeorum praetorianorum, de qua lite atque intercessione facultatis non fuerunt moniti a Custodibus pharmacopoeorum parisiensium, decrevitque persequendam esse litem juxta libellum supplicem quem porrexit privato Regis consilio anno 1663. et ne quispiam deinceps committatur vel a pharmaciae professoribus, vel ab aliis doctoribus contra jura et decreta facultatis, vetuit ne patiantur imposterum ullum fieri examen inconsulto decano. et ita de omnibus conclusit. Dionysius Puylon decanus

Moxque vocati sunt Novi baccalaurei huic patriae Candidati a Majori bidello qui singuli juraverunt se statuta, decreta, et laudabiles consuetudines saluberrimae facultatis servaturos die principium fecere in scholis inferioribus singulorum nomen et cognomen prius proclamante Majore bidello ut moris est.

Die jovis vigesima prima aprilis 1672 Convocatis per schedulam pridie datam doctoribus omnibus in scholis superioribus hora secunda post meridiem ut de Rebus magni momenti ad facultatem pertinentibus deliberarent, Decanus retulit, quod omnes jam acceperant, Dnum Daquin juniorem electum esse ad dignitatem primarij Regis medici, Dnum de la chambre primarium nunc esse medicum Reginae Christianissimae, ac principis delphinatis M. Eusebium Renaudot, et ne quispiam ipsis vitio verteretur judicis Consilia ut facultas ipsi praescriberet quid agendum foret in hac occasione. Facultas censuit momenta istha captanda juxta decreta facultatis, ut decanus stipatus pluribus Doctoribus adeat Dnum Daquin archiatrorum Comitem, nec non Dnum de La chambre et Dnum Renaudot quos Roget ut Commendatas habeant res facultatis et sic conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die dominica vigesima quarta aprilis 1672. decanus cum septem doctoribus quos asciverat sibi Comites petijt oppidum S. Germani ut Nomine facultatis congratularetur Novam dignitatem D. Daquin, D. de la chambre, ~~et D. Renaudot~~ eosque Rogavit ut consulerent facultati; nec paterentur quispiam ab extraneis medicis Committi contra ejus jura. Responderunt singuli eleganti oratione se summo honori ducere haec Nomine facultatis Congratulationem nihilque antiquius semper habituros quam ut ejus jura, quantum in se erit, tueantur.

Die vero Martis proxime sequenti ijsdem doctoribus stipatus decanus adijt eadem de causa Dnum Renaudot parisijs morantem quod nondum ipsi designatum esset domicilium in oppido S. Germani. Respondit decano gratam sibi fore semper Recordationem beneficiorum quae a Matre sua facultate medicinae parisiensi accepit, cuj nomen hunc honorem se debere fatebatur, nihilque optabilius sibi fore quam ut suum ergo facultatem studium et obsequium significet.

Die sabathi vigesima aprilis 1672 hora nona matutina post sacrum judicatis pridie per schedulam Comitijs ut de Magistro Francisco Bazin baccalaureo

alijsque Rebus ad facultatem pertinentibus deliberaretur. Decanus monuit
doctores sigilla Regia tradita fuisse Illustrissimo viro D.D. d'Haligre
à Rege christianissimo, adeoque Rogavit num placeret eum salutari
nomine facultatis; ac praeterea ut decanus aliquid moliretur adversus
medicos extraneos; deinde legit consilium à patrono scriptum super
negotio adversus pharmacopoeos parisienses, quo quidem auctor erat
ut decanus judicaret comitia a quibus abstinuerat, obtendens morbo
aliquo se correptum fuisse vel peregrè profectum fuisse, ut absente
decano aliquis seniorum posset praeesse Comitijs, sicque locus
omnis tolleretur pharmacopoeis et pharmaciae professoribus
objiciendi et exprobrandi decano, quod negotium adversus dictos
pharmacopoeos promoverit invitâ et inconsultâ facultate, quod
quidem consilium scripto datum atque subsignatum à dicto domino
chesnot legit his verbis conceptum. Le soubsigné qui a consulté avec
Monsieur Lounchet advocat de la Communauté des m.es apothicaires
de la ville de paris en presence de Monsieur le doyen et nombre
de Messieurs les docteurs de la faculté pendant deux apresdisnées
entre lesquels a la derniere vacation estoient m.rs Courtois et
Perreau professeurs en pharmacie, est d'advis que si les d.
apothicaires passent un pouvoir absolu a m. Lounchet leur
ad.at de traitter de l'affaire avec le conseil de la faculté et le
presentent au doyen, en ce cas Monsieur le doyen peut dissimuler
pour cette fois et affecter une absence, pour ne point presider
a l'assemblée qu'il aura convoquée affin de donner lieu qu'elle soit
tenue par un de Messieurs les anciens a luy non suspect et conclud
suivant le formulaire qui suit. Facultas censuit negotium adversus
pharmacopoeos finem esse, quod quidem totum committit D. chesnot
seniori suo patrono, ut cum patrono pharmacopoeorum componat
quicquid fuerit controversiae, et si ambo non conveniant, tertium
patronum eligant et ejus arbitrio sententiam stabant, aut pactum
à decano jurato nomine facultatis cum pharmacopoeis secundum
sententiam dictorum patronorum, quod fore validum facultas
declaravit, ac spondet, et ità conclusit Dominus &c. senior doctorum
qui comitijs interfuerunt die &c. deliberé a paris en mars 1672. Signé
Chesnot. Le motif du con.el est pour parvenir a l'accommodement
parceque les apothicaires se sont eleuez contre le decret du 30.me
janvier dernier sur deux pretextes, l'un qu'il les nottoit aucunement
en leur pardonnant, et protesté qu'ils ne traitteroient point sur ce
decret, l'autre qu'ils reputent Monsieur le doyen pour leur partie
formelle, et declaré qu'ils ne traitteroient sur aucun decret, auquel
il eut conclud et presidé; tellement que pour ne rompre absolument
et remettre les parties en procez, le Con.el de la faculté a esté
obligé de faire l'ouverture d'un nouveau decret en l'absence de
Monsieur le doyen suivant le formulaire de l'autre part et sans

tires a conséquence, et que Monsieur le Doyen pouvoit pour le bien de la paix se relâcher de ses droits pour cette fois. Signé Chamot. Re in deliberationem vocatâ conclusum est unanimi omnium consensu non esse jucunda comitia, nec scribendum decretum absente decano, sed eo praesente, illudque à praesentibus doctoribus subsignandum. Itaque facultas censuit negotium adversus pharmacopoeos parisienses suum esse, quod quidem totum commisit D. Chemot seniori suo patrono, ut cum patrono pharmacopoeorum componat quicquid fuerit controversiae; et si ambo non conveniant, tertium patronum eligant, et ejus arbitrio sententiam ferant; aut pactum à decano signatum nomine facultatis cum pharmacopoeis secundum sententiam dictorum patronorum, quod foret validum facultas declaravit ac spondet. Super aliis capitibus decrevit M. Franciscum Bazin admittendum esse ad examen particulare, summo jure agendum adversus medicos extraneos; et à decano nomine facultatis salutandum illustrissimum custodem sigillorum Regiorum, et ita conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Descriptum est secundum decretum super negotio pharmacopoeorum parisiensium quod subsignatum est à praesentibus doctoribus, è quorum numero erat M. Petrus Perreau pharmaciae professor.

Die Dominicâ octavâ Maij 1672 decanus pluribus stipatus doctoribus et utroque facultatis bidello cum fascibus praeeunte adiit illustrissimum custodem sigillorum Regiorum horâ octavâ matutinâ quae ab ipso designata erat quamquam decanus prius accepisset ore M. Guillelmi Petit senioris qui medicinam facit viro illustrissimo, quem decanus Gallicè allocutus est ita rogatus ab illustrissimo viro paucisque laudavit ac ipsi congratulatus est quod Rex christianissimus ei munus perhonorificum ~~[illegible]~~ praescripsit quod ejus parens per plures annos feliciter et magnâ cum existimatione obijt, quibus virum illustrissimum summoperè exhilaratum omnes quotquot aderant auditores animadverterunt, et Renatâ disertissimè de paternis virtutibus respondendo dixit, ac pollicitus est decano ~~[illegible]~~ sibi valdè commendatum iri momenta et commoda saluberrimae facultatis.

Die Martis vigesimâ quartâ Maij 1672. horâ secundâ post meridiem habita sunt comitia juxta schedulam pridie delatam doctoribus omnibus, in quibus deliberatum est ac conclusum instituendum examen Botanicum die vigesimâ ejusdem mensis, et ad lauream admittendos veteres baccalaureos et ita conclusit.

Dionysius Puylon decanus

Die lunae vigesimâ Maij 1672 neophyti baccalaurei interrogati sunt de

Examen Botanicum

rebus botanicis ab octavâ matutinâ ad undecimam, et à secundâ post meridiem ad quintam.

Die dominicâ decimâ nonâ junij 1672 decanus veteres baccalaureos

praesentatio

obtulit ecclesiae parisiensis ~~baccalaureos~~ [cancellario] praesentibus ejusdem ecclesiae canonicis et quamplurimis facultatis doctoribus cappatis et togatis, et orando ~~[illegible]~~ probavit apostolicae benedictionis dignitatem, utilitatem

et necessitatem. indeque coepit occasionem conquerendi non tantum de magistratibus sed etiam de ipsa parte quod stat et vigere debet in hac diocesi disciplina ecclesiastica quod non animadvertant in sceplasiarios, ~~hos~~ rusticos circulatores, medicastros et innumeros ejusdem farinae homines etiam infimos artificiis sectarios, cerdones, subdititios coma textores qui morborum sibi prorsus ignotorum genera omnia curationem practice suscipiunt, et vania pollicitationibus ludunt populi stoliditatem; nec reprimant effrenatam monachorum, sacerdotum et abbatum licentiam qui humana omnino praesumptione quibuslibet morbis curandis sese immiscent ingeruntque, tentantque medicinam facere utriusque sexus aegris, mulieribus ac etiam virginibus periculosè ac moribus.

Die dominica 26.ª junii eruditus adolescens cognomine Boileau disertissimam habuit orationem in scholis inferioribus quâ facultatis dignitatem demonstravit singulosque eruditos baccalaureos laudavit, quibus singulis schedulam defendam dedit majori bidello in quâ palam legerunt mandatum D. cancellarii Ecclesiae parisiensis ut se sisterent sequenti die horâ decimâ matutinâ in aula illustrissimi archiepiscopi ibi ~~[illegible]~~ benedictionem apostolicam acceptvri.

Die Lunae 27.ª junii horâ sextâ matutinâ singuli doctores convenerunt in aulam inferiorem illustrissimi archiepiscopi ac tradiderunt D. cancellario ecclesiae parisiensis rotulum in quo descripserant ordinem quem statuendum existimabant inter ~~[illegible]~~ licentiandos, qui ~~[illegible]~~ majori suffragiorum numero talis fuit decretus.

M. Antonius de Saintyon

M. Petrus Yon

M. Guillelmus Lamy

M. Petrus Ozon

M. Joannes Cordello

M. Franciscus Bazin.

Eodem die horâ decimâ matutinâ D. Loysel parochus ecclesiae D. Joannis de Graviâ, et cancellarius ecclesiae parisiensis ~~[illegible]~~ ipsis impertitus est, recitatis prius altâ benedictionem apostolicam ipsis impertitus est, recitatis prius altâ voce singulorum nominibus et cognominibus ordine suprà descripto à majori Bidello, tum dictus D. Cancellarius proposuit dicto M. Antonio de Saintyon quaestionem agitandam

Die sabbathi vigesimâ septimâ Augusti 1672 horâ secundâ post meridiem convocatis solemni formulâ seu per juramentum doctoribus omnibus in scholas superiores de pluribus rebus magni momenti ad facultatem, pharmacopoeos tam parisienses, quam praetorianos, et chirurgos pertinentibus, necnon super postulatione viduae defuncti collegae nostri M. Petri Regnier deliberaturis, decanus legit senatusconsultum latum die 27.ª julii proximo

[illegible]

Summa huius paginae est
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

Eidem porro anquadrigentesimo [illegible] libellas cum assibus
sexdecim et ~~dodecim~~ denariis ~~[illegible]~~ puta quatuor
libellas [cum sexdecim assibus] pro sex mensibus titulo propter viarum
repurgationem redditum in diem ultimam mensis
visa Junii anni [illegible] et octo libellas cum decem et novem
assibus et octo denariis pro ~~[illegible]~~ titulo propter
lucernarum accensionem quoque anno persolvi solito
redditum in diem ultimum Martii [illegible], ut
patet ex eius acceptilatione . . . . xiiij lt. xlj s. viij d.

visa Eidem pro officio viarum repurgationis, lucernarumque
accensioni ab urbe praefecto quatuor libellas
cum sexdecim assibus pro sex mensibus titulo
propter viarum repurgationem redditum in diem
ultimam decembris anni [illegible] ut patet ex eius
acceptilatione . . . . iiij lt. xlj s.

visa Roberto [illegible] qui per annum integrum scholarum
[illegible] scopis detergendi singulis diebus
curavit decem libellas ut patet ex eius
acceptilatione . . . . x lt.

Ostiario domini [illegible] patroni [illegible] unam libellam
cum decem assibus . . . . j lt. x s.

Viro a secretis domini de [illegible] libellorum
supplicum magistri, in cuius manibus omnia
litis instrumenta deposuit decanus quam habuit de novo
facultas adversus dictum de la Martinière qui
dicto sacri consistorii adversus eum absentem
lati interfuit, additis de novo supplicibus libellis,
pro more numeravit decanus ex consilio
patroni ~~[illegible]~~ consistoriani sex libellas . . . . vj lt.

Domino de Montrault patrono consistoriano cui nihil
anno superiore fuerat dissolutum pro ea omni
opera quam impenderat ~~[illegible]~~ tum propter dictum
adversus medicos extraneos, tum propter dictum
adversus de la Martinière, et praeterea propter de
novo porrectos libellos supplices ab eo elaboratos
adversus eum quam movit la Martinière inter-
cessionem, propter factas varias ad litis actum
promovendum denuntiationes, numeravit decanus
viginti tres libellas . . . . xxxiij lt.

pro rheda meritoria qua usus decanus totum
diem adiit consistorianos ut fauderet [illegible]
[illegible] nobis facultatis ubi de illis [illegible]
[illegible] illis dominus de [illegible] novem libellas ix lt.

pro rheda meritoria qua usus decanus [illegible]
[illegible] dictam vesperam potuit dominum de [illegible]
qui ibi commoratus fuerat rogaturus, ut ille [illegible]
de isto adversus la Martinière facultatis negotio
in sacro consistorio verba faceret antequam ad
eum cui a rege destinatus audiebatur, proficisceretur
persolvit undecim libellas . . . . xj lt.

Viro a secretis domini de [illegible] libellorum
supplicum magistri novem libellas ut ab eo [illegible]
redimeret omnia litis illius instrumenta quae
habebat, ~~[illegible]~~ et quae ad alium libellorum supplicum
magistrum deferret, cum dictus dominus noster [illegible] de [illegible]
ad sacri consistorii comitia adque praefecturam
profectus fuisset lite non dirempta . . . . ix lt.

Viro a secretis domini de St. Foy libellorum
supplicum magistri, cui omnia litis illius postea decanus
commisit instrumenta, ~~[illegible]~~ ut [illegible] istud negotium
consideraret dum [illegible] et [illegible] libellorum supplicum
magister, utriusque partis relator futurus esset
ex more sex libellas . . . . vj lt.

pro rheda meritoria qua usus decanus
totam diem sacri consistorii comitia adiit antequam
de controversia referret dominus de Saincte
Foy sex libellas . . . . vj lt.

pro rheda meritoria qua nonnullos graviori pondere
comites consistorianos [illegible] [illegible] adiit ~~[illegible]~~, ut
facultatis [illegible] negotium istud videre possent quatuor
libellas cum decem assibus . . . . iiij lt. x s.

Summa summarum pagina [illegible]
de cent quatorze livres
douze sols [illegible] [illegible]

ostiario domini de ste foy quinque solidis dono libellas cum quinque assibus — iiii lt. v s.

domino parquet litigantium in sacro consistorio scribae propter sacri consistorii dictum, adversus dictum de la Martiniere professorem et omnes alios dictos facultatis dominos defendit domino de ste foy, datam duodecim libellas cum duodecim assibus — xii lt. xii s.

eius amanuensi qui dictum ordinem ipse die descripsit tres libellas — iii lt.

domino du vau apparitori torquato qui eiusmodi dictum et dicto de la Martiniere et dicto Rossel denuntiavit atque exemplaria denuntianda confeci curavit sex libellas — vi lt.

domino Wastoy a secretis domini de ste foy ut omnia litis instrumenta et consulta ab eo redimerentur septem libellas cum decem assibus — vii lt. x s.

ostiario domini de la Royne die festo sancti nicolai unam libellam cum decem assibus, quae pridem non debuit a decano denegari — i lt. x s.

vitrario opifici dicto Mellot qui sacelli vitreas quadratas fere omnes mutavit et scholarum superiorum, et qui partes restauravit, sed qui maximam vitrei operis in amphitheatro partem et confractam reparavit et collabefactatam atque corruptam restituit sexaginta sex libellas ut patet ex eius computatione — lxvi lt.

visa

fabro ferrario dicto de la Vigne qui vigiae ferreas plures ad vitra fulcienda suppeditavit, variaque suae artificii opera tum in sacello tum in scholis inferioribus perfecit viginti quinque libellas ut patet ex eius computatione — xxv lt.

visa

artifici minutiario lignario dicto Rossel qui duos asseres pro novi sacelli fenestris suppeditavit scrinium quoddam reparavit aliaque perfecit quinque libellas — v lt.

artifici plumbariae annae la Blanche quae plumbeum stillicidium similium restituit quinque libellas cum duodecim assibus ut patet ex computatione — v lt. xii s.

visa

Roberto popin quod per annum papyrum, calamos et atramentum suppeditaverit quindecim libellas ut patet ex computatione — xv lt.

visa

de decreto facultatis viginti libellas — Idem Roberto popin quod varia per annum ad res facultatis pertinentia instrumenta descripserit decanus nihil numeravit, cum porro facultatem illud ipse voluerit. — xx lt.

amanuensi domini Bonnet ut ab eo omnia litium instrumenta quae iam diu asservabantur apud dictum dominum Bonnet redimerentur, tres libellas — iii lt.

francisco muguet typographo qui scilicet a domino de la Royne propositorum urbanos politicos datam et dictum regium adversus dictum de la Martiniere typis mandari curavit et facultatis decretum pro duratis exemplaribus, et pro aliis typis mandatis viginti libellas ut patet ex computatione — xx lt.

idem francisco muguet propter plures schedulas invitatorias per duos annos typis mandatas, quod facultas arbitrabitur — nihil

artifici caementario qui duos asseres ad novi sacelli fenestras positos suo in loco firmavit unam libellam — i lt.

pro ordinariis impensis decano numerandis pro more sexaginta libellas — lx

Summa huius paginae est de deux cens cinquante trois livres neuf solz

Summa totius expensi est de huict mille neuf cens vingt quatre livres dix sept solz neuf deniers

Summa vero totius accepti est de sept mille sept cens quatre vingt huict livres deux solz huict deniers

Ergo summa expensi superat
summam accepti de onze
cent trente six livres quinze
solz vi deniers
Facultas gratam et ratam
habuit rationem redditam a
Magistro Joanne Baptista
Moreau ex decano cui sumptus
erat persolvendam ipsi dictam
summam centum triginta
sex librarum supra mille
librarum quindecim
assibus et uno denario qua
ipsi debetur ac praeterea
ipsi concedendum honorarium
solitum centum et quinqua=
ginta librarum gratias
ipsi agendas pro rebus
facultatis bene gestis ac
virtutum doctoralium praestantia
tantum distribuendas tres
librae antiquiori magistro
et decano duplum atque
duobus bidellis pro uno
doctore numerantur eandem
summam trium librarum
datum in schola medicorum
die quarta januarii anno
1675 Gyart

A. T. Morand Decanus
Quatrig
Moussit
Richard
Levasseur
Merlet
Moreau
Garbe
Demercenne
Morand
Gallais
Jouin
Forand
Lemaistre
De Revelois
Puylon
Rainssant
Le Moine
Martin
Brissit
Vallet
Puylon
De Sainctyon
Cordelle
Lemy

Commentarius rerum in Saluberrimâ Medicorum Facultate nec non Academiâ Parisiensi gestarum cum accepti expensique tabulis a die 3. Nouembris 1674 in diem 2. eiusdem mensis 1675. Magistro Antonio Ioanne Morand Parisino Decano.

Die sabbati tertiâ nouembris anno reparatæ salutis humanæ millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, conuocatis a Decano M. Joanne Baptista Moreau in Scholas superiores per schedulam Facultatis Doctoribus a sacris; sortibus electores Decani ac professorum creati sunt. scilicet tres maioris ordinis M. Iacobus Theuart M. Philibertus Morisset, et M. Antonius Morand, minoris uerò M. Raymundus Finot et M. Dominicus de Farcy qui cum, ut mos est, iureiurando fidem obstrinxissent se nullum prensationi locum daturos esse, ad summam dignitatem elegêre tres superioris nempe classis. M. Germanum Preaux et M. Philippum Douté, inferioris M. Antonium Ioannem Morand qui sorte Decanus renuntiatus est, ac datâ fide, a D. Moreau Libellum statutorum excepit sigillum minus Facultatis, epomidem coccineam Decani insignia, necnon quatuor clauiculas arcæ, quâ in Regiâ Nauarræ sigillum Vniuersitatis concluditur, et clauem arcæ Facultatis. Ab iisdem Quinqueuiris Professores in annum sequentem designati sunt M. Iacobus Le Menestrel Scholarum Professor, M. Petrus Lombard chirurgiæ Professor, M. Franciscus Goüel rei herbariæ Professor, M. Ægidius Le Bel Pharmaciæ Professor. Iisdem in comitiis M. Io. Bapt. Moreau Exdecanus ab

antiquiore

759 antiquiore Magistro Censor dictus est, et duo chirurgiæ Professores docendis chirurgiæ candidatis præfecti sunt. eâdie tandem M. Carolus Marteau supplicibus verbis Facultatem orauit ut statutorum severitatem in gratiam M. Henrici Mahieu Romæ apud Legatum Regis, Ducem Destrée versantis molliret, quibus sancitum est ut quicumque ordine suo quæstioni quodlibetariæ non præfuerit è Doctorum Regentium catalogo expungatur et privilegiis privetur, ab eâ decretum est in eius locum à Decano alium sufficiendum esse qui præsidis munere functurus esset donec reduce D. Mahieu legibus Scholæ satisfaceret. Ilicò Baccalaurei Decanum turmatim salutatum immò singuli postea seorsim venêre, quos cultum et observantiam Decano et Facultati ultrò professos et pollicitos ad partes suas pro Scholæ dignitate fortiter obeundas excitauit.

Die sequenti Apparitores primus nempe nomine Pepin alterqꝫ vocatus Filesac certam fidem diligensqꝫ obsequium spoponderunt, cuius sponsionis ne unquam immemores fierent moniti sunt.

Diebus aliquot elapsis Pharmacopæorum Parisiensium curatores Decanum adiêre novum ei gradum honoris gratulantes et suam erga saluberrimum ordinem reverentiam præsetulerunt. non multò post Prætoris magni Pharmacopolæ suum in eumdem singulare perpetuumqꝫ studium testati sunt. sola chirurgorum toties perduellionis rea totiesque compressa nondumque penitus domita pervicacia officio suo defuit.

Die novembris undecimâ eximio Viro Iacobo Gavois Humanitùs contigit summo literatorum desiderio, erat enim literis romanis et græcis philosophiaqꝫ perpolitus, Medicinâ perdoctus, sed præsertim incredibili stirpium mineralium, animaliumque notitiâ inclytus. funeris huius exequias ut mos est Facultas prosequuta est ad ædem Divo Gervasio sacram, ubi quiescit.

Quæstiones

Dictæ

Die Jouis decimâ quintâ nouembris 1674 extra ordinem de quodlibetariâ quæstione disputauit M. Petrus Baquin proponente Baccalaureo M. Joanne Armando Mauuillain Parisino. hæc autem quæstio fuit affirmatè conclusa.

An ulti matri similes patrem animo referant?

Hac die horâ undecimâ matutinâ quo tempore disputationis æstus deferbuit, dum unusquisque Baccalaureus quodlibet in disceptationem a Doctore uocatum extempore soluere meditatur, Doctorum Regentium nomina et cognomina maior Apparitor ut in more actu primo positum est, recitauit.

Sequuntur Nomina et cognomina honorandorum Magistrorum Doctorum Medicorum Regentium in Saluberrimâ Facultate Parisiensi an. r. Sal. hum. 1674.

M. Franciscus Piiart antiquissimus Scholæ Magister.
M. Claudius Quiquebeuf
M. Philippus Harduinus de S.t Jacques
M. Hermannus de Launay
M. Philibertus Morisset
M. Jacobus Theuart. humanitùs illi contigit 14. decembris 1674. et sequenti die cadauer eius elatum est ad ædem deo sacram nomine B. Pauli ubi sepultum est.
M. Nicolaus Brayer
M. Jacobus Renaut
M. Franciscus Blondel
M. Germanus Preaux
M. Claudius Germain
M. Franciscus Vignon excessit è uita 2.a augusti 1675. et funus ductum est 1.um ad ædes B. Pauli dein ad cænobiu fratrum a

diuâ

diuâ coruo vocatorum ubi iacet.
M. Mathurinus Denyau
M. claudius Guerin
M. Nicolaus Richard
M. Martinus Akakia
M. claudius Le Vasseur
M. Franciscus Paiot
M. Tussanus Fontaine. Regius Professor
M. claudius Perraut
M. Carolus Le Breton
M. Petrus Bourdelot
M. Stephanus Le gaigneur
M. Rolandus Merlet
M. Guillelmus Petit
M. Paulus courtois Professor Regius
M. Joannes Garbe
M. Petrus de Mersenne
M. Joannes Forestier. extinctus est 15. Januarij 1675 et cadauer eius elatum est ad aedem S. Laurentio sacram ubi humatum est.
M. Simon Boulot
M. Joannes Hamon
M. Antonius Morand
M. Isaac Renaudot
M. Eusebius Renaudot Delphini principis Medicus primarius
M. Joan. Baptista Moreau censor Academiae et professor Regius.
M. Stephanus Bachot.
M. Bertinus Dieuxivoye
M. Joannes Armandus Mauuillain
M. Petrus Perreau
M. Michaël de La Vigne
M. Joannes de Bourges

M.

M. Germanus Hureau
M. Ioannes Antonius Bourgaud
M. Franciscus Landrieu
M. Claudius Quartier
M. Alanus Lamy
M. Franciscus de La chambre Reginæ Francorum primarius Medicus
M. Nicolaus Morin
M. Philippus Douté
M. Nicolaus Lienard.
M. Abrahamus Theuart
M. Ægidius le Bel Pharmaciæ Professor
M. Claudius de Frades
M. Alexander Michaël Denyau Regius Professor
M. Antonius Ioannes Morand Decanus
M. Petrus Cressé
M. Franciscus Göuel
M. Ludouicus Gallais chirurgiæ Professor
M. Raphaël Maurin
M. Edmundus Charrier
M. Ioannes Baptista de Reuellois Pharmaciæ Professor.
M. Dionysius Puilon
M. Dionysius Dodart
M. Carolus de Laval
M. Antonius de caën
M. Petrus Pourret
M. Ioannes Grout
M. Nicolaus Rainssant
M. Carolus Brisset. raptus est uir doctrinâ et uirtute clarus 30. Julij 1675. et cadauer eius elatum est ad ædem D. Nicolaj a campis ubi humatum decumbit.
M. Iacobus Le Menestrel
M. Franciscus Iovand
M. Nicolaus Robin obiit 20. Ianuarij et eius cadauer in cœmeterio Diui Hilarij sepultum iacet.
M. Petrus Leger
M. Iacobus de Bourges

M.

M. Guido Crescentius Fagon familiæ Reginæ Medicus ordinarius
M. Antonius Le Moine rei herbariæ professor
M. Carolus Marteau
M. Joannes Baptista Ferrand
M. Mathæus Thuillier
M. Robertus Raoult scholæ professor
M. Raymundus Finot scholæ Professor
M. Philippus Mathon
M. Petrus Lombard
M. Ludovicus Morin
M. Carolus Le long
M. Paulus Mattot
M. Claudius Guerin
M. Henricus Mahieu
M. Dominicus de Farcy
M. Claudius Biendisant
M. Claudius Berger
M. Gabriel Daiquet
M. Raymundus Vaslet
M. Petrus Yvelin
M. Claudius Puilon
M. Franciscus Vezou
M. Ludovicus Gayant Medicus regis ordinarius
M. Joannes Robert
M. Claudius de Quanteal
M. Antonius de saint-yon Medicus Regis ordinarius
M. Petrus Yon
M. Guillelmus Lamy
M. Petrus Bzon
M. Joannes Cordelle
M. Petrus Baquin Medicus Regis ordinarius præses

M.

M. Germanus Preaux. 764

Die Jouis 13. decembris 1674 extra ordinem quæstionem hanc quodlibetariam mouit M. Germanus Preaux respondente baccalaureo Joanne Baptista Renato Moreau Parisino negantemque partem tuitus est

An ex capillis certum de temperamento Judicium?

Die Jouis 10. Januarij 1675. quæstionem hanc quodlibetariam in medium extra ordinem protulit M. Nicolaus Raueau respondente Baccalaureo M. Ludouico Poirier Richelæo cuius partem affirmantem propugnauit.

Estne Hipocratis Physiologia Medico satis?

Die iouis 23. Januarij de quæstione quodlibetariâ disseruit extra ordinem M. Nicolaus de Jouuancy proponente Baccalaureo M. Josepho Thomasseau Andino, quæ fuit asseueranter conclusa. Sic autem se habebat.

An nitidus faciej color benè moratorum uiscerum index?

Die iouis 14. februarij 1675. hoc in quodlibetariam disceptationem adduxit M. Henricus Mahieu ordine suo per suum ob absentiam a Facultate constitutum Vicarium M. Carolum Marteau respondente Baccalaureo M. Francisco Girard Blesensi quod affirmatè conclusum

Viuunt ne longiùs ac feliciùs qui iuniores ineunt connubium?

Die iouis 21. februarij de quæstione quodlibetariâ disceptauit extra ordinem M. Franciscus Afforty respondente Baccalaureo M. Petro Bonnet Parisino et hæc est affirmatè conclusa. Intendit ne natura fœminarum productionem?

Antiquodlibetariæ quæstiones quæ uulgò Pastillariæ uocantur.

Die martis 13. nouembris 1674 horâ 10. matutinâ celebrauit actum

actum Bastillariæ M. Petrus Baquin in quo hæc discussa — est quæstio

An a semine paterno { partes corporis principes? / hominis temperamentum?

Cuius primam partem soluendam proposuit Medicinæ candidato dictus M. Petrus Baquin, alteram M. Iacobus le Menestrel M. Francisco Iovand. /

Die martis 11.^a decembris 1674. celebratus est actus bastillariæ M. Germani Preaux et hæc utrimque agitata est quæstio

An ex Pilis { Mores? / ætas?

Priorem partem definiendam proposuit Medicinæ candidato M. Germanus Preaux, posteriorem M. Ludouicus — Gallais M. Carolo Brisset in locum Nicolai Robin Suffecto. /

Die martis 8. Ianuarij 1675. actum Bastillariæ — perfecit M. Nicolaus Raueau et hoc utrimque disputatum est.

An sit Medico { pro ratione — sensus? / pro auctoritate — Canities?

Priorem partem proposuit M. Nicolaus Raueau Medicinæ Candidato dirimendam, posteriorem M. Stephanus Bachot elegantissime M. Petro Legier qui hanc doctissime dissoluit. /

Die mercurij 23. Ianuarij 1675. celebrauit actum Bastillariæ M. Nicolaus de Iouuancy et hoc utrimque disceptatum est.

An uultus indicet { Corporis affectiones? / Animi Mores?

Primam partem posuit enodandam Medicinæ candidato M. Nicolaus de Iouuancy, alteram M. Bertinus —

Dieuxiuoye

Dieuxivoye Guillelmo Lamy M. Jacobi de Bourges uicem gerenti./

Die mercurij 20.ª februarij 1675 celebratus est actus Pastillariæ M. Francisci Afforty et utrimque disputatum est,

An uiri fœminis antecellant { corpore?/ animo?/

Primam partem proposuit M. Franciscus Afforty Medicinæ candidato alteram M. Joannes Armandus Mauuillain M. Petro Legier M. Guidonis Fagon uicario./

Quæstiones Cardinalitiæ

Die iouis 7.ª Martij cardinalitiæ disputationi præfuit M. Petrus Legier respondente Baccalaureo M. Joanne Baptista Renato Moreau Parisino et propugnata est pars affirmans huiusce quæstionis,

An Balnei usu salubrior uita?

Die Jouis 21ª Martij præside M. Francisco Sorand respondente Baccalaureo M. Petro Bonnet Parisino quæstio sequens agitata est affirmatè conclusa,

An a pastu frigescere salubre?

Die Jouis 4.ª aprilis cardinalitiæ disputationi præfuit M. Jacobus Le Menestrel proponente Baccalaureo M. Francisco Girard Blesensi, negantemque partem tuitus est huius quæstionis

Est ne æger ad λιθοτομίαν balneo præparandus?/

Vesperiarum actus

Die Jouis 8. Nouembris 1674 celebratus est actus uesperiarum M. Nicolaj de Jouuancy præside M. Stephano Bachot

et

et propositum est discutiendum.

An ad salubrem et longaevam vitam quaerenda in cibis { Simplicitas? Varietas?

Priorem partem enucleandam candidato Medicinae proposuit M. Stephanus Bachot. posteriorem M. Ludovicus Gallais e M. Nicolao de Gouvancy./

Die Lunae 3. decembris 1674 vesperiarum actus M. Nicolaj Raveau perfectus est cui praefuit M. Bertinus Dieuxivoye et utrinque disceptatum est.

An asciti ad declinationem vergenti { Semicupium? Lac?

Cuius primam partem soluendam exhibuit Medicinae candidato Praeses M. Bertinus Dieuxivoye alteram M. Nicolao Raveau M. carolus Brisset qui munus M. Stephani Bachot obierat./

Die iouis 30. Januarij 1675. vesperiarum actus M. Francisci Afforty celebratus est praeside M. Joanne Armando Mauvillain et haec discussa fuit quaestio,

An ad bene medendum praestet tueri elementa { Galeni? Epicuri?

Priorem partem Praeses M. Joan. Armandus Mauvillain obtulit discutiendam medicinae candidato, posteriorem M. Bertinus Dieuxivoye Francisco Afforty./

Die Martis 30. aprilis 1675. celebratus est actus vesperiarum M. Renati Le comte Praeside M. Petro Perreau et quaesitum est dirimendum,

An morbis curandis Medico necessaria { fortuna? Scientia?

Priorem partem a Praeside M. Petro Perreau propositam conclusit Medicinae Candidatus posteriorem a M. Joanne Armando Mauvillain constitutam definiuit M. Renatus le Comte /

Die

Die ueneris 4. octobris 1675. horâ 10. matutinâ vesperiarum actus M. Nicolaj Pelletier absolutus est Præside M. Michaële de La Vigne qui proposuit,

Est ne in Medicina { Saccharum / Mel } { utile ?

Primam partem a Præside M. Michaële de La Vigne utrimque discussam definiuit Medicinæ candidatus, alteram a M. Nicolao Rainssant diu libratam diremit M. Nicolaus Pelletier.

Doctoratus.

Die Lunæ 10. Decembris 1674. Laureâ Doctoris insignitus est M. Nicolaus Raueau et a M. Stephano Bachot utrimque disputatum est.

An sobrietas mater { Sanitatis ? / Virtutum ?

Cuius priorem partem disquirendam exhibuit nouus Doctor M. Petro Legier, posteriorem Præses M. Stephanus Bachot elegantissimè proposuit M. Ludouico Gallais qui hanc disertissimè definiuit.

Die 20. decembris pileo doctoris ornatus est M. Nicolaus de Iouuancy a M. Bertino Dieuxiuoye et in utramque partem disceptatum est,

An { soli ob nimiam aquarum potationem contracto / ab intemperie hepatis edito } { Asciti } { Paracentesis ? / diuersa et frequens purgatio ?

Priorem quæstionem a nouo Doctore propositam eloquenter dissoluit M. Iacobus de Bourges, posteriorem uero a Præside M. Bertino Dieuxiuoye in utramque partem libratam singulari eloquentiâ diremit M. Stephanus Bachot.

Die Iouis 7. februarij 1675. Doctor renuntiatus est M. Franciscus Afforty a M. Ioanne Armando Mauuillain et in controuersiam uocatum est,

An nephritidi { balneum ? / cubiti uel saphenæ sectio ?

De prima quæstione a nouo Doctore sibi propositâ perdoctè disseruit M. Guido Crescentius Fagon, de alterâ uerò quam Præses

M.

 M. Joannes Armandus Mauuillain sibi examinandam dederat dixit M. Bertinus Dieuxiuoye. /

Die Lunæ 16. Septembris 1675. Doctoris insignibus donatus est M. Renatus Le comte a M. Nicolao Rainssant M. Petri Perreau uicario. et utrimque discussum est,

An Medicus possit prorogare uitam magis { experientia. / Scientia!

Primam partem a nouo Doctore propositam definiuit ut solet elegantissime M. Antonius de Moine alteram bifariam agitatam a Præside M. Alexander Michaël Denyau In Locum M. Joan. Armandi Mauuillain repentino morbo correpti suffectus resoluit extempore. /

Die Jouis 17. octobris horâ 10. matutina 1675. Doctoris pileo insignitus est M. Nicolaus Pelletier a M. Michaële de La Vigne et uocatum est in controuersiam,

An Hecticis / Melancholicis { Lac!

Primam partem a recenti Doctore utrimque discussam soluit M. carolus Marteau alteram a Præside dialecticè disputatam confecit M. Nicolaus Rainssant. /

Res gestæ siue acta et comitia Facultatis a die 3. Nouembris an. 1674 In diem 2. Nouembris an. 1675.

M. Antonio Ioanne Morand Parisino Decano.

Die Sabbati nouembris 1674. horâ 10. matutinâ in comitiis quæ singulis hebdomadis ~~quæ~~ haberi solent a sacris M. Nicolaus Raueau Licentiatus ad Facultatem supplex accessit eamque uehementer exorauit ut de honoris gradu quem ipsa dederat immerentem deiici minimè pateretur. quippe statuta quæ a primo doctoratu sequentes uesperiarum doctoratusque actus ampliari et ultra dies quindecim diffindi uetant, se ignorasse profitebatur, unde propter Parentis lethalem affectum diutius abesse coactus Licentiato de Iouuency uesperiarum actus maturandi occasionem dederat. quibus perpensis Facultas quoniam iusta causa fuerat absentiæ, nec æquum erat de sede reducem legibusque parentem deturbare Censuit ut a M. Stephano Bachot ante dictum de Iouuency quamuis ab ipso uesperisatum M. Nicolaus Raueau decoraretur, nec celeratas uesperas obfuturas esse quin M. Bertinus Dieusiuoye eius uesperiarum actuj præesset postea uesperizato de Iouuency Doctoris Lauream Impositurus et sic cum ea conclusit.

A. I. Morand Decanus

Die sabbati 17. nouembris 1674 manè post sacrum cum solita tunc temporis haberentur comitia Decanus Facultatem rogauit Quid ipsa de baccalaurej sui Ioan. Arman. Mauuillain eruditione sentiret, qui die iouis nuper elapsâ de quæstione quodlibetaria responderat, Censuit Facultas prædictum baccalaureum thesibus animosè propugnatis scholæ decus abundè sustinuisse quod

quod suo calculo comprobauit A. T. Morand Decanus.

Die dominicâ 18. nouembris 1674 iusta persoluit Facultas D. Lusson olim Decano et summam uiginti quinque libellarum a sacro præsentibus Sacerdotibus Doctoribus apparitoribusque Decanus uiritim distribuit.

Eadem die horâ sesquisecundâ M. Raymundus Finot Scholæ Medicæ Professor eleganti oratione Medici dignitatem extulit et die martis 20. eiusdem mensis legere incepit.

Justa magistri Gavois

Die sabbati 24. nouembris 1674 sacra fecit Facultas in Sacello suo in gratiam M. Iacobi Gauois 11.^a eiusdem mensis defuncti.

Die Lunæ 26. nouembris 1674. horâ 2.^a pomeridiana Scholam Medicinæ Parisiensem unam esse optimam chirurgorum parentem M. Ludouicus Gallois chirurgiæ professor graui, erudita et ornatâ oratione demonstrauit, Lectionumque suarum initium fecit eadem die.

Conuocatis die martis 27. nouembris an. 1674 in Scholas superiores Doctoribus omnibus deliberaturis de collegio eminentissimi cardinalis Mazarini Parisiensem in Academiam cooptando, ut iisdem prærogatiuis et immunitatibus frueretur, Censuit saluberrima Facultas in sinum eius hoc esse suscipiendum, si modo ad Academiæ normam eius leges prius conderentur, nec in eo Theologia, Iurisprudentia nec Medicina docerentur, Theatini aut eiusmodi semper ab eius muneribus arcerentur, id quater in anno more solito Lustraretur, et non secus ac cætera collegia regeretur, omni denique diligentiâ caueretur ne Academiæ statuta et instituta uiolarentur et sic cum eâ conclusit A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis Decanus Facultatem certiorem

fecit

fecit cum à bibliopola nomine Bessin librum cuius titulus est Introduction à la chirurgie par de Marque, temere et inconsultâ Facultate typis mandatum esse comperisset, ut hominis audaciam comprimeret, manum regiam in libri huius exemplaria immitti curasse, ideoq. perculsum bibliopolam factique pœnitentem ueniam ab eâ petere, super quo statueret rogata Decreuit examinandum esse librum cui negotio M. M. Claudium Le Vasseur, Antonium Morand maioris ordinis et Antonium Le Moine minoris præfecit, ut referrent quid rei esset, censuitque præterea id postulante censore per Viatorem torquatum bibliopolis typographisque renunciandum esse consilij regij decretum, quod uetat nequis libellum ullum de Medicina, chirurgiâ pharmaciaque suo nutu proscribat et compitis affigat et sic conclusit

A. T. Morand Decanus.

Die Lunæ 29. nouembris 1674. horâ pomeridiem 2ᵃ. M. Robertus Raoult scholarum Professor diebusque sequentibus corporis humani partes omnes non minùs copiosâ quam politâ oratione descripsit, quas periti chirurgi nomine Iamot diligens in uiri cadauere dissecando manus oculis subiecit.

Die sabbati [illegible]ᵃ decembris 1674. cum solito more haberentur comitia, qui examinando libello inscripto introduction a la chirurgie par de Marque præfecti fuerant M. M. Le Vasseur et Morand et Le Moine se nihil in eo diligenter lecto quod culpandum esset deprehendisse retulerunt. quamobrem Facultati placuit diuendendi libertatem bibliopolæ quantum ad ipsam attineret concedi, immo examinatorum Decaniq. suffragio et chirographo comprobari et conclusit

A. T. Morand Decanus.

Die sabbati 15. decembris 1674. habita sunt ut solitum est a sacro comitia in quibus super eruditione M. Ioan. Baptistæ Morean qui die iouis antecedenti theses quodlibetarias deffenderat

deffenderat deffinitum est. Facultas eius responsa ut
pote paterna uirtute digna ualde probauit et sic conclusit
A. T. Morand Decanus

Die Sabbati 22. decembris 1674 In facultatis Sacello
Diuinum Sacrificium celebratum est pro M. Iacobo Thevart
die 14. eiusdem mensis extincto./

Die sabbati 23. Ianuarij 1675. In gratiam M. Ioannis
Forestier eiusdem mensis die 15. deffuncti, celebratis in
Sacello nostro Sacris parentatum est./

Die Sabbati uigesimâ nonâ Decembris horâ decimâ matu-
tinâ solitis in comitiis a Sacro, cum M. Ioannes Baptista
Moreau dignissimus censor de uiolatis statutis nouissimum
Doctorem Nicolaum de Iouuancy postulasset, quibus ut
noui Doctores uiris aquibus pileo Magisterij decorantur
gratias agant peculiari articulo, ubi parentes hi uocan-
tur sancitum est, quod prædictus M. Nicolaus de Iouuancy
uirum clarissimum M. Bertinum Dieuxiuoye, a quo
rude pileoque donatus erat ingratus ita neglexisset, ut nullam
in sua gratiarum actione huius accepti beneficij mentionem
fecisset, Censuit Facultas eum omnibus doctoris priui-
legiis priuandum, eiusque Magisterij actum prorsus irritum
habendum esse, quod decretum ut omnibus innotescat
Caueaturque ne simili delicto deinceps in statuta peccetur
maioribus in comitiis confirmandum esse statuit et sic
conclusit A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis notum fecit Decanus se multoties a
chirurgorum et Pharmacopæorum præfectis enixe rogatum
esse, ut conuocatæ Facultati significaret, se nihil ipsis
antiquius esse, quam iunctis uiribus eniti, ut a suis
perpetuis et innumeris hostibus Medicina uindicetur,
quod feliciter cessurum confiderent, si de unoquoque
ordine sagaces uiri delegati conuenirent, qui consiliis
in

in commune bonum conversis, rationem quâ hæc infensa cohors deleri posset excogitarent. se autem hactenus illa silentio prætiisse, non immeritò suspicantem a pharmacopæis et chirurgis sæpe oleam in pacis speciem præferri, sed reverâ ferrum ad bellum occultari, ne tamen quicquam quod ad Facultatis commodum attineret neglexisse videretur, se tandem precibus illorum lubenti animo cessisse. quibus maturè perpensis Facultas tres viros scilicet M. Antonium Morand M. Joan. Baptistam Moreau censorem M. Joan. Armandum Mauvillain et Decanum delegavit qui cum Pharmacopæis et chirurgis consilium inirent simulque (prædictis si qua fides esset) Medicinæ dignitati consulerent et sic conclusit

A. T. Morand Decanus.

Eadem ipsa die cum Decanus Facultati proposuisset sibi porrectum esse libellum inscriptum cours de chymie contenant la maniere de faire les operations qui sont en usage dans la Medecine a Pharmacopæo Regio nomine Lemery concinnatum quem eius comprobari iudicio ac ipsius quoque nomine nuncupari exoptabat, præterea per eam sibi liceret libellos hac formulâ, Lemery fera le cours de chymie &c. in compitis proscribere supplicabat. Facultas tres supradictos viros nempe M.M. Anto. Morand Jo. Bapt. Moreau et Jo. Arm. Mauvillain selegit ut de hoc libello diligenter examinato proximis comitiis sibi referrent et sic conclusit A. T. Morand Decanus.

Die veneris 4. Januarij 1675. convocatis Doctoribus omnibus per schedulam ab apparitoribus delatam ut posteriores accepti et expensi rationes M. Joannis Baptistæ Moreau exdecanj audirent illis exacte subductis Facultas gratas ~~et~~ ratas eas habuit ipsumque honorario consueto donandum ~~esse~~ censuit centum scilicet et quinquaginta libellarum præter summam ipsi debitam singulisque dumtaxat qui his reddendis rationibus aderant doctoribus viritim

tres

tres libellas distribuendas esse antiquissimo Magistro et Decano duplum nec non duobus apparitoribus pro uno doctore numeratis praeterea cum exposuisset Decanus theses de coitu publico publice disputandas porrigi a M. Claudio Guerin ubi petulantioris libidinis turpitudo planius exprimebatur ipsa censuit ne quid verborum obscaenitas ista Scholae indigna de huius gravitate detraheret praedictum M. claudium Guerin ut alias concinniores theses excorandum esse et sic conclusit

A. T. Morand Decanus.

Die Sabbati 12. Januarij 1675. cum ritu Solenni haberentur a Sacro comitia Petiit a Facultate Decanus an gratas haberet responsiones M. Ludovici Poirier qui nuperrime quaestionem quodlibetariam fortiter propugnaverat, Facultas eas non modo probavit sed Laude dignas esse censuit et sic conclusit A. T. Morand Decanus.

Die Sabbati 19. Januarij solennibus in comitiis post Sacrum M. Nicolaus de Jouvancy Facultati Supplicavit ut ipsa, quod propter Statutorum ignorantiam peccaverat ob facti poenitentiam ignosceret, eum quibuslibet conditionibus Suum in Sinum exciperet et secum in gratiam redire pateretur. quibus auditis Facultas errorem quem cito poenitendo correxerat ipsi benigne condonavit, ac eius Doctoratus actum ea lege ratum habuit ut pastillariâ sua proximâ Praesidi suo M. Bertino Dieuxivoye meritam debitamque gratiam tandem persolveret, et ab ipso quod accepti beneficij fuisset immemor veniam publice peteret, utque nullus prae postera Statutorum interpretatione posthac ita delinqueret, illorum articulo quinquagesimo per parentes non modo genitores sed et praesides intelligendos esse docet et omnibus innotescere Jubet ac ita cum Facultate conclusit A. T. Morand decanus

Die

Die sabbati 26. Januarij conuocatis a se iro horâ 10. matutinâ doctoribus omnibus in Scholas Superiores per Schedulam ab apparitoribus delatam ut de cereis offerendis sententiam dicerent primo Decanus Illustrissimum uirum D. Hennequin amplioris consilij procuratorem non semel de Medicorum Scholâ Parisiensi bene meritum esse prædicauit utpote qui multoties nefariis circulatorum conatibus obstitit, nuperrimeque Planum quemdam nomine Harlot quem eius dolo deceptus (nam se Medicum Parisiensem mentitus erat) examinando chirurgo cum M. Guillelmo Petit ascripserat Decani rogatu statim expunxit Doctoremque Parisiensem nempe M. Franciscum Jorand in eius locum suffecit quamobrem æquissimum esse ac optimè cum Facultate actum iri asseruit si cereo huic oblato hocce munusculo se gratam esse testaretur. petiit etiam ab ipsa ut an comitij noui Iudicibus cerei deferrentur statueret. 2°. Nebulonis cuiusdam nomine Barré summam impudentiam exposuit qui ab ægris quos pharmacis temerè datis discruciauerat ipsis die coram Prætore magno Regis dictâ sui furoris mercedem exigebat. 3°. Supplicauit M. Marcus Antonius Hellot licentiatus pro uesperiis et Doctoratu ac de illorum longâ iniustâque morâ qui ante se pileo donandi erant ualdè questus est, cum ultra dies quindecim eam fieri statuta uetent, Facultatem denique rogauit ut nisi duo licentiati scilicet Le Conte et Pelletier Doctoralem lauream ordine suo intra præfinitum tempus sibi conferri curarent, ipsi hanc illorum loco consequi liceret. 4°. Decanus de Baccalaurei uocati Thomasseau eruditione Doctorum sententiam exquisiuit qui die Jouis nuper elapsâ de quæstione quodlibetaria responderat. 5°. Magister Franciscus Blondel litteras sibi a Doctore Medico Burgundo missas legit quibus hic Medicus contro-

uersia

uersiæ inter se et alterum doctorem orta Facultatem
iudicem constituebat, inter eos uerò an sanguis è malleolis
in pleuritide ducendus est acriter disputabatur, cuius negantem
partem qui ad D. Blondel scripserat tuebatur. his perpensis
Facultas censuit 1.° cereos iis quibus solitum est offerendos
esse prætereaque noui comitij seu castelli Iudicibus et
insuper amplioris consilij præsidi primario, Regis duobus
Patronis generalique Procuratori cui dandum esse statutorum Medicinæ librum voluit. 2.° aduersus impostorem istum
uocatum Barré summo iure agendum esse ipsique
litem quamprimum denunciandam esse decreuit. 3.° petitioni
Licentiati Marci Antonij Hellot annuit 4.° Baccalaureum
nomine Thomasseau admisit 5.° denique disceptationis
duorum Medicorum solum M. Franciscum Blondel
arbitrum ea conditione statuit uti de illâ priuato nomine
scriberet et ita conclusit cum Facultate

A. T. Morand Decanus

Parentalia

Die sabbati 31. Ianuarij in sacello nostro pro anima
Nicolai Robin 20. eiusdem mensis mortui sacrum
celebratum est. /

Conuocatis schedulâ peculiari ab apparitoribus delatâ per
iuramentum Doctoribus omnibus in scholas superiores
die mercurij 6. februarij 1675. horâ 2.a pomeridiana
duodecim uirorum de negotio ipsis commisso relationem
audituris et de aliis ad Facultatem pertinentibus deliberaturis; Antiquior Magister Franciscus Piiart
nomine cæterorum quos excutiendæ Medicorum extraneorum aggregationi ab Archiatrorum comite propositæ
Facultas præfecerat, multoties habita concione rem illam

sic

sic esse conficiendam omnibus momento suo ponderatis censuisse vebilit, hanc ut nempè Archiatrorum comitem Decanus adiret, et Facultatem non parum ipsi debere profiteretur, quod eMedicis rebus nimium his iniquis temporibus perturbatis atque confusis unâ cum eâ modum aliquem afferre uoluerit, peroptare tamen ipsam ut nihil quod moribus ac legibus antiquis repugnet innouetur, nullusque nisi uir eximius, quique diu medicam artem exercuerit modo statutis præfinito aggregetur. 2°. de Libro Pharmacopolæ Lemery renunciatum est non indignum esse qui prodiret in lucem si modo pauca quædam menda tollerentur. 3°. Librum a D. du Boulay de prato clericorum scriptum Decanus protulit quem author Facultatis Judicio subiiciebat. 4°. ipse Decanus Facultatem certiorem fecit sibi ab uniuersæ academiæ quæstore nomine Daccolle summam ab eâ pro stipendiis Professorum concessam denegari, cui facto comitij Judicium quo si hanc solueret carceri addictus foret subdolè et Rectore in cuius gratiam indictâ Facultati causâ latum erat cum ipso colludente prætendebat, insuper addidit Judicium hoc excepisse quæstoris ad senatum prouocationem quæ decano denunciata fuerat. his auditis sic censuit Facultas ut nempe duodecim uirorum Judicio staretur. 2°. liber Pharmacopolæ Lemery emendatus Facultatisque consensu a Decano subsignato munitus in apertum prodiret 3°. Librum D. du Boulay a M. M. Philibertus Morisset Nicolaus Richard, et Antonius Le Moine perlegerent de ipso ad Facultatem relaturi 4°. de stipendiis Professorum ab Academiæ quæstore recusatis Patroni consulerentur et ex ipsorum consilio aduersus eum totis uiribus ageretur et sic cum Facultate conclusit. A. T. Morand Decanus.

Die sabbati 16. februarij 1675. a sacris horâ 10ª. matutinâ cum solitus haberetur conuentus Doctorum astantium sententiam super

Super eruditione M. Francisci Girard baccalaurei qui nuperrimè theses quodlibetarias eleganter deffenderat Decanus exquisiuit quæ omnium consensu non modo probata fuit sed etiam magnoperè laudata, quod suo calculo confirmauit
A.T. Morand Decanus.

Die sabbati 23. februarij in comitiis quæ solent haberi post sacrum hora 10. matutinâ Facultas rogata ut de responsis M. Petri Bonnet Baccalaurej iudicium ferret qui die Jouis nuper elapsâ cardinalitias positiones animose propugnauerat, abundè sibi et scholæ dignitati satisfactum esse testata est, ac ita conclusit A.T. Morand Decanus.

Parentatio Dni Lusson

Die sabbati 2. Martij manè hora 10.a post sacra solitis in comitiis Facultatis causam de pensitatione annua viginti quinque libellarum ab hæredibus D. Lusson debita sic a Propretore comitij iudicatam esse. Decanus renuntiauit, hos nempe ita summæ prædictæ 25. libellarum annui reditus condemnatos esse ut unusquisque pro omnibus huic toti addictus sit, eiusque bona obnoxia sint, quæmadmodum D. Lusson testamento fertur, quod id circo ab illis exigendi authoritate valere declaratur, quantum attinet ad conditiones quas illi ferunt uti denario vigesimo tantum vectigal illud redimant, sic se res habet, illæ censentur æquæ quod intra annum exequentur, quo tempore Facultas occupatam pecuniam indicare tenebitur et litis impendia compensata sunt. 2.o Decanus legit hunc libellum supplicem a Rhotomagensibus pharmacopæis Facultati porrectum.

Messieurs les Doyens et professeurs de la Faculté de Medecine en l'uniuersité de Paris.

Supplient humblement les Maistres et gardes apoticaires de

de la ville de Roüen et vous remontrent qu'estants en procez depuis 1680
six mois contre les droguistes épiciers de laditte ville a cause des usur-
pations continuelles qu'ils font sur la pharmacie et aussy pour
raison de l'approchement et saisie que les apoticaires auroient fait
de plusieurs compositions Galeniques et spagiriques trouvées chez un
Maistre particulier desdits droguistes du nombre de celles contenües
au memoire cy attaché et entr'autres la theriaque, confections
d'Alkermes et d'hyacinthe, poudre d'algerot sel de mars et autres
sur laquelle action les gardes audit mestier d'épicier auroient donné
adionction au procez pretendant que lesdittes compositions ainsy que
toutes les preparations chymiques contenues audit memoire sont de
leur dependance a la reserve de l'eau de canelle et du diacarthami
c'est pourquoy lesdits apoticaires implorent vostre assistance Mess-
ieurs comme protecteurs de la pharmacie et vous prient tres
affectueusement d'attester que lesdittes preparations Galeniques
et spagiriques sont de la dependance seule des apoticaires a l'excl-
usion desdits epiciers c'est la justice qu'ils esperent de vostre tres cel-
ebre université fait audit Roüen en la chambre commune des-
dits apoticaires le 9. feburier 1675. signé

A. Leusel — A. du Marets ancien garde
J. Le chandelier — G. Congnard
A. du Bue

Sequebatur catalogus medicamentorum tam chymicorum quam gal-
enicorum quem hic describere supervacaneum esse duxi. his exp-
ensis Facultas Propoatoris comitij iudicio standum esse censuit
et petitioni Pharmacopaeorum Rhotomagensium annuit Decanoq;
mandavit ut scripto testaretur solis pharmacopaeis licere compo-
sita et chymica medicamenta divendere et sic conclusit

A. T. Morand Decanus.

Die sabbati 9. Martij solitis in comitiis Magister Nicolaus
Pelletier

Pelletier licentiâ donatus pro vesperiis et doctoratu Facultati Supplicavit, et cum hanc deprecatus esset ne a M. Renato le Comte etiam licentiato primoque ex ordine Doctore renuntiando tam longas et iniustas quas interposuit de industria moras Magisterij laureæ adipiscendæ neglectis Statutis sibi fieri pateretur, quæ has non ultra quindecim dies proferri præcipiunt, ita censuit exorata Facultas uideret nempe Decanus nequid postea detrimenti caperet Statutorum authoritas, sicque nisi prædictus D. le Comte intra hoc præfinitum ab iis tempus Magisterij gradum attequutus esset, Licentiato Pelletier ne illius negligentia multaretur ad eum hoc elapso tempore uia pateret, et ne quid ipsum ad laborum metam tendentem remorari ualeret, uoluit Jussitque Magistrum Petrum Perreau cuius partes sunt primo Doctoratus actui præesse moneri ut intra dies quindecim illo munere defungeretur ac in illius uel renuentis uel cunctantis locum Decanus alium sufficeret.

Iisdem in comitiis Supplex etiam accessit M. Marcus Antonius Hellot licentiatus et rogauit Facultatem ut ipsa Decreto caueret ne cuiuscumque iniuriâ ultra præscriptum temporis interuallum a Magisterij laureâ consequendâ prohiberi posset, immò ut hoc elapso, prioris licentiati loco (si Diem Doctoratus absque legitimâ causâ differret) inaugurari pileoque ornari sibi liceret, cui Supplicanti Facultas annuit iterumque Decano mandauit ne Statuta decretaque sua irrita iacere sineret, utique cuiuslibet Doctoris cuius erit pileum ordine suo imponere ultra dies quindecim immerito procrastinantis munus ad alium defferet et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand decanus.

Die Lunæ 12.ª Martij horâ 2. pomeridiana diebusque sequentibus

Sequentibus M. Ludovicus Gallais omne chirurgici operis genus exposuit quod in virili cadavere Philippus Leauté chirurgus Parisiensis peritissimâ manu exequutus est.

Die Sabbati 23. Martij 1675. in conventu qui solet haberi manè a Sacris M. Petrus Perreau Supplex accessit de nuper lato decreto querulus quo alium in eius locum Sufficere Decano mandatum erat si ultra Statutis deffinitum tempus Licentiati Le comte inaugurationem prorogaret, et moram quindecim dierum vehementer a Facultate petiit, quam rogavit Decanus ut de Baccalaurei M. Petri Bonnet qui ultimus theses cardinalitias strenue tuitus erat eruditione indicaret. de his ita decrevit Facultas ut M. Petrus Perreau licentiatum intra hebdomadam quæ immediate pascha sequitur Magisterij pileo donare cogeretur. quod spectat ad Baccalaureum eius responsa plurima laude digna censuit et sic conclusit. A. T. Morand Decanus.

Die Jovis 4. Aprilis 1675. Decanus litteras a pharmacopæis Rhotomagensibus scriptas accepit quibus pro decreto nuper in eorum gratiam lato quod exequutus erat Facultati plurimas gratias agebant sequuntur illæ litteræ A Messieurs

Messieurs Les Doyen et professeurs de La Faculté de Medecine en l'Université de Paris.

Messieurs

La haute reputation que s'est acquise vostre celebre université fit que nous entreprismes de vous presenter requeste pour vous demander protection contre la pretention des epiciers usurpation iniurieuse a la Medecine ruineuse a la Pharmacie preiudiciable a l'utilité publique, nous nous estions persuadez Messieurs que vous ne permettriez pas qu'un de vos membres fut opprimé par l'entreprise de ces usurpateurs et a la verité l'effet a respondu a nos esperances par l'attestation authentique que vous avez envoyée nous vous en rendons nos treshumbles graces et vous prions de continuer vos assistances pour les restes languissants (s'il faut ainsy dire) de la

pharmacies

pharmacie si l'on nous rend iustice comme nous l'esperons toutte la gloire vous en sera deüe aussy tous les apoticaires de France vous en auront obligation eternelle et particulierement tous ceux de nostre communauté qui feront gloire d'estre perpetuellement de vous et de toutte vostre tres celebre université

Messieurs

Les tres humbles trez obligez et tres obeissants Serviteurs

A. du Marest B. Leydel A. du Bue
Aubourg J. Congnard Jacques Le chandelier
Gabriel Le chandelier.

Die sabbati 6. Aprilis solitis in comitiis horâ 10. matutinâ post Sacrum cum M. Renatus Le comte licentiatus pro vesperiis et Doctoratu supplicauisset cumque doctorum omnium de baccalaurei M. Petri Girard qui ultimus de cardinalitiâ quæstione docte responderat eruditione sententiam exquisiuisset Facultas sic censuit, Licentiatum ad vesperias et Doctoratum admisit et Baccalaureum dignitati Scholæ satisfecisse statuit quod suo calculo comprobauit

A. J. Morand Decanus.

Die Lunæ 22. Aprilis dies obitus M. de colonia quod in Pascha hoc anno caderet in Sacello nostro sacri celebratione commemoratus est et octo Libellæ præsentibus datæ sunt uti supremâ defuncti voluntate constitutum est.

Die sabbati 25. Maij 1675. horâ 10. matutinâ post Sacrum conuocatis per schedulam ab apparitoribus delatam in Scholas Superiores doctoribus omnibus auditis relationem clarissimorum virorum qui examinando Libro du Boulay præfecti erant M. Antonius de Moine cæterorum nomine quædam in Facultatem per librum du Boulay sparsa esse retulit iisdem in comitiis M. Claudius Berger libellum a Medico Gratianopolitano gallicè scriptum Facultati porrexit quem

authör

Author illius iudicio subiiciebat sic inscriptus erat apologie du lis des estangs communement apellé nymphaa. Decanus insuper renunciauit a chirurgo nomine Fournier epistolam quam de motu sanguinis fecerat iudicio Facultatis etiam obnoxiam reddi et eam enixè rogari ut libri quem de partu scripserat menda omnia quæ liturâ tolleret ipsi amicè detegi curaret. ultimum M. Dionysius Puillon supplex accessit et uehementi oratione quorumdam et quidem antiquiorum uecordiam qui fide atque iureiurando quibus nihil sanctius esse potest uiolatis lucro solo sordidè ducti cum aliarum Facultatum Medicis omnibus non modo consilium ineunt uerum etiam scholæ dignitatis suæque ipsius desertores atque proditores auari, illis assurgere primatumque locum cedere non erubescunt quamobrem a Facultate ——is acriter postulauit uel in periuros istos pro legum ac decretorum seueritate animaduerteret uel eum sacramento quo ut cæteri doctores obligatus est solueret. his omnibus pensitatis Facultas ita censuit ut M. Antonius le Moine omnia quæ in libro D. du Boulay animaduersione digna obseruauerat Decano deferret qui libro nisi priùs illis omnibus repurgato non subscriberet. 2°. Legendo Nymphaa apologetico M. M. Franciscum Blondel et Rolandum Merlet praeposuit. 3°. petitioni chirurgi Fournier annuit M. Antonio le Moine ut epistolam expenderet ac eius libri errores indicaret mandauit. 4°. rem a M. Dionysio Puillon propositam in alia comitia ut pote maximi momenti differri uoluit nec eum solui sacramento posse decreuit et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Die sabbati 8. Junij 1675. in comitiis quæ haberi solent a sacris Cum Decanus retulisset se curasse ut regia manus in librum inscriptum l'estat present de la chirurgie fait par T. charpentier iniiceretur quem insciâ facultate a bibliopola nomine d'Houry typis mandatum acceperat eumque librum legendum et euoluendum

et euoluendum obtulisset ita censuit Facultas ut Bibliopola dictus d'Houry se facti pœnitere testaretur et nunquam sic deinceps lapsurum polliceretur. libri autem examinandi munus M. M. Germano Preaux et Dionysio Puillon dedit sicque conclusit. A. T. Morand decanus.

Die Sabbati 6. Julij 1675. cum solitus conuentus haberetur hora 10. matutina M. Germanus Preaux libellum inscriptum l'estat present de la chirurgie neque censurâ neque calculo Facultatis dignum esse retulit sic Facultas censuit ut bibliopolæ dicto d'Houry sub conditionibus priori decreto propositis libellum hunc diuendere liceret quod decretum alio maioribus in comitiis per schedulam ad omnes doctores delatam indictis confirmaretur et sic conclusit A. T. Morand decanus

Die Sabbati 20. Julij conuocatis per schedulam ab apparitoribus delatam in scholas superiores doctoribus omnibus hora 10. matutina clarissimorum uirorum qui libris Io. charpentier et Fournier legendis præfecti fuerant relationem audituris M. Germanus Preaux idem quod ultimis in comitiis dixerat librum nempe J. charpentier non eum esse qui a Facultate probandus uel damnandus foret et M. Antonius le Moine libellum de partu epistolamque de sanguinis motu chirurgi Fournier non pauca menda continere quæ doctrinæ probatæ repugnarent testatus est quibus auditis sic censuit Facultas 1°. ut confirmato ultimo decreto manus regia in libellum J. charpentier iniecta solueretur et Bibliopolæ librum hunc nullo tamen Decani scripto munitum in lucem proferre liceret iisdem conditionibus quibus sancitum erat. 2°. ut liber ac epistola chirurgi Fournier non nisi purgata mendis in apertum prodire sinerentur et ita conclusit A. T. Morand decanus.

Die Lunæ 5. augusti 1675. hora 2. pomeridiana conuocatis doctoribus omnibus in scholas superiores per schedulam ab

apparitoribus

apparitoribus delatam de Facultatis rebus deliberaturis 1.° Decanus libellum de arte cosmetica gallice a D. Le Monnier sibi Medici nomen arrogante scriptum sibi a Propraetore urbanae politiae missum legendum et examinandum Facultati proposuit 2.° M. Franciscus Blondel de libello inscripto apologie du lis des estangs ou du nymphaea nihil in eo contineri retulit quod uel humano generi usum fructumue uel minimum uel authori laudem afferre posset. 3.° M. Ioan. Baptista Moreau censor et M. Dionysius Puillon de quorumdam temeraria procacitate turpique ambitu uehementer expostularunt ille quidem a Facultate petiit ut ii qui extra ordinem loquendi libidine pruriunt et suos collegas comitiis insectantur uel iniuriâ quacumque afficiunt grauiter multarentur hic uero ut in eos qui seruili prensatione curam aegrorum uicatim per fas et nefas ambiunt seuerè animaduerteretur. 4.° M. Franciscus Blondel rogauit Facultatem ut audax libri sui iniussu immo se inuitâ a Guillelmo Lamy editi facinus graui poena ulcisceretur. quibus auditis sic censuit Facultas ut 1.° M. Germanus Preaux et M. Claudius Puillon libello de arte cosmeticâ legendo excutiendoque incumberent Facultatique referrent. 2.° ut liber de nymphaea nullo ullius doctoris iudicio probaretur. 3.° comitia quamprimum haberentur in quibus super expostulatione tum censoris cum M. Dionysii Puillon maturè deliberaretur denique in authorem editionis libri a M. Guillelmo Lamy scripti (nam a se in lucem prolatum fuisse negabat) Decanus inquireret quae accepisset de hac editione quam a se reiicit, Facultati renunciaturus. et sic conclusit A. T. Morand decanus.

Die sabbati 10. augusti 1675. funeri M. caroli Brisset 30. iulij rapti iusta soluit Facultas sacris in sacello factis.

Die sabbati 10. augusti hora 11. matutina solitis in comitiis cum retulisset Decanus manum regiam iniicej curasse in librum inscriptum Les recherches de l'origine et du Mouuement du sang du cœur et de ses uaisseaux, du laict des fiebures intermittentes et des humeurs

concinnatum

concinnatum a Jacobo Chaillou Medico Andegauensi quod
iniussu Propvatoris urbanæ politiæ et inconsultâ Facultate a
Bibliopola nomine Couterot typis hic mandatus esset quem facti pœni-
tere ueniamque a Facultate petere testatus est, quibus auditis
Censuit Facultas ut librum prædictum M. M. Antonius
Morand et Claudius de Biendisant expenderent, et Facultati quis nam
esset exponerent, interim Decanus ab omni actione aduersus
bibliopolam quandiu sic animatus esset temperaret et ita conclusit
A. T. Morand Decanus

Die Sabbati 17. Augusti pro M. Francisco Vignon olim
[illegible]atalia Decano 2. eiusdem mensis 1675 defuncto Deo optimo maximo
uota nuncupata sunt.

Die Sabbati eadem 17. augusti hora 11. matutinâ post Sacrum
cum Decanus in comitiis quæ hac die solent haberi libellum
inscriptum des eaux de Vichy authore D. Joly doctore medico
legendum obtulisset, huic muneri præpositi sunt Facultatis
sententia 4.^or doctores scilicet M. Petrus de Mersenne, M. Germanus
Hureau ex 1.^a classe atque ex alterâ M. Dionysius Puillon
et Nicolaus Rainssant, quod suo calculo confirmauit
A. T. Morand decanus

Die 24. augusti horâ 10. matutinâ conuocatis per schedulam
ab apparitoribus delatam doctoribus omnibus in scholas superiores
clarissimorum uirorum libris de arte cosmetica, de origine et
motu sanguinis ac de aquis Vichianis examinandis præfectorum
relationem audituris et super expostulatione M. Joan. Baptis.
Moreau censoris et M. Dionysii Puillon in comitiis die Lunæ
5.^a augusti habitis factâ deliberaturis 1.º M. Germanus
Preaux librum de arte cosmetica a quodam Medici nomen
sibi arrogante conscriptum, nihil aliud esse quam arcanorum
medicaminum merum encomium retulit, quæ cum non reuelaret
sed alti silentii uelis obtensa uoluisset laudare uel culpare
uel

vel de illis ut pote ignotis sententiam ferre nullo modo posset 2°. M. Petrus de Mersenne ab authore libelli de aquis Vichienis earum aquarum salubritatem ex se claram levissimis argumentis non modo male asseri sed non parum obscurari protulit. 3°. M. Antonius Morand Pater meus in libro Medici vocati chaillou nihil arguendum occurrere testatus est nisi forte quod Aristoteli cum de corde disserit addictus ab Hippocratis et Galeni partibus deficeret. 4°. Decanus decreto die Lunæ 3. huius mensis Lato sancitum fuisse exposuit ut quamprimum haberentur comitia in quibus super expostulatione tum censoris adversus contumeliosos in suos collegas, et immature atque extra ordinem loquendo turbas in conventu facientes cum M. Dionysii Puillon eorum ignaviam arguentis qui curam ægrorum turpissimâ lucri cupiditate ostiatim in aliorum detrimentum ambiunt mature deliberaret Facultas quomodo his gravissimis malis in posterum prospiceret 5°. Censor dignissimus Facultatem monuit quod neglecta eius authoritate solo archiatrorum comitis nomine fretus chirurgus Maurisseau suum librum de partu eius iniussu confidenter ediderit eamque rogavit ut sagaces viros seligeret qui diligenter in eius doctrinam inquirerent 6°. Legit Decanus libellum supplicem Facultati a chirurgis suburbii d. Germani porrectum qui sic se habebat.

Messieurs Les Doyen et
Docteurs regents de La Faculté de Medecine en l'université
de Paris.

Sont tres humblement suppliez de La part de leurs tres obeissants serviteurs Nicolas Picart, Daniel Verny, Vital Bouret, Mathurin Mesnard, Guillaume Langlois, pierre de la croix, Nicolas Pontot Pierre Martin, Joseph le Conte, simon de vaux Jacques le beau Jean Blondeau Pierre Marquet, Hubert Roux, Pierre du pré, Pierre robillard Michel Gontier, charles Monginet charles chastenent, simon Audry tant pour eux que pour leurs confreres tous maistres chirurgiens demeurant dans les fauxbourgs de Paris de leur donner attestation et

certificat

certificat des tiltres de la maitrise qu'il vous a pleu leur donner et octroyer aprez que lesdits suppliants ont eu l'honneur de faire les actes et chef d'œuvres qui leurs ont esté imposez par Messieurs les prevots et iurez gardes et Maistres chirurgiens de Paris et ensuitte dequoy ont esté trouvez capables et presté le serment devant vous en qualité de Maistres des faux bourgs és lieux qu'ils occupent presentement et cestecque Messieurs les Maistres chirurgiens de Paris leur contestent c'est pourquoy nous avons pris la liberté de vous supplier de nous octroyer s'il vous plaist cette tres humble requeste aux fins susdittes et nous continuerons nos vœux au ciel pour vos prosperitez et santez. Signé N. Pontot J. de Beau Picard

Verny, Langlois, Blondeau

Quibus exacte pensitatis sic censuit Facultas 1° ut liber de cosmeticâ nullo eius consensu probatus nulloque scripto munitus authori redderetur quippe qui mysteria contineret de quibus ni retegerentur iudicare nefas erat. 2° typis quidem mandari descriptionem aquarum Vichianarum et in lucem prodire librum de origine motuqz sanguinis scripto consentire non recusauit doctrinam vero laudare noluit. 3° ut Turbulentorum quorundam loquacitatem, turpiter ambientium audaciam et iniuriosorum ferocitatem deinceps comprimeret voluit iussitque ut quicumque turbato in comitiis ordine tumultuatus fuerit vel sententiam ferentem interpellaverit vel ullâ iniuriâ collegam affecerit (modo de re planè constet) summâ quindecim libellarum ex vectigali Facultatis in sacelli ornamenta impendendâ multetur, qui verò sordidâ prensatione in alterius detrimentum cuiuslibet ægri curam ambire ausus fuerit (si res plana sit) Scholæ omnibus emolumentis priuetur ac de doctorum albo expungatur. quem huiusce decreti articulum singulis annis die divo Lucæ dicato post sacrum ab apparitore magno recitari voluit,

ne

ne tandem illud malum longiùs magno Scholæ damno et Ludibrio serpat Kalendis (uel die sequenti si cadant in diē festum) singulorum mensium habenda esse comitia statuit in quibus de Facultatis rebus omnibus maximeq. de huius conseruanda dignitate agetur in quem finem uiros octo nominauit scilicet M. Franciscum Blondel, Germanum Preaux, Antonium Morand, Petrum de Mersenne ex maiori ordine, Io. Baptis. de Reuellois, Nicolaum Rainssant, Claudium Berger et Raymundum Vaslet qui Kalendis septembris proximis in comitiis adessent ~~[illegible]~~ ut ne quid detrimenti capiat Facultas cum decano prouiderent 4°. Doctrinæ libri chirurgi Maurisseau excutiendæ M. M. Rolandum Merlet Antonium Burgaud et Antonium Le Moine præposuit 5°. Supplicibus chirurgis suburbii diui Germani quicquid in facultatis commentariis scriptum fauere uidebitur tradi præcepit et sic conclusit A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis M. Germanus Preaux de uiolatis statutis neglectisq. decretis huius ordinis Doctorem postulauit quippe qui a uigesimo tertio Aprilis quo ad Vesperiarum actum M. Renati Le comte celebrandum eorum reuerentiâ quadam impulsus est eorumdem authoritate adduci non potuit ut intra tempus ab iis præfinitum licentiatum hunc tandem aliquando Doctoris pileo donaret sed in hunc usque diem moras cæteris licentiatis molestissimas de industriâ traxerit Quamobrem censuit indignata Facultas ut nisi die lunæ 16. septembris suo debitoque Magisterij lauream imponendi munere defungatur Scholæ omnibus emolumentis priuetur et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Die lunæ 26. augusti 1675. superius decretum ab apparitore magno Roberto Pepin denunciatum est.

Die Lunæ 2. septembris 1675. conuocatis Doctoribus omnibus in Scholas superiores per schedulam ab apparitoribus delatam horâ 2.a pomeridiana decretum superiori die sabbati 24. Augusti latum confirmaturis nec non iuxta illud de rebus Facultatis omnibus eiusq. conseruanda dignitate deliberaturis Censuit Facultas antequam de

de negotiis ullis ageretur ut ratum ab omnibus haberetur trinâ peculiarique convocatione stabiliendum esse ac id cirò secundùm confirmavit et comprobavit ac ita conclusit

A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis cum librum a M. claudio Guerin de chirurgia conscriptum Facultati Decanus Legendum obtulisset M. Antonium Morand, claudium Quartier, et Raymundum Vaslet huic muneri præfecit. /

Die Sabbati 14. Septembris cum Decanus in comitiis quæ hac die Solent haberi librum examinandum convocatæ Facultati porrexisset sic inscriptum Thesaurus pharmacopææ Gratianopolitanæ. Facultas huic Legendo quatuor Doctores præposuit scilicet M. Antonium Morand Dominicum de Fary, Petrum Daquin et Nicolaum Raveaum sicq conclusit A. T. Morand Decanus.

Die martis 1.a octobris 1675. horâ 2.a pomeridiana convocatis per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus in Scholas Superiores decretum 24. Augusti latum die lunæ 2.a Septembris secundo comprobatum tertiò confirmaturis quo sanciebatur ut singulorum mensium Kalendis vel die sequenti proximâ si caderent in diem festum haberentur comitia in quibus de Facultatis rebus omnibus maximèque de huius conservandâ dignitate ageretur nisi quid foret gravioris momenti ad alia reiiciendum definiretur, id Facultas ratum habuit tertiumq confirmavit et ne sit infrequens conventus censuit duodecim Doctores sex nempe maioris ordinis totidemque minoris serie catalogi singulis mensibus designatos per apparitores monendos esse qui ~~aut~~ nisi his ~~adsint~~ aut saltem vicarium ad ea mi~~ttant~~ viginti assium multâ teneantur quod decretum ne quemquam lateat typis mandatum ad omnes doctores defferri voluit et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis cum multi questi essent nebulonem quemdam cognomine Thuillier in ægrorum perniciem impune grassari ac nomine quod illi cum collega nostro M. Matthæo Thuillier commune est abusum, eius gratiam et authoritatem mentitum, in plures ægrorum domos ea propter admissum impudenter irrepere. Censuit Facultas ut M. Matthæus Thuillier quamprimum de istius plani impostura certior fieret incredibilem hanc audaciam compressurus et sic conclusit A. T. Morand Decanus.

Die veneris 18. octobris 1675. qui divo Lucæ Medicorum Patrono Sacer est cum Sacra Solennia more solito facta essent Facultas ab apparitore magno conuocata fasces argenteos quos Apparitores deposuerant ipsis reddidit, epistolam quam chirurgus Michau examinandam porrexerat M. Philippo Harduino de St. Jacques et Antonio Le Moine legendam dedit, chirurgos petentes ut quos elegerant ex suis ad cadauera in scholis Medicorum dissecanda probaret nec alios huic muneri præficeret repulit, moreque solito agendum esse statuit, dein Magnus Apparitor Selecta Facultatis decreta præsertimque nuper latum die 24. Augusti recitauit Decanoque Baccalaurei fidem dederunt et concilium dimissum est.

Die Sabbati 19. octobris horâ 9. matutina feraliorum Solennia celebrata sunt a quibus Prætoris magni Pharmacopolæ auestère et Sacramento solito obligati sunt, tandemque chirurgi primipilo Petro Tourbier Regis primarii barbitonsoris uicario qui eorum nomine in uerba Facultatis iurauit quod præstiterunt quatuor chirurgorum Præfecti ~~et~~ clientum professionem edidêre sed nummum aureum persoluere recusarunt, rogaruntque Facultatem ut Thomæ Reynier et Petri Martin perita manu in publicè dissecandis cadaueribus uteretur ne inposterum admissis rudibus et inexpertis erubesceret chirurgorum cætus, Verum Iuxta decretum die

festo

festo d. Lucæ Latum venuit. minor item apparitor libellum —
Supplicem Facultati obtulit quo sibi Locari ædes quas ab annis
uiginti quinque habitat œnopola uir frugi nec in ære nostro —
uocatus Bariat ab ipsa efflagitabat, cuius petitionem tanti —
fecit Facultas ut hospite antiquiori spreto censuerit elapsis —
locationis annis sicque soluto quod œnopola cum facultate fecerat
pacto, minori Apparitori nomine filesac ædiculas quas ille
Bariat incolit, eodemquo ipse conduxisset pretio tradendas esse,
modo filius defuncti de La Roche olim apparitoris magni, mino-
ris apparitoris munere fungeretur et ipse Filesac Baret —
concedi uoluit
Sponsorem qui rem cautam præstaret sed ea præsertim lege ut —
nulli unquam cauponi ædes illæ inposterum locarentur et sic
cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Res gestæ apud chirurgos Decano M. Antonio Joanne Morand Parisino a mense nouembri 1674. ad eumdem mensem 1675.

Die martis sextâ nouembris 1674. hora 2. pomeridiana ut solitum est Maria Dionis uxor Petri le Leu in obstetricum arte specimen dedit a chirurgorum præfectis præsente Decano præsideq. diligenter examinata./

eadem die Maria du Pré Ludouici Mignot chirurgi coniux ab iisdem examinatoribus tentata et probata est.

Die iouis 8. nouembris 1674. horâ solita Maria Alexandre Petri Mathieu dicti le Roy uxor in obstetricum album cum laude relata est./

Die sabbati 10. nouembris horâ solitâ Joanna le cuit coniunx dicti da Villegoury a chirurgorum præfectis uariis petitionibus probata, obstetrix creata est./

Die Lunæ 12. nouembris 1674. hora 2. pomeridianâ chirurgiæ tyro cognomento chardin primum examinatus est præsente Decano M. Francisco Piiart antiquiore et Alexandro Michaële Denyau stipato uocant hunc actum premier examen./

Die veneris 16. nouembris horâ solita Anna Le sage uxor Joannis Meruille a chirurgorum præfectis interrogata satisfecit. eadem die Margarita du bout uidua Dionysii Janston et claudia Molle uxor Jacobi Le musnier in obstetricum numerum ascriptæ sunt./

Die Lunæ 17. decembris 1674. chirurgiæ candidatus cognomine Josselin anatomem inchoauit et intra hebdomadam perfecit./

Die mercurii 19. Decembris hora 8. matutina chirurgiæ Tyro uocatus Blancher operationum chirurgicarum rudimentum posuit et intra dies octo confecit./

Die lunæ 24. decembris horâ 2. pomeridianâ chirurgiæ tyro uocatus Arparand suam in arte dissecandi industriam per totam hebdomadam

dam probauit./

Die ueneris 4. Januarij 1675. horâ solita chirurgiæ candidatus cognomento Simon præsentibus M. Philiberto Morisseta M. Ludouico Gallais cum decano primis interrogationibus exploratus est./

Die ueneris 11. Januarij horâ solita Genouefa de Lestre uxor Simonis Baneau et Magdalena Petit edmundi caillart coniux obstetrices renunciatæ sunt uariis interrogationibus probatæ./

Die Lunæ 21. Januar. chirurgiæ tyro cognomine Prudhomme præsentibus M. M. Francisco Blondel et Petro cresse cum decano primum interrogatus est./

Die Lunæ 11. februarij 1675. chirurgiæ candidatus qui Licentiam exercendæ chirurgiæ in D. Antonij suburbio expetebat ob crassam eius ignorantiam repulsam passus est./

Die martis 12. februarij et die iouis sequente horâ solitâ in uenâ secanda industriam exhibuit chirurgiæ candidatus qui uocatur Planchet.

Die martis 19. februarij et die iouis consequente chirurgiæ candidatus se uenæ secandæ peritum ostendit qui uocatur Insselin.

Die martis 26. februarij et die Iouis consequente se in uenis aperiendis exercitatum esse probauit chirurgiæ candidatus nomine Harparand.

Die dominica 3. martij 1675. chirurgiæ candidatus nomine Prou anatomen orsus intra dies octo confecit.

Die ueneris 15. Martij chirurgiæ tyro cognomine Pignol cadaueris ipsi a Decano concessi sectionem aggressus intra hebdomadam ad finem perduxit

Die sabbati 27. Martij chirurgiæ tyro cognomine Luquel et 6. diebus sequentibus cum omnium plausu specimen anatomicum dedit./

Die mercurij 3. aprilis 1675. carolus Gilles Ptocotrophij generalis chirurgus apud senatus Principem a chirurgorum præfectis examinatus in eo chirurgiam exercendi munere dignus putatus est præsentibus M. Abrahamo Theuart et M. Raymundo Finot unà cum Decano quem per schedulam suo chirographo munitam

adesse

adesse rogauerat illustrissimus Senatus Princeps de Lamoignon qui praesse huic actuj uoluit./

Die Martis 30. aprilis et die Iouis sequenti chirurgiae candidatus cognomine cuquel de phlebotomia interrogatus omnium expectationi cumulatissime satisfecit./

Die Iouis 9. Maij 1675. Maria Bazin uxor Petri Briere se in obstetricandi arte uersatam probauit.

Die Sabbati 11. Maij Maria Haudebert uxor Petri Godefroy in obstetricum numerum relata est./

Die Lunae 13. Maij chirurgiae tyro cognomento Grandin coram Decano qui sibi comites adiunxerat M. Antonium Morand patrem suum et M. carolum de Laual primum examinatus est

Die martis 14. Maii et die iouis consequente chirurgiae candidatus cognomine Pignol phlebotomiae peritum se probuit./

Die veneris 10. Maij 1675. horâ solita Francisca de Vallois Iacobi Garnier uxor obstetricum numero adscripta est.

Die martis 28. maij et die iouis consequente chirurgiae candidatus uocatus Planchet de medicamentis chirurgicis respondit./

Die martis 25. Iunij 1675. et die iouis sequente chirurgiae candidatus uocatus Pignol de chirurgicis medicaminibus interrogatus est./

Die martis 2. Iulij 1675. et die iouis consequente chirurgiae candidatus nominatus Insselin de chirurgicis medicamentis examinatus est./

Die veneris 5. Iulij chirurgiae tyro cognomento Thierry coram M. Germano Preaux et Ioan. Baptista de Renelbois quos uocauerat Decanus primum interrogatus fuit./

Die sabbati 8. Iulij dieque Lunae sequenti Francisca Lamiral uxor Francisci Falaise de obstetricandi arte interrogata obstetrix renunciata est.

Die martis 9. Iul. et die iouis sequente Maria Garnier se obstetricandi arte doctam demonstrauit.

Die veneris 12. Iul. chirurgiae candidatus cognomine Planchet ultimum interrogatus

interrogatus præsentibus M. Nicolao Lienard et M. Antonio de Caën cum Decano astantium existimationi satisfecit.

Die sabbati 13. Julij 1675. Domina Gaule obstetricandi licentiâ donata est./

Die martis 30. Julij dieque iouis sequente chirurgiæ candidatus nominatus cuquel magnam habere se medicamentorum chirurgicorum notitiam planum fecit./

Die Lunæ 5. augusti 1675. coram M. Germano Preaux et M. Francisco Goüel Decanum comitantibus in arte chirurgicâ Magisterium adeptus est chirurgiæ candidatus cognomine Planchet./

Die mercurij 7. augusti chirurgiæ candidatus nomine Pignol coram M. claudio Le vasseur et M. Dionysio Puillon a Decano vocatis ultimis interrogationibus respondit./

Die Lunæ 12. augusti chirurgiæ candidatus cognomento Pignol chirurgiæ exercendæ potestatem obtinuit coram Decano M. Petro de Mercenne et M. carolo de Laual.

Die Lunæ 26. augusti chirurgiæ candidatus cognomine Insselin ultimis interrogationibus satisfecit coram Decano qui sibi comites adiunxerat M. Franciscum Paiot et Jacobum Le Menestrel./

Die iouis 29. augusti 1675. Magisterio donatus est chirurgiæ candidatus Insselin præsente Decano qui comites habebat M. Martinum Akakia et nicolaum Rainssant./

Die ueneris 30. Augusti duodecim chirurgi Tyronis chirurgiæ uocati Balibour doctrinam tentarunt et hoc uocant la tentatiue præfuit Decanus solus nam abfuerunt M. claudius Germain et carolus Le Long qui uocati fuerant

Die sabbati 31. augusti a 12. chirurgis interrogatus eorum quæsitis respondit chirurgiæ Tiro dictus Mauclerc et hic actus uocatur La tentatiue et omnium primus est adfuerunt cum Decano M. Philippus Harduinus de St. Jacques et Antonius

Le

Le Moine./

Die martis 3. Septembris 1675. et die iouis sequente chirurgiæ Tiro cognomine Barragon de ossibus examinatus est et actum hunc uocant chirurgi semaine d'osteologie./

Die Lunæ 9. Septembris præsentibus cum Decano M. Nicolao Richard et Jacobo de Bourges ultimis chirurgorum quæstionibus respondit chirurgiæ candidatus cognomine Cuquel./

Die martis 10. Septembris dieq. iouis sequente chirurgiæ Tiro cognomine Preud'homme de Osteologia præsente Decano interrogatus est.

Die Sabbati 14. septembris domina canouille obstetricandi artis specimen edidit præsente Decano./

Die Lunæ 16. septemb. chirurgiæ candidatus cognomine Cuquel coram Decano qui comites habebat M. Antonium Morand et M. Dominicum de Farcy Magisterio donatus est.

Die Martis 17. septemb. et die iouis hunc excipiente chirurgiæ candidatus cognomine Simon osteologicas quæstiones soluit operationesque morbos ossium sanantes perfecit./

Die ueneris 20. septembris chirurgiæ Tiro nomine cheualier actum illum quem chirurgi uocant tentatiuam celebrauit coram Decano et M. Petro degier nam M. Tussanus Fontaine licet aduocatus non adfuit.

Die ueneris eodē hora 10. matutinâ et die Lunæ sequenti eadem horâ Maria Bureau filia obstetricis utriusque comitij obstetricandi artem callere testata est et obstetricum numero adscripta est./

Die Martis 24. septemb. horâ 10. mane Barbara La ruelle de obstetricandi arte interrogata quæsitis satisfecit et obstetrix creata est./

Die Lunæ 23. septemb. chirurgiæ candidatus nomine Houllier exacto tempore solito quo chirurgiam in nosocomio Parisiensi exercuit præsente Decano et M. Joan. Baptista Morçau censore et M. Nicolao Rainssant Magisterium adeptus est./

Die martis 24. septemb. dieque iouis sequente chirurgiæ Tiro nomine Thierry de ossibus præsente Decano examinatus est./

Die Lunæ 30. septembr. et die ueneris sequente chirurgiæ candidatus

tus et nosocomij chirurgus nomine Beauvais emenso temporis spatio quo chirurgi ægris pauperibus operam dare solent ut magisterio donentur in chirurgorum Parisiensium album relatus est praesentibus Decano et M.M. Joan. Bapt. Moreau censore et Ludovico Morin./

Die martis 1.a octobris 1675. dieque iouis sequente de medicamentis examinatus chirurgiæ candidatus nomine Arparand.

Die mercurij 2. octobris et die sabbati sequente chirurgiæ candidatus cui ~~nomen~~ nomen est de Frades ex lege chirurgorum Parisiensium numero adscriptus est coram Decano et M. M. Antonio Morand et Carolo Marteau ut per 6. annos quibus magisterium demeritus erat pauperibus ægris adhuc operam ferat./

Die sabbati 5. octobris hora 10. matutina Genouefa Sergent bis examinata de obstetricis arte obstetrix renuntiata est./

Die Lunæ 7. octobris stephanus desforges et Franciscus du Tertre chirurgorum ordinj die 27. septembris præpositi et in locum Thomæ Regnier et Petri Martin qui hacdie abierunt è præfectura suffecti munere defungi cœperunt./

Die Veneris 18. octobris 1675. catharina Poustier et Domina du Bois in obstetricum numerum relatæ sunt præsente decano./

Die Lunæ 21. octobris chirurgiæ candidatus nomine Arparand ultimum examinatus est præsentibus cum Decano M. Guillelmo Petit et claudio de Biendisant./

Die ueneris 25. octobris prædictus Arparand præsentibus M. M. Bertino Dieuxivoye et Dominico de Farcy Magisterium adeptus est./

Res gestæ apud Pharmacopæos Parisienses et Prætorianos an. 1674 et 1675. Decano M. Antonio Joanne Morand Parisino.

Die veneris 23. novembris an. 1674. Pharmacopæorum Parisiensium curatores et præfecti Decanum convenêre hunc rogaturi vellet gratam et ratam habere diem Mercurij sequentem 28. eiusdem mensis et anni ad examinandum Gasparum de La Riviere Pharmaciæ candidatum Pharmacopæi sic vocati defuncti natum./

Eadem die Pharmacopola cognomine Vadurel Decanum salutatum venit unà cum dicto de La Riviere Pharmaciæ candidato cuius studiorum erat rector et moderator et eum oravit ut prædictâ die 28. novembris qua primum de pharmacia respon[illegible] erat adesset eumque si ferret animus interrogaret./

Die mercurij 28. novembris 1674. Gasp[illegible] la Riviere primum examinatus est apud Pharmacopæos eumque Decanus primo loco sedens interrogavit./

Die Sabbati 15. decembris 1674 Pharmacopæus cognomento Vadurel una cum candidato dicto de La Riviere attulit schedam ubi syrupus de Ibisco et pulvis diambræ descripti erant ad specimen pharmaceuticum candidati de La Riviere, quam lectam probavit Decanus et cum eam iudicasset dignam quæ typis mandata in apertum prodiret, chirographo munivit. Die sequenti Pharmacopæorum procuratores Decanum adiverunt et ab eo petierunt an ipsi placeret die martis 19. eiusdem mensis et anni apud Pharmacopæos interesse, ut specimen candidati de La Riviere conspectu suo celebraret, annuitque ipsis Decanus hac autem die 19. decembris 1674. Domum Pharmacopæorum ingressus, simplicia medicamenta quæ ad specimen dicti de la Riviere selecta et eleganti ordine disposita patebant exploravit, et probavit. die sequenti syrupum et pulverem prædictos concinnavit

et

et cum laude magisterium adeptus est.

Die martis 17. Septembris 1675 Pharmaciæ Præfecti Decani Domum venerint ab eo petituri an gratum ipsi foret die lunæ sequente officinarum lustrationem inchoare./

Die Lunæ 23. Septembris diebusque martis et Jovis sequentibus lustratæ sunt omnium Pharmacopæorum officinæ a Decano qui comites habebat professorem Pharmaciæ utrumque adiuncto suo stipatum et Pharmacopæorum procuratores quatuor./

Res gestæ in Academia Parisiensi a Die 3.a Nouembris 1674 in eiusdem mensis diem secundum 1675.

M. Antonio Ioanne Morand Parisino Decano.

Die Sabbati 10. nouembris an. 1674. horâ post meridiem primâ habita sunt solita Academiæ uniuersæ comitia apud Rectorem uocatum Tauernier in collegio nauarrico, in quibus hunc libellum supplicem porrexit Magister artium Edoüardus Omoloy quem iam decano dederat. Sic se habebat

Amplissime Rector Sapientissimi Decani
Procuratores ornatissimi.

Suppliciter uobis exponit M. Edoüardus Omoloy se multa passum durante lite iuniorum Magistrorum nationis Germaniæ, motâ non tam contra ipsum met quam contra principem Academiam. M. enim Michaël Morus prætensus Procurator et ab iisdem iunioribus electus die 11. aprilis an. 1671. significauit instrumentum Academiæ per maiorem apparitorem suæ nationis suo et illorum iuniorum M. M. nomine, quo renunciauit authoritati Academiæ et quæcumque ab ea gesta fuerant uel gerenda se absente tanquam irrita a sua natione haberi denunciauit, quo factum est ut Academia causam M. Omoloy susceperit ut suam, suisque sumptibus dirimendam. paucis diebus interiectis ornatissimi Procuratores nationum Picardiæ et Normanniæ cum domino Rectore causam illam D. Regis Procuratori in senatu nomine uniuersitatis sustinendam commiserunt; et 4. Iulij eiusdem anni omnes Decani et Procuratores 4. nationum cum Rectore id confirmarunt et in acta referri statuerunt quorum comitiis interfuit D. de Loy consultissimæ Facultatis Decanus et horum nihil habet M. Ioan. Numan iam procuratorem germanicum ut nihil cæsarem du Boulay si ueritati testimonium adhibere uelit, quod autem ad sumptus prædictæ litis attinet, D. Pauolle eosdem

in

in hunc diem soluere distulit licet sæpe rogatus ut id faceret, tum a sapientissimo D. Guiard tum a M. Omoloy. quæ cum ita sint Amplissime Rector sapientissimi Decani Procuratores ornatissimi humiliter supplicat idem M. Omoloy uelitis Jubeatis illos sumptus sibi iure et ex sententiâ Academiæ debitos tandem sibi dari idque quamprimum. /

Hoc libello perlecto, M. artium Omoloy centum et quinquaginta libellæ concessæ sunt, reclamante D. du Boulay, quam summam D. Bauolle pecuniæ alienæ tenacissimo illicò soluere Jussit Academia. eodem die sigillo munitæ sunt litteræ auditis supplicantibus.

Die mercurij 21. nouembris horâ ipsâ post meridiem primâ extraordinariis in comitiis deliberatum est, utrum collegium Mazarinæum the societatem Academicam suscipiendum esset et quibus conditionibus, tum quibus armis eiiciendi essent Magistelli seu fuci qui omnes agri Parisini regiones suis examinibus occuparint. Lectus est hic libellus supplex Academiæ porrectus a Procuratoribus mandatorum supremorum Cardinalis Mazarinj.

A Messieurs Les Recteur Doyens
Procureurs et supposts de L'Vniversité de Paris.

Messire Guillaume de Lamoignon cheualier seigneur de Basuille et autres lieux conseiller du Roy en ses conseils et premier President en sa cour du Parlement de Paris, Messire Michel le Tellier cheualier seigneur de chasuille conseiller du Roy en tous ses conseils secretaire d'estat et des commandements de sa Maiesté et Messire Jean Baptiste colbert cheualier Marquis de Seignelay conseiller du Roy en tous ses conseils commandeur et grand tresorier de ses ordres, secretaire d'estat et des commandements. de sa Maiesté. tous executeurs de la fondation du college Eglise et Bibliotheque de feu Monsieur Le cardinal Mazarinj, uous remontrent que ledit seigneur cardinal ayant fait dessein d'employer une somme considerable en des œuures de pieté et charité, il se seroit enfin determiné sous le bon plaisir du Roy a fonder un college

en

en cette ville de Paris ou seroient instruits certain nombre d'enfants de Gentilshommes ou des principaux bourgeois natifs de Pignerol et vallées circonvoisines de l'estat ecclesiastique en Italie, des provinces d'Alsace et autres pays d'Allemagne contigus de Flandre, d'Artois de Hainault, du Luxembourg de Roussillon, de conflans, de Sardagne, affin d'affermir et lier au service de sa Maiesté lesdittes provinces, ou nouvellement venües ou retournées, sous sa puissance et apprendre aux enfants originaires dicelles les veritables sentiments du christianisme, la pureté de la religion, la conduitte des moeurs et les regles de la discipline, pour aprez avoir pris leur education en France s'en retourner en leur pays et par leur exemple en exciter d'autres a venir successivement recevoir les mesmes instructions et les mesmes sentiments, et ainsy faire devenir touttes les provinces Françoises par leur propre inclination, aussi bien qu'elles le sont maintenant par la domination de sa Maiesté, et parcequ'il estoit persuadé que l'Université de Paris est la mere de touttes les autres et la source de toutte pieté et erudition, il auroit souhaitté que ledit college fut un de ses membres et iouist des mesmes privileges et avantages en commun outre ceux qu'il plairoit a sa Maiesté luy attribuer en particulier. surquoy sa Maiesté luy auroit accordé ses lettres patentes pour estre enregistrées ès courts de Parlement et chambre des comptes. et comme ledit college est maintenant en tel estat quon y peut faire l'ouverture des classes et commencer l'exercice des lettres auquel il est destiné, ils requierent qu'il vous plaise Messieurs l'incorporer a la maniere accoustumée et le mettre sous vostre direction et discipline pour le faire iouir des mesmes privileges droits et avantages dont iouissent les autres colleges. Signé Mariage./

Libello supplice diligenter Lecto et perspecto Statutum est aggregandum esse illud collegium iis conditionibus nempe ut 1°. illi unicus praefectus imperaret. 2°. ab eo gladiatores, tibicines, saltatores et histriones exularent 3°. huius collegii statuta Academiae darentur examinanda 4°. illius neque Praefecti neque Professores tabellariorum vectigalis participes

participes essent 5.º Præfecti et Professores eligerentur ex omnibus ordinibus non verò tantum ex Sorbonicis baccalaureis. 6.º Theatini aut quilibet alij monachi ab huius collegij muneribus arcerentur 7.º in eo collegio gratis minimè doceretur. quas conditiones typis mandari et unicuiq; ordini examinandas exhiberi antequam super eâ re quicquam definiretur decretum ut ~~omnium~~ perpensis deliberationibus consideratius consilium caperetur. iisdem in comitiis constitutum est totis viribus enitendum esse ut pædagogi numerosi qui repente ... tanquam fungi ex omnibus urbis regionibus erumpunt eijcerentur./

Die Sabbati 1.ª decembris 1674. horâ 1.ª pomeridianâ menstrua solitaq; habita sunt comitia In regia navarrâ apud D. Tavernier Rectorem in quibus supplices auditi sunt resque minoris momenti confectæ sunt, ac litteræ magno Academiæ sigillo Decanorum clavibus servato munitæ sunt./

Die Mercurij 12. decembris horâ solis ascendentis 8.ª habita sunt comitia in Mathurinæorum peristylio in quibus elegantem Regis panegyricum recitavit Rector et quæcumque in trimestri magistratu gesserat ex Decanorum consilio probavit Academia, Deinde Deo optimo maximo supplicatura processit ad ædem Divorum Cosmæ et Damiani./

Die Sabbati 5. Januarij 1675. apud D. Tavernier Rectorem in regiâ navarra habitus est menstruus et solitus Academiæ conventus in quo supplices auditi sunt et sigillatæ sunt literæ cæterum de rebus lenicul is actum est./

Die 23. Januarij indicta fuerant comitia hora 10. matutina ad sigillandum instrumentum cooptationis collegij Mazarinæi sed quod instrumento deesset aliquid, hac die obsignari non potuit nec die 27. eiusdem mensis quo in hunc finem habitus est extraordinarius conventus cum illud prorsus descriptum non esset. die tandem 28. Januarij 1675. In comitiis quæ propterea indicta sunt, manè consociationis collegij Mazarinæi resiis conditionibus quæ ab unoquoque ordine constitutæ fuerant tandem confecta est./

Prima die Februarij 1675. Rectori Magnatibus cereos offerenti Decani

cum

cum adiunctis sese comites praebuerunt.

Die Sabbati 9. Februarij habitus est menstruus Academiae conuentus in quo Supplicantibus auditis de bino Lacunare magnarum Academiae aedium quod Regis Angli Legatus qui tunc in his habitabat pingi ac deaurari curauerat, cuius pretium ab Academiae quaestore repetebat actum est, impensa uero trecentis libellis aestimata est a Medicinae Decano et Franciae Procuratore In hunc finem ab Academiâ delegatis, qui pridie illuc cum D. Bricard Architecto et D. Dauolle quaestore sese contulerant, quique cum clericorum pratum Lustrassent in id totius urbis rudera coniici obseruarunt, quod cum retulissent, Academia Censuit iter quamprimum repagulis occludendum esse plaustris illuc undique concurrentibus, interim programmate Locum esse uenalem significandum esse. 2°. adeundum esse D. Foucault Sanctioris Consilij Scribam qui libellum Supplicem Academiae aduersus illos compitalitios Magistros seu potius pueritiae Lusores, Regni administratori D. Colbert offerre pollicitus erat, Regi porrigendum, duoque selecti sunt scilicet D.D. Douiat et Danet qui ad rem istam promouendam si opus esset Sangermanum peterent./

Die sabbati 9. Februarij, Academia in Domum Rectoris Tauernier conuenit, ubi supplices admisit et literas obsignari curauit caeterum de leuioribus quam ut hic eorum ulla mentio facienda sit breuiter egit./

Die Sabbati 2. Martij 1675. In menstruis comitiis supplicauerunt multi et Literae non paucae sigillatae sunt, in iisdem Rector trimestribus in supplicationibus se ab omnibus derepente deseri questus est, nec ullum ex ordinibus sacrae quae solet haberi concioni adesse, quamobrem ut haberet concionator scilicet auditores, ipseque comites, superstitibus Rectoremque redeuntem domum comitantibus 10. asses numerandos esse proposuit, et ne Academiae tenuius aerarium si frequentiores interessent exhauriretur censuit, ex quacumque facultate ac natione 15. seligendos esse, qui se rectori comites praeberent cuius sententiam secuti sunt Iuris canonici Decanus Procuratoresque nationum, Verum Medicinae Decanus intercessit Decanoque Theologiae ad suam sententiam perducto, hoc magistrorum artium in facultates superiores coniuratorum consilium elusit, quo non parum de Iure suo Suffragiorum detrahi Facultates perspexêre siquidem M. artium numerus caeterorum Longè superasset./ Academia item quaestori Dauolle anni praeteriti rationes reddere permisit, quae probatae

batæ non fuerant a Decanis ob articulum de summâ trecentarum libellarum, quam M. artium Dicto de Lauure qui D. de Morangis cum ei defuncto parentarent, frigidè laudauerat, suapte authoritate inconsultisque Decanis concessam dederant. ratum autem hunc articulum Decani non habuerunt quam ea conditione ut nempe nihil deinceps in comitiis ullis concluderetur, cuius mentio peculiaris in schedulâ, quam ad Decanos mittere solet Rector non fieret, ita ut quicquid secus deffinitum esset, penitus irritum foret, nullaque unquam oratio Academiæ sumptibus haberetur, quæ a Decanis perlecta et probata non fuisset, quod decretum in Academiæ commentariis scribendum esse sancitum est, additis his verbis, a Decanis pacis ergo prædictum articulum Magistris artium his conditionibus concessum esse, quod ipsi M. artium enixe ab iis petiissent, seque id in beneficii singularis loco numeraturos professi essent.

Die martis 5. Martij hora 7. matutina in Mathurinæorum peristylio habita sunt solita comitia in quibus apertæ sunt nominationum tabulæ (hoc vocant aperire Rotulum), additæ sunt petitiones pro literis nominationum supplicantium, et Claudius Franciscus Cherier ciuis Parisiensis supplicauit, eo fine ut sibi concederetur procuratoris apud Senatum alterum munus quo ab obitu Michaëlis Grasset nemo fungebatur, et admissus juramentum præstitit. Deinde cum prouinciam sibi mandatam esse edendi opusculum de beneficiis Academicis atque id circo conscribendi acta plurima et instrumenta munimentaq; in quam rem opus fore assiduo labore et impensis expostulasset D. du Boulay, item quod si abesse a comitiis nonnunquam contingeret, in suum locum fratrem sufficirogasset, placuit Rectori et Procuratoribus nationum solo Juris Canonici Decano reclamante (quoniam D. Porcher quem Decanus Theologiæ miserat eorum sententiæ incautè suffragatus esset Medicinæq Decanus rebus Facultatis urgentibus aliò distractus aberat) impensas D. du Boulay si quas fecerit refundi et ipsius fratrem in regia nauarra professorem admitti ut uicariam manum præstaret

aut

aut alium quem substituere uelit. Sed superea re conuenerunt Decani omnes in ædes apparitoris Theologiæ nomine Bouuot ac prædictæ conclusioni qua fretus D. du Boulay non modo scribæ munus quod iniustè occupauerat tanquam proprium uindicabat, uerumetiã sibi ius id alteri deferendi arrogare uidebatur, intercedendum esse decretum est. in eumdem Locum multoties Decani conuocati fuerant de promouenda lite in prædictum D. du Boulay iam pridem illatâ nec non de quatuor suffragiorum negotio immortali conficiendo deliberaturi et frequenter Senatorem D. Rouiault controuersiæ du Boulay ac Decanorum inspectorem et sequestrum rogarunt ut huic finem imponeret sed oleum operamque perdidêre unum tantum edocti scilicet quod eam litem dirimere nollet./

Die 12. Martij 1675. conuentus extraordinarius habitus est ut de minoribus scholis deliberaretur cum Ecclesiæ Parisiensis cantore quem cum diu incassum expectassent, re illâ ne affectâ quidem abierunt. Interdum statutum est ut uiis occlusis ii qui rudera aut similia in pratum Clericorum importabant arcerentur, eiusdemque portionem eam D. Gamare quam optaret diuendendam esse. Decreto item subreptitio die 5. Martij apud Mathurinenses inconsultis Decanis Lato intercesserunt Decani quibus illicò D. du Boulay reposuit se ab illo decreto libenter discedere nihilque unquam ui huius aggressurum professus est.

Die martis 19. Martij hora 8. matutina conuocata est Academia in peristylium Mathurinensium et inde ad Diui Christophori processit.

Die 21. Martij habita sunt insolita comitia in quibus nihil grauioris momenti conclusum est nisi quod eorum qui postremis diebus Academiæ supplicauerant tabulæ sigillatæ sunt./

Die sabbati 6.a aprilis 1675. pro more Academiæ habiti sunt menstrui conuentus in quibus supplices admissi sunt et literæ obsignatæ, iterumque Decani Decreto in gratiam D. du Boulay die 5. Martij clam decanis qui cum Normanniæ Procuratore aberant lato, quo muneri scribæ quemlibet sufficere pro libito D. du Boulay licebat nec

nec non instrumenta quæ ad capellas Academiæ Spectarent colligere, typisque mandare Academiæ Sumptibus ipsi soli mandabatur — intercesserunt eiusque conclusionem irritam habere testati sunt. quibus auditis Academia Censuit prædictam Decreti conclusionem D. du Boulay fauentem irritam ac inutilem fore et inposterum nunquam D. du Boulay solum delegandum iri aut cuilibet rei præficiendum. Statuit item ut prima hebdomada — Maij proximi quæstor Dauolle rationes referret, earumque apographum antea unicuique Decano deferret, iterumque decreuit ut præteriti anni rationes quæ probatæ non fuerant ob summam trecentarum libellarum inconsultis Decanis D. de lœuure Domini de Morangis laudatori concessam ratas habendas iis conditionibus quæ decreto Lato menstruis in comitiis habitis die Sabbati — 2.ª Martij nuperrimâ omnium consensu pactæ et constitutæ — fuerant.

Die martis post paschales ferias 1675. conuentus habitus est pro more in Mathurinensium porticu horâ 7.ª matutinâ in quo Academia beneficiarios recensuit, nihil præterea mentione dignum peractum est./

Die iouis 25. aprilis in ædes D. Bouuot Theologiæ apparitoris Decani conuenerunt ibique Libellum Supplicem de academia — suis antiquis Legibus, moribus pristinæque dignitati restituendâ Regi offerendum concinnarunt et D. de chamillard — Sorbonæ Procuratori tradiderunt./

Die Sabbati 4.ª Maij 1675. habita sunt ut Academiæ mos est menstrua comitia in quibus audiuimus supplicantes et præfecimus examinando Libro a D. du Boulay conscripto de beneficiis quæ confert Academia Decanum Juris canonici D. de Mesles — et D. Douiat etiam Doctorem iuris canonici relaturos quid — rei esset. in iisdem adhuc constitutum fuit ut prati clericorum — duo iugera ad exportandum urbis Lutum centum libellis locarentur ea tamen lege ut si sese offerret ~~occasio~~ occasio, ea diuendi fas esset

fas esset ac in ea neque Rudera neque cadauera, neque stercora deferrentur.

Die 10. Maij 1675. hora 10. matutinâ habitus est præter morem conuentus in quo legit Rector Regis litteras quibus senatus proceribus mandabat ut scholas minores quæ a legibus Academiæ et ab huius statutis discesserunt vetarent penitusque tollerent./

Die mercurij 29. Maij 1675. in ædes Rectoris Tauernier conuocata uniuersa Academia quæstoris Bauolle rationes præteriti anni 1674. audiuit, dispunxit et subsignauit./

Die sabbati 8. Junij 1675. habuit menstrua sua comitia apud Rectorem Academia in quibus audiuit supplicantes, tabulas sigillo muniri curauit rationesque anni 1673. quas probare Decani recusarant obsignauit conditionibus prædictis positis, censuitque ac iterum decreuit ut nulla unquam impensa inconsultis Decanis iisque venuentibus fieret 2°. nulla oratio sumptibus Academiæ haberetur quæ ab iis lecta et probata non esset 3°. ius obuentionum censualis fundi Regis edicto sublatum pretio redimeretur priùs tamen in eum finem consultis patronis 4°. quæstor Bauolle proximis comitiis instrumenta nouationis ueteris nominis afferret, quorum seruandorum semper nimio studio tenetur. 5°. res et lites quas Academia persequitur in schedulâ describerentur singulis comitiis legendâ 6°. singulis ordinum Decanis quatuor exemplaria Libri de Academiæ priuilegiis conditi darentur, duodecim in archiuis seruarentur reliqua uenalia manerent apud bibliopolam./

Die mercurij 12. Junij 1675. hora 8.a matutinâ apud Mathurinenses adfuit Academia inde ad ædem Augustinensium ritè processit piè supplicatura.

Die Junij 15. hora post meridiem primâ in extraordinariis comitiis apud Rectorem Tauernier habitis de fundo Academiæ D. de Gadagne olim ad ædificandum uendito actum est quem ab

ipso

ipso D. de Gadagne de hoc alienando cogitante Libellorum Supplicum Magister uocatus Roussereau empturus erat si Academia nullum abeo uectigal nullosque huius prædij fructus aduentitios sibi uindicanda duxisset, nec illorum quiquam debere D. de Gadagne quod in hac urbis parte cuiuslibet prædij possessorem ab ædificatione Rex prohibuisset. Statutum est ut super ea re patroni consulerentur quod Nauarræorum theologorum Præfecto et Franciæ Procuratori mandatum est. 2°. Iterum decretum est ut fructuum aduentitiorum ius quamprimum pecunia uindicaretur, tandem constitutum est omnibus uiribus eniti ut Regiæ litteræ obtinerentur quibus senatui Scholarum minorum rem conficere præciperetur./

Die Sabbati 6. Julij 1675. menstruus conuentus habitus est horâ solitâ apud Rectorem Tauernier inquo de iure commutationum quo Rex Dominos sibi fructibus aduentitiis prædiorum attributis edicto priuarat et Ius illud Summâ bis mille libellarum asserendum esse conclusum est./

Die 13.ª Julij conuocata præter ordinem Academia de domo Academica proximis Remigialibus ob Legati Anglici mortem uacuâ Locandâ deliberatura, Censuit ut si fieri posset Legato alteri aduentanti ex Anglia daretur./

Die Sabbati 3.ª Augusti 1675. Solitis in comitiis auditi sunt Supplicantes et obsignatæ sunt tabulæ cæterum nihil grauioris momenti occurrit./

Vno die academici conuentus tempore anticipato 30.ª Augusti habita sunt comitia menstrua in quibus auditi sunt Supplices tabulaque sigillatæ et insuper prati clericorum Iugerum cuidam hoc expetenti uendere Academia constituit. mentio facta est item sacrificuli qui Academiam ut sibi Seminarium pædagogorum quibus totam galliam frequentaret instituenti faueret enixè rogabat./

Die

Die 7.ª Septembris 1675. apud Rectorem Tauernier Decani et nationum Procuratores adfuerunt ibique D. de Saintot exceperunt honorifice a Rege missum ut Academiam ad exequias fortissimi et præstantissimi Ducis de Turenne inuitaret./

Die Lunæ 9.ª Septembris horâ post octauam matutinam mediâ in Scholas Medicorum uniuersa Academia conuenit et inde ad primarium huius urbis templum processit ut fausta piis manibus Turrenici Ducis precaretur ut ipsi ab augustissimo Rege imperatum erat./

Die iouis 3.ª octobris conuocata fuit in Mathurinæorum peristylium uniuersa Academia Deoque piè ut solet supplicatura processit ad ædem Diui Nicolaj a campis./

Die Sabbati 5.ª octobris habita sunt Academiæ solita comitia apud Rectorem Tauernier in quibus supplicantes excepti sunt, obsignatæ sunt tabulæ et prouincia mandata est Dominis de Mesles et du Boulay prædicti sacerdotis pædagogorum seminarium meditantis audiendi./

Tabulæ accepti a Die Sabbati 3.ª nouembris 1674 in diem Sabbati 2. eiusdem mensis 1675. / M. Antonio Joanne Morand Parisino Decano.

Caput 1.um accepti ex annuo Facultatis reditu

Accepit Decanus ab urbis quæstoribus, curâ Pararij uocati Richer quinquaginta quinque libellas, pro sex mensibus annui uectigalis centum libellarum ex una parte, decemque libellarum ex alterâ. - - - - - - - - - - - - - - - - 55.ˡᵗ

A Magistro Antonio Morand Doctore Medico Patre meo, pro annua pensione conductarum maiorum ædium Facultatis, cadente in diem ultimam Septembris an. 1675. accepit Decanus trecentas et quinquaginta libellas - - - - - - - - - - - - - - - - 350 ˡᵗ

A Michaële Bariat œnopola, pro annuâ pensione conductarum minorum Facultatis ædium, in diem ultimu septembris anni 1675. cadente, accepit Decanus ducentas et quadraginta libellas. - - - - - - - - - - - 240. ˡᵗ

Ab Apparitoribus Facultatis Pepin et Filesac pro annuâ pensione ædicularum nihil accepit Decanus - - - - Nihil.

Caput Secundum accepti a Baccalaureis in quæstionibus quodlibetariis pro stipendiis Lectorum et Registro.

A M. Joanne Armando Mauuillain Parisino quatuor libellas cum duodecim assibus - - - - - 4.ˡᵗ 12 ſ.

A M. Joanne Baptista Renato Moreau Parisino - - - 4.ˡᵗ 12 ſ.

A M. Ludouico Poirier Richelæo - - - - - 4.ˡᵗ 12 ſ.

A M. Josepho Thomasseau Andino - - - - - 4.ˡᵗ 12 ſ.

Continet hæc pagina 663 ˡᵗ 8 ſ sexcentas sexaginta tres libellas cum octo assibus

A M. Francisco Girard Blesensi . . . . . . 4 lt 12 s.
A M. Petro Bonnet Parisino . . . . . . 4 lt 12 s.

Caput tertium accepti
ab iisdem Baccalaureis in eodem actu
quodlibetario pro horto.

A M. Joan. Armando Mauuillain tres libellas
cum quatuor assibus . . . . . . 3 lt 4 s.
A M. Joan. Bapt. Renato Moreau . . . . . . 3 lt 4 s.
A M. Ludouico Poirier . . . . . . 3 lt 4 s.
A M. Josepho Thomasseau . . . . . . 3 lt 4 s.
A M. Francisco Girard . . . . . . 3 lt 4 s.
A M. Petro Bonnet . . . . . . 3 lt 4 s.

Caput quartum accepti ab
iisdem Baccalaureis in eodem actu
Quodlibetario pro anatomiâ
et schedulis non registratis.

A M. Joan. Baptis. Renato Moreau sexdecim
libellas . . . . . . 16 lt
A M. Joan. Armando Mauuillain . . . . . . 16 lt
A M. Ludouico Poirier . . . . . . 16 lt
A M. Josepho Thomasseau . . . . . . 16 lt
M. Francisco Girard . . . . . . 16 lt
A M. Petro Bonnet . . . . . . 16 lt

Caput quintum
accepti a Baccalaureis in cardinalitiâ
disputatione.

A M. Joan. Baptis. Renato Moreau decem libellas . . . . . . 10 lt
A M. Petro Bonnet . . . . . . 10 lt
A M. Francisco Girard . . . . . . 10 lt

Summa huius paginae cent cinquante quatre
Livres huit solz

Caput sextum

Accepti ab iisdem Baccalaureis in eodem actu cardinalitio pro negotiis Facultatis ui decreti lati 28. Jan. 1674.

A M. Joan. Baptis. Renato Moreau [illegible] libellas octodecim . . . . . . 18. lb
A M. Petro Bonnet . . . . . . 18. lb
A M. Francisco Girard . . . . . . 18. lb

Caput septimum

accepti a Licentiatis in actu sui doctoratus pro negotiis Facultatis.

A M. Nicolao Raveau centum et octoginta libellas . . . . . . 180. lb
A M. Nicolao de Jouvancy . . . . . . 180. lb
A M. Francisco Afforty . . . . . . 180. lb
A. M. Renato Le comte . . . . . . 180. lb
A. M. Nicolao Pelletier . . . . . . 180. lb

Caput octavum

accepti ab iisdem Licentiatis in actu sui Doctoratus pro sacello.

A M. Nicolao Raveau triginta duos asses . . . 32 s.
A M. Nicolao de Jouvancy . . . . . . 32 s.
A M. Francisco Afforty . . . . . . 32 s.
A. M. Renato Le comte . . . . . . 32 s.
A. M. Nicolao Pelletier . . . . . . 32 s.

Caput nonum

accepti a chirurgis et a Medicinae studiosis.

A communitate chirurgorum quae Facultati singulis

Summa huius paginae neuf cens soixante et douze Livres

Singulis annis debet aureum nummum tanquam clientelare vectigal nihil accepit Decanus, cum de hoc orta lis adhuc vigeat . . . . ad memoriā

A chirurgo nomine Planchet qui magisterium adeptus est hoc anno 1675. accepit pro iure Facultatis Decanus tres libellas cum duodecim assibus et sex denariis . . . . 3.#12ſ.6.d.

A chirurgo Nosocomij Parisiensis nomine Houllier qui eodem anno, licet iam magisterio donatus esset, in chirurgorum album cooptatus est, eamdem summam . . . . 3.#12ſ.6.d.

A chirurgo Nosocomij Parisiensis nomine Beauvais qui ut prædictus, chirurgis Parisiensibus adscriptus est, eamdem summam . . . . 3.#12ſ.6.d.

A. Medicinæ studiosis ac tironibus numero quinquaginta duobus, qui nomen dedere Facultati, ac in commentariis inscripti sunt, accepit Decanus pro iure inscriptionis, unoquoque duos asses cum sex denariis persoluente, summam ex his exsurgentem sex libellarum cum decem assibus . . . . 6.#10ſ.

Ab iisdem Medicinæ tironibus quibus studij literæ Facultatis testimonio firmatæ et sigillatæ sunt, numero quadraginta quinque, pro iure sigilli, unoquoque soluente decem asses, summam viginti duarum libellarum cum decem assibus Decanus accepit . . . . 22.#10ſ.

Caput accepti a
Quæstore Academiæ Parisiensis
universæ

Summa huius paginæ trente neuf Accepit
Livres dix sept sols six deniers

Accepit Decanus A M. Samuele Dauolle Academiæ Parisiensis quæstore, octingentas libellas, scholæ professoribus distribuendas . . . . . . 800. lt

Caput undecimum
accepti extraordinarij ex reliquâ pecuniæ præsentibus Doctoribus numerari solitâ in actu primæ quodlibetariæ.

Restant ex pecuniâ quæ Doctoribus præsentibus numerari solet in actu quodlibetariæ de qua disputauit extra ordinem M. Petrus Daquin propter absentiam decem doctorum, quadraginta libellæ - - - - - - - - - - - - 40. lt

Restant ex pecuniâ quæ Doctoribus præsentibus numerari solet, in actu quodlibetariæ de qua extra ordinem disputauit M. Germanus Preaux propter absentiam octo Doctorum, triginta duæ libellæ . . - - - - - - - - - - - - - - 32. lt

Restant ex pecuniâ quæ doctoribus præsentibus numerari solet, in actu quodlibetariæ de qua extra ordinem disputauit M. Nicolaus Raueau propter absentiam octo Doctorum, triginta duæ Libellæ - - - - - - - - - - - - 32. lt

Restant ex pecuniâ quæ Doctoribus præsentibus numerari solet, in actu quodlibetariæ de qua extra ordinem disputauit M. Nicolaus de Tomancy ob octo Doctorum absentiam, triginta duæ libellæ - - - - - - - - - - - - - 32. lt

Restant ex pecunia quæ doctoribus præsentibus numerari solet, in actu quodlibetariæ de qua extra ordinem disputauit M. Franciscus Afforty ob absentiam nouem Doctorum, triginta sex libellæ - - - - - - - - - - - - - - - 36. lt

Summa huius paginæ neuf cens soixante et douze livres

Caput duodecimum.

Accepti pro annuo reditu pecuniarum Facultati solutarum propter donationem illustrissimi Viri Michaëlis Le Masle Abbatis des Roches.

A R.R. P.P. Religiosis in Monasterio S. Dionysii pro anno pensionis prædiatoriæ quam debent Facultati, cadente in decimum octavum Septembris 1675. octingentas triginta tres libellas cum sex assibus et octo denariis Decanus accepit. . . . . 833. 6ſ. 8d.

Summa huius paginæ huict cent trente trois livres six sols huict deniers.

Summa totius Accepti est de trois mille six cent vingt cinq livres deux deniers.

Tabulæ expensi tam ordinarij quam extraordinarij a die Sabbati tertia nouembris 1674 ad diem secundam Nouemb. 1675.

Decano M. Antonio Joanne Morand Parisino [redacted]

Caput primum expensi.

Persoluit Decanus M. Joanni Baptistæ Moreau exdecano summam ducentarum et octoginta sex libellarum supra mille libellas cum quindecim assibus et uno denario. puta summam centum triginta sex libellarum supra mille libellas, cum quindecim assibus et uno denario, quam ipsi deberi ex subductis rationibus posterioris eius Decanatus patet, et pro honorario eidem a Facultate concesso centum et quinquaginta libellas, unde prior illa summa exurgit, ducentarum et octoginta sex libellarum supra mille libellas cum quindecim assibus et uno denario ut liquet ex accepti latione . . . . 1286.lt 15 s. 1 d. visa

Roberto Pepin maiori Facultatis apparitori pro calculis aliisque impensis illarum rationum ab ipso suppeditatis more solito, quindecim libellas ut ex accepti latione planum est . . . . 15.lt visa

Caput secundum expensi ordinarii pro stipendiis Professorum ex ærario Facultatis.

M. Roberto Raoult Pathologiæ Professori nonaginta libellas 90.lt

M. Raymundo Finot Physiologiæ Professori . . . 90.lt

M. Ludouico Gallais chirurgiæ Professori 90.lt

Summa huius paginæ quinze cens soixante et onze livres quinze sols vn denier visa

M. Antonio Le Moine rei herbariæ professori, ut patet ex singulorum acceptilationibus . . . . . 90. ₶

Caput tertium expensi ordinarij pro refusionibus.

M. Francisco Piiart antiquissimo Magistro quatuor libellas . . . . . 4. ₶

M. Roberto Raoult Pathologiæ professori duas libellas . . . . . 2. ₶

M. Raymundo Finot Physiologiæ professori . . 2. ₶

M. Ludovico Gallais chirurgiæ professori . . . 2. ₶

M. Antonio Le Moine rei herbariæ professori . . . 2. ₶

M. Joan. Baptistæ Moreau censori . . . . 2. ₶

Decano . . . . 4. ₶

Caput quartum expensi ordinarij emeritorum Professorum ex ærario Academiæ.

M. Mathæo Thuillier Pathologiæ professori ducentas libellas . . . . . 200. ₶

M. Roberto Raoult Physiologiæ professori . . . 200. ₶

[illegible] M. Claudio Guerin chirurgiæ professori . . . 200. ₶

M. Ludovico Morin Botanices professori ut ex acceptilationibus liquet . . . . . 200. ₶

Caput quintum expensi ordinarii et extraordinarii pro rebus sacris.

Præsentibus sacerdotibus, cantoribus, doctoribus et apparitoribus ambobus pro uno numeratis, Decanus distribuit a sacris anniversariis

Summa huius paginæ [illegible] in [illegible]

in gratiam M. Guillelmi Lusson more solito factis, die 19. nouembris 1674 quoniam in diem dominicam dies obitus ceciderat, uiginti quinque libellas . . . . 25.[lb] visa

Præsentibus Doctoribus anniuersariis Sacris die 22. aprilis 1675. pro M. Michaele de colonia factis, in quem differri (quod in Pascha cecidisset dies obitus) æquum erat, numerauit Decanus octo libellas . . . . 8.[lb]

Capellanis, Sacerdotibus et cantoribus pro sacris et obitibus a die 3. nouembris ad decembris ultimam 1674. soluit Decanus quadraginta tres libellas cum duobus assibus et sex denariis, ut patet ex acceptilatione . . . . 43.[lb] 2 s. 6 d. visa

Apparitoribus iisdem Sacris ministrantibus septem libellas, ut patet ex acceptilatione . . . . 7.[lb] visa

Capellano D. Alexandre pro speculo, scopulâ uestiariâ multisque aliis ab ipso in sacelli usum emptis, sex libellas cum sex assibus, ut pat. ex acceptilatione . . . . 6.[lb] 6 s. visa

Dominæ Benoist cereariæ pro cereis in die festo purificationis B. Mariæ iuxta decretum Facultatis oblatis, ducentas nouem libellas cum quatuordecim assibus, ut patet ex acceptilatione . . . 209.[lb] 14 s. visa

Eidem cereariæ D. Benoist pro sex facibus in funere M. Francisci Vignon olim Decani Suppeditatis, octodecim libellas. ut patet ex acceptilatione . . . . 18.[lb] visa

Domino Morlet cereario pro cereis et funalibus in die festo D. Lucæ ut moris est, renouatis, uiginti quatuor libellas. ut patet ex acceptilatione . . . . 24.[lb] visa

Summa huius paginæ trois cens
quarante vne livre deux sols six den.

visa Ioanni Butay Pictori qui stemmata Facultatis pro decorandis funalibus in funere prædicti M. Francisci Vignon delineauit, decem libellas, ut patet ex accepti latione . . . . 10.₶

visa Roberto Pepin et Arthus Filesac Facultatis apparitoribus, quod cereos uniuscuiusque Doctoris domum deferri curauerint, octo libellas, ut patet ex acceptilatione . . . . 8.₶

visa Capellano sacerdotibus et cantoribus pro sacris et obitibus celebratis per menses Ianuarium, februarium et Martium 1675. quinquaginta duas libellas cum septemdecim assibus et sex denariis, ut patet ex accepti latione . . . . 52.₶ 17ſ. 6d.

visa Apparitoribus iisdem sacris ministrantibus octo libellas cum duodecim assibus et sex denariis ut patet ex acceptilatione . . . . . . 8.₶ 12ſ. 6d.

visa Capellano, sacerdotibus et cantoribus pro sacris et obitibus celebratis per menses Aprilem Maium et iunium 1675. triginta quatuor libellas cum quinque assibus ut patet ex accepti latione . . 34.₶ 5ſ.

visa Apparitoribus iisdem sacris ministrantibus quinque libellas cum quindecim assibus ut patet ex acceptilatione . . . . 5.₶ 15ſ.

visa Pro exequiis M. Nicolai Robin aliisque impensis in eius obitu factis, Decanus numerauit Roberto Pepin cui curam hanc commiserat, triginta nouem libellas cum quinque assibus. ut patet ex accepti latione . . . . . . 39.₶ 5ſ.

Aurifici qui Sacelli Supellectilem argenteam
Summa huius paginæ cent cinquante instaurauit
huict liures quinze solz.

visa instauravit et mundavit novem libellas. ut patet ex acceptilatione . . . . 9.lb — 825 — visa

Domino Le Trosne pictori pro imagine B. virginis filium Jesum amplectentis oleario pigmento expressâ ad sacelli ornamentum a Decano emptâ, quindecim libellas. ut patet ex acceptilatione . . . . 15.lb — visa

Singulis Doctoribus in die festo D. Lucæ numero centum et novem portione Antiquissimi Magistri et Decani subductâ viginti asses tantumdem apparitoribus unde exurgit summa centum et undecim Libellarum 111.lb

Pro oblatione singulis ~~Doctoribus~~, cantoribus, Doctoribus præsentibus, apparitoribus sexque chori pueris Decanus numeravit octoginta duos asses signatos unde summa exurgit quinque libellarum cum duobus assibus et sex denariis . . . . 5.lb 2s. 6d.

visa Roberto Pepin maiori Facultatis apparitori pro pane azymo et vino per annum suppeditatis sex libellas. ut patet ex acceptilatione 6.lb

visa Eidem R. Pepin pro sacris linteis purgatis asses quinquaginta. ut patet ex acceptilatione . . . . . 50s.

Caput sextum

expensi ordinarij pro supplicationibus Academiæ

Die Mercurij 12.a Decembris 1675. in supplicatione universæ Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione Divorum Cosmæ et Damiani viritim distribuit Decanus quindecim asses et unum assem signatum pro oblatione tredecim Doctoribus, antiquissimo Magistro, et Decano duplum, apparitoribus

Summa huius paginæ [illegible]
huict cens [illegible] douze solz six deniers

ribusque tantum quantum Doctoribus, unde exurgit Summa tredecim libellarum cum sexdecim assibus et tribus denariis - - - - - - - - - - - - - - 13.lb 16 s. 3 d.

Die martis 19. Martij 1675. in Supplicatione Vniversæ Academiæ, ad ædem D. christophori, Decanus numeravit viginti asses, prætereaque unum assem signatum singulis doctoribus præsentibus numero quindecim, Antiquissimo Magistro Decanoque duplum, et apparitoribus quantum Doctoribus unde summa emergit viginti libellarum cum tribus assibus et novem Denariis - - - - - - - - - - - - - - - - 20.lb 3 s. 9 d.

Die mercurij 12. Junij 1675. in Supplicatione universæ Academiæ ad ædem P. P. Augustinensium magni cænobij, numeravit Decanus viritim quindecim asses et unum assem signatum Doctoribus qui aderant numero septemdecim, Antiquissimo Magistro Decanoque duplum, et Apparitoribus quantum Doctoribus, unde fit summa septemdecim Libellarum cum uno asse et tribus Denariis - - - - - - - - - - - - - - 17.lb 1 s. 3 d.

Die iovis 3a. octobris 1675. In Supplicatione Vniversæ Academiæ ad ædem D. Nicolai a campis, Decanus persoluit viginti asses et unum assem signatum viginti et uni Doctoribus præsentibus, Antiquissimo Magistro Decanoque duplum, et apparitoribus quantum Doctoribus, unde summa exurgit viginti sex libellarum cum undecim assibus et tribus denariis - - - 26.lb 11 s. 3 d.

Caput septimum

Ordinarii et extraordinarii pro rebus Academiæ

Summa quinze cens soixante dix sept Livres douze solz six deniers

Magistro Joan. Baptistæ Moreau censori qui die primo februarii 1675. comitatum præbuit Amplissimo Rectori cereos ut in more positum est, oblatum eunti, cum Decano aliisque Academiæ proceribus, Decanus numeravit summam solitam sex libellarum et Decano duplum unde summa exurgit octodecim libellarum . . . . 18. ℔

Eidem M. Joan. Baptistæ Moreau censori qui die lunæ 9.a Septembris 1675. comitatum præbuit Rectori Academiæ ad primarium urbis huius templum procedenti, in quo illustrissimo et fortissimo duci Turrenio Justa fiebant, nihil numeravit Decanus . - - - - - - - - - - - - ad memoriā

Pro Rhedâ meritoriâ conductâ quâ vectus est Decanus cum aliis superiorum facultatum decanis ad senatorem D. Rouiault, litis quæ intercedit inter Facultatem et du Boulay inspectorem atque sequestrum, nec non senatus Principem eos rogaturus ut hanc controversiam quæ fit immortalis tandem aliquando dirimerent atque conficerent, tres libellas . . . . 3. ℔

Caput octavum
expensi extraordinarii pro instauratis scholis ædibusque Facultatis.

Vitreorum specularium artifici nomine Le Gros, qui vitreas fenestras aulæ maiorum Facultatis ædium corruptas restituit, et plumbariis cancellis muniuit, quatuor libellas cum quatuor assibus, ut constat ex acceptilatione . . . . 4. ℔ 4. s

visa

Summa huius pagine vingt cinq livres et quatre solz

Dominico

visa Dominico de Flandre specularium vitreorum artifici, qui sacelli Scholarum Superiorum et atrij fenestras mundavit et resarcivit decem libellas cum sex assibus. ut constat ex acceptilatione. - - - - - 10. ₶ 6 s.

Pro carbonis pulvere qui substratus est ligneo pavimento aulæ maiorum Facultatis ædium ne putrescat sex libellas - - - - - - - - 6. ₶

visa Viduæ Juliani Lot plumbariæ quæ plumbum suppeditavit quo in tecto et colliciis hiulci canaliculi solidati sunt sex libellas cum undecim assibus. ut constat ex acceptilatione - - - 6. ₶ 11 s.

visa Henrico chastelain fabro lignario minuti operis, qui aulæ maiorum Facultatis ædium pavimentum corruptum ferè de novo restituit, versatile ostium caveæ parvarum Facultatis ædium novum construxit, scamna Scholarum inferiorum reparavit, multaque opera effecit, centum et viginti libellas. ut constat ex acceptilatione - - - - - - - - - - 120. ₶

visa Leonardo coustinier Lapidario Fabro qui tigilla pavimenti lignei maiorum Facultatis ædium, aulæ gypso firmavit, multaque alia in scholis et minoribus Facultatis ædibus instauravit, triginta novem libellas. ut constat ex acceptilatione - - - - - - - - - - 39. ₶

visa Fabro serario nomine Perrin qui ferro trabem amphitheatri anatomici hiantem, unde ruina imminebat, solidavit, quinque libellas cum undecim assibus. ut testatur acceptilatio - - - - 5. ₶ 11 s.

Summa huius paginæ Cent quatre vingts sept livres deux Petro solz

Petro Lallemant straturæ opifici, qui aream Scholarum, multaque alia loca tum maiorum cum minorum Facultatis ædium silice constrauit, ducentas et quinquaginta sex libellas cum duodecim assibus. ut patet ex acceptilatione - - - - - - - 256.# 12 s. visa

Guillelmo chardin qui Scholarum maiorum minorumque Facultatis ædium et earum quas occupant Apparitores, nec non amphitheatri anatomici tecta omnia reparauit, ac tegulis lateritiis ardosiisq. muniuit, quingentas et quatuordecim libellas cum decem assibus et tribus denariis. ut liquet ex acceptilatione - - - - - - - - - - - - 514.# 10 s. 3 d. visa

Famulis Guillelmi chardin qui tectis resarciendis sedulam nauarunt operam triginta asses. - - - 30 s. visa

Caput nonum
expensi ordinarii et extraordinarij pro rebus et negotiis Facultatis.

Quæstori Academiæ Parisiensis nomine Dauolle pro anno prædiatoriæ pensionis eidem Academiæ a Facultate debitæ Decanus persoluit ducentas et quinquaginta libellas. ut constat ex acceptilatione - - - - - - - - - - 250 # visa

Domino Pagean Facultatis Patrono pro honorario solito singulis annis ipsi soluendo triginta libellas - - - - - - - - - - - 30. #

Parario cognomine Ricker qui annuum uectigal Facultati debitum ab urbis quæstore solui curauit tres libellas - - - - - - - - - 3. #

J. Prisson pro sex mensibus tributi quod viarum purgandarum causa confertur in ultimum

Summa huius pagine mille cinq cens cinquante cinq livres douze sols trois deniers

830

mum iunij 1675. cadentibus quatuor libellas cum

visa sexdecim assibus. ut patet ex acceptilatione . . . . 4.lb 16s.

Domino de Launay pro sexe mensibus tributi

quod uiarum purgandarum causa confertur in

visa ultimum Decembris proximi 1675. casuris qua-

tuor libellas cum sexdecim assibus ut constat ex

acceptilatione . . . . 4.lb 16s.

Roberto Pepin qui per annum integrum sin-

gulis diebus Scholarum circuitum scopis detergeri

visa curauit decem libellas ut testatur acceptilatio. 10.lb

Eidem R. Pepin pro calamis, atramento et

visa charta per annum ab ipso suppeditatis quinde-

cim libellas ut patet ex acceptilatione 15.lb

Typographo Muguet pro catalogo Doctorum

visa duobusque decretis typis mandatis iuxta

Facultatis decretum quinquaginta quinque li-

bellas 55.lb

M. Nicolao Robin pro tribus mensibus pens-

ionis annuæ ei a facultate concessæ, quæ ipsi

nominis anticipatione solui solet, cadentibus

in septimum Martij 1675. numerauit Decanus

visa quinquaginta libellas, quas dedit Roberto Pepin

iuxta decretum Facultatis eidem Robin dis-

tribuendas ut patet ex acceptilatione 50.lb

Joannæ de Janson uiduæ M. Guidonis Pa-

tin Doctoris Medici pro pensione annua ipsi

a Facultate concessâ paupertatis titulo quæ

ipsi nominis anticipatione solui solet nu-

merauit Decanus ducentas libellas pro anno

Summa huius pagnae Cent — cadente

trecento nove? livres douze solz

visa cadente in diem quintum novembris proximi 1675.
ut constat ex acceptilationibus . . . . 200. ℔

Patrono Facultatis D. Pageau qui contradicta
visa chirurgorum scripto refutavit quinquaginta septem
libellas cum sex assibus Decanus numeravit ut patet
ex acceptilatione . . . . 57. ℔ 6 s.

Eius Amanuensi nomine chresty ut instrumen-
ta litis chirurgis illata ex manibus viri a secr-
etis D. du Laurens primariæ cathedræ senatori
reciperet tres libellas . . . . 3. ℔

Pro conductâ rhedâ meritoriâ quâ M. Guillel-
mus Petit cum Decano vectus est ad Procurato-
rem generalem amplioris consilij qui examinando
chirurgo quemdam nomine Harlot præfecerat
tres libellas . . . . 3. ℔

Pro conductâ Rhedâ meritoria quâ idem M. Guill-
elmus Petit cum Decano vectus est ad amplioris
consilij Procuratorem generalem ipsi gratias
acturus quod prædictum nomine Harlot exami-
nando chirurgo præpositum in Facultatis gra-
tiam hoc munere prohibuerat, aliumque nempe
M. Franciscum Sorand suffecerat tres libellas. 3. ℔

Doctoribus numero 26. qui rationibus M. Ioan.
Baptistæ Moreau aderant die veneris 4.a Ianua-
rij 1675. numeravit viritim tres libellas anti-
quissimo Magistro, Decanoque duplum, tantumque
duobus apparitoribus quantum uni Doctori unde
summa exurgit octoginta septem libellarum
ut patet ex decreto eodem die lato . . . . . 87. ℔

Amanuensibus D. Milet Facultatis in senatu
procuratoris pro xeniis sex libellas . . . . . . 6. ℔

Summa huius paginæ trois cent
cinquante neuf livres six solz

Amanuensibus D. Rigault Facultatis in comitio procuratoris pro xeniis tres libellas . . . . 3. ₶

D. Faure senatus auenso qui Academiæ Parisiensis quæstorem nomine Baulle ad soluenda Professorum Stipendia coegit sex libellas . . . . . 6. ₶

Roberto Pepin magno Facultatis apparitori pro denunciatis quatuor Facultatis decretis quinquaginta et septem asses cum sex denariis . . . . 57 s. 6 d.

Domino Barbier Patrono, cum ipsi Litis quam Facultas M. Lusson hæredibus intulit instrumenta dedit Decanus tres libellas ut in more positum est . . . . 3. ₶

D. Pageau Facultatis Patrono qui consilium scriptum dedit super professorum Stipendiis quæ Academiæ quæstor denegabat sex libellas . . . . 6. ₶

visa D. Barbier Patrono qui causam Facultatis aduersus hæredes M. Lusson deffendit quindecim libellas ut patet ex acceptilatione . . . . 15. ₶

Pro conductâ quadrigâ meritoriâ quâ vecti sunt quatuor doctores cum Decano ad urbem S. Germani ut D. Daquin Archiatrorum comiti quid super aggregatione statuisset Facultas exponerent viginti duas libellas . . . . 22 ₶

M. M. Francisco Vignon, Joan. Baptista Moreau, Dionysio Puillon et Antonio Le Moine qui se comites Decano adiunxêre singulis sex libellas et Decano duplum unde fit summa triginta sex libellarum . . . . 36. ₶

Pro prandio in dicta urbe S. Germani tredecim libellas cum undecim assibus . . . . . . 13. ₶ 11 s.

~~Summa huius paginæ~~ cent sept livres huict sols six deniers

Amanuensi D. Milet ut instrumenta litisque a Facultate chirurgis illata est ad Tabularii forensis exedram deferret sex libellas . . . . 6. ₶

Pro rhedâ meritoriâ conductâ per dimidium diei quâ uectus est Decanus ad Regis Procuratorem generalem, D. de Breux libellorum supplicum Magistrum et alios proceres ut res Facultatis promoueret quatuor libellas cum decem assibus . . . . 4. ₶ 10 s.

Viro a secretis D. de Breux qui decretum fecit aduersus circulatorem nomine Barré quo deserti uadimonij condemnatus est undecim libellas . . . . 11. ₶

Pro rhedâ meritoriâ per dimidium diem conductâ quâ uectus est Decanus ad Propraetorem urbanum, Regis Procuratorem generalem aliosque proceres ut uarias Facultatis rebus consuleret quatuor libellas cum decem assibus . . . . 4. ₶ 10 s.

Domino Camin comitij inquisitori pro libri chirurgi des forges exemplaribus in manum regiam immissis, pro die dictâ uiduae Martinet aliisque Decano M. Joanne Baptista Moreau peractis duodecim libellas cum decem assibus, ut constat ex acceptilatione . . . . 12. ₶ 10 s.

visa

Pro libro chirurgi Maurisseau quem legi et expendi a delegatis Facultas uoluit quatuor libellas cum decem assibus . . . . 4. ₶ 10 s.

Pro rhedâ meritoriâ conductâ quâ uectus est Decanus ad Regis Patronum generalem D. de Lamoignon postulationem aduersus dictum

Summa huius paginae quaranto trefel
Noir Laurer

Trefel exoraturus tres libellas 3.lt

Amanuensi D. de Lamoignon Patroni Regis generalis tres libellas 3.lt

Pro rhedâ meritoriâ conductâ qua uectus est Decanus ad D. Melian libellorum supplicum Magistrum causæ Facultatis aduersus Barre cognitorem tres libellas 3.lt

Pro alterâ rhedâ conductâ quâ M. Franciscus Paiot cum Decano uectus est ad eumdem D. Melian tres libellas 3.lt

Amanuensi D. Milet nomine chrestiennot propter multos sumptus in uariis Facultatis rebus factos triginta quatuor libellas cum ~~decem~~ assibus. ~~ut patet~~ ex accepti latione . . 34.lt 10s.

visa

Pro rhedâ conductâ quâ uectus fuit Decanus ad D. Melian die ueneris 25. octobris ab eo uocatus ut causam Facultatis ageret aduersus Barre tres libellas 3.lt

Pro caducariis impensis, damnisque uariis sarciendis intertrimentisque in pecuniis Facultatis gerendis ut more receptum est Decano soluta sunt sexaginta libellæ . . . 60.lt

Summa huius paginæ cent neuf
Livres dix solz

Summa totius expensi est cinq
mille deux cent trente deux livres
dix huict solz quatre deniers

Ergo summa expensi superat
summam accepti de seize cent
sept livres dix huict solz deux
deniers

facultas gratias et ratam habet
rationem redditam a magistro
Antonio Joanne Morand decano
redditam consilio quatuor [illegible]
agendas pro robur facultatis

bene gestae concedendum esse honorarium
centum et quinquaginta librarum
et distribuendarum singulis doctoribus
praesentibus ultra supra triginta antiquiores
magistro et decano duplum et duobus
bidellis pro uno doctore numeratur et
sic conclusum per decanum — A. T. e Morand
Decanus

Bijart — Jaquet

Richard — Le Fleuve

G. Preaux — Le Breton — Morand — De La Vigne

Dorigny — Gatebe — Luny — De Reuelois

Lorand — Rainssant — Baylon

Vandeuvre — Giacot — Lemoine

Martean — Finot — Lombard

Vaslet — Ozon — P. Yon

Lamy — Laval — De Grasny

Preaux — Rameau

Afforty — Le Conte — Morin — Courtois

Dieuxivoye — G. Petit — Payot

Mercerd — De Bourges — Desarcy

Cuvelier — Hureau — Blondel

Le Long

Afforty

Alter commentarius rerum in Facultate Medicâ Parisiensi gestarum à die 2.ª Nouembris an. 1675. in diem Nouembris 7.ª 1676.

M. Antonio Joanne Morand Parisino iterum Decano.

Anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto die Sabbati secundâ nouembris, conuocatis per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus in scholas superiores a Sacris, Decanum ut in more positum est, et Professores electuris, Decanus quæ gessit per suj magistratus annum breuiter recensuit, nouique Decani et Professorum electionem proposuit, tum professorio munere defuncti Facultati gratias egerunt, quæ his auditis nemine reclamante M. Antonio Joanni Morand, Decani prouinciam in annum prorogauit, et Professores, ut solitum est, eligendos esse censuit. quâ res pro more reuocata est ad sortem, quæ M. M. Rolandum Merlet, Joannem Baptistam Moreau et Claudium Quartier maioris ordinis, et Nicolaum Rainssant Raymundumque Finot minoris, electores dedit, qui Professores Scholarum designarunt M. M. Stephanum Bachot, Carolum Marteau et Claudium Guerin; Chirurgiæ Bertinum Dieuxiuoye, Philippum Matton et Claudium Puillon; rei herbariæ Nicolaum Lienard, Joannem Baptistam de Reuellois et Robertum Raoult. Pharmaciæ Antonium Morand, Franciscum Landrieu, et Franciscum Sorand; ac ultra citraque pontes chirurgiæ gallicè docendæ prouinciam Magistro Francisco Afforty ultra pontes, et Magistro Nicolao de Jouuancy citra pontes assignauit. Sors uero scholarum Professorem in annum sequentem M. Stephanum Bachot creauit, chirurgiæ M. Claudium Puillon; rei herbariæ M. Nicolaum Lienard, et pharmaciæ M. Antonium Morand, qui omnes fidem Decano

dederint

dederunt, iuramentoque solito obstricti sunt.

Quæstiones Quodlibetariæ dictæ.

Die iouis 14ª. nouembris 1675. disputauit de quæstione quodlibetaria extra ordinem M. Renatus le comte, respondente M. Petro Bonnet baccalaureo parisino; et hæc quæstio fuit affirmatè conclusa.

An uariolis male erumpentibus puluis uiperinus?

huius diei horâ undecimâ matutinâ, cum remisso disputandi ardore Baccalaurei se ad quæstiones extemplo soluendas accingunt, ex instituto maiorum magnus Facultatis Apparitor altâ uoce nomina et cognomina Doctorum regentium recitauit.

Sequuntur nomina et cognomina Honorandorum Magistrorum Doctorum Medicorum Regentium in Saluberrimâ Facultate Parisiensi an. rep. sal. huma. 1675.

M. Franciscus Piiart antiquissimus scholæ Magister.
M. claudius Quiqueboeuf
M. Philippus Harduinus de St. Jacques.
M. Hermannus de Launay, è uita migrauit 12. februarij 1676.
M. Philibertus Morisset
M. Nicolaus Brayer
M. Iacobus Renaut
M. Franciscus Blondel
M. Germanus Preaux
M. claudius Germain
M. Mathurinus Denyau
M. claudius Guerin
M. Nicolaus Richard
M. Martinus Akakia
M. claudius Le Vasseur
M. Franciscus Paiot.
M. Tussanus Fontaine Regius Professor.

M. claudius Perraut
M. carolus Le Breton
M. Petrus Bourdelot
M. Stephanus Le Gaigneur
M. Rolandus Merlet
M. Guillelmus Petit
M. Paulus courtois Professor Regius.
M. Joannes Garbe
M. Petrus de Mersenne
M. Simon Boulot
M. Joannes Hamon
M. Antonius Morand Pharmaciæ Professor.
M. Isaac Renaudot
M. Eusebius Renaudot Delphini principis Medicus primarius.
M. Joannes Baptista Moreau censor Academiæ et Professor Regius.
M. Stephanus Bachot
M. Bertinus Dieuxivoye.
M. Joannes Armandus Mauvillain
M. Petrus Perreau
M. Michaël de la Vigne
M. Joannes de Bourges
M. Germanus Hureau
M. Joannes Antonius Bourgaud
M. Franciscus Landrieu
M. claudius Quartier
M. Alanus Lamy
M. Franciscus de La chambre Reginæ francorum primarius Medicus
M. Nicolaus Morin
M. Philippus Doute
M. Nicolaus Lienard
M. Abrahamus Theuart
M. Ægidius Le bel Pharmaciæ Professor.
M. claudius de Frades
M. Alexander Michaël Denyau Regius Professor.

M. Antonius Joannes Morand Decanus.
M. Petrus cressé
M. Franciscus Goüel rei herbariæ Professor
M. Ludouicus Gallais
M. Raphaël Maurin
M. Edmundus chamier
M. Joannes Baptista de Reuellois
M. Dionysius Puillon
M. Dionysius Dodart
M. carolus de Laual
M. Antonius de caën
M. Petrus Pourret
M. Joannes Grout. extinctus est 28. decembris 1675.
M. Nicolaus Rainssant
M. Jacobus Le Menestrel scholarum Professor. raptus est 22. februarij 1676.
M. Franciscus Sorand scholarum Professor post obitu d. Le Menestrel
M. Petrus Legier
M. Jacobus de Bourges
M. Guido Crescentius Fagon familiæ Reginæ Medicus ordinarius.
M. Antonius Le Moine
M. carolus Marteau
M. Joannes Baptista Ferrand
M. Mathæus Thuillier
M. Robertus Raoult
M. Raymundus Finot scholæ Professor
M. Philippus Mathon
M. Petrus Lombard chirurgiæ Professor
M. Ludouicus Morin
M. carolus Le long
M. Paulus Mattot
M. claudius Guerin
M. Henricus Mahieu
M. Dominicus de Fary

M. Claudius Biendisant
M. Claudius Berger
M. Gabriel Dacquet
M. Raymundus Vaslet
M. Petrus Yvelin
M. Claudius Puillon
M. Franciscus Vezou
M. Ludovicus Gayant Medicus Regis ordinarius.
M. Joannes Robert
M. Claudius de Quanteal
M. Antonius de S.t Yon Medicus Regis ordinarius.
M. Petrus Yon
M. Guillelmus Lamy
M. Petrus Bon
M. Joannes Cordelle
M. Petrus Daquin Medicus Regis ordinarius.
M. Germanus Preaux
M. Nicolaus Rauceau
M. Nicolaus de Jouvancy
M. Franciscus Afforty
M. Renatus Le Conte Præses 105.

Die iouis 5. decembris 1675. disputauit extra ordinem de quodlibetariâ quæstione M. Nicolaus Pelletier, respondente M. Francisco Girard Baccalaureo Blesensi et affirmatè conclusa fuit hæcce quæstio.

An magnis lienibus ferrum?

Die iouis 2. ianuarij 1676. disputauit extra ordinem de quodlibetariâ quæstione M. Marcus Antonius Hellot, respondente M. Josepho Thomasseau Andino et hæc quæstio negata est.

An demorsis a cane rabido colocynthis?

Die iouis 26. Januarij 1676. disputauit ordine suo de quodlibetariâ quæstione M. Claudius Guerin, respondente M. Armando Joanne Mauuilain

Maunillain Parisino et hæc negata est quæstio.

An morbis curandis verba et characteres?

Die Jovis 30. Januarij 1676. disputauit ordine suo de quodlibetaria quæstione M. Paulus Mattot, respondente M. Joanne Baptista Renato Moreau Parisino, et hæc affirmatè conclusa est quæstio.

An ex Tabaco caluities?

Die Jovis 13. februarij 1676. disputauit ordine suo de quodlibetariâ quæstione M. Carolus Le long, respondente M. Ludouico Poirier-Richelæo, et quæstio hæc fuit affirmatè conclusa.

Suntne optima Medicamenta quæ magis arcana?

Antiquodlibetariæ quæstiones vulgò Pastillariæ dictæ.

Die mercurij 10. nouembris an. D. 1675. horâ decimâ matutinâ actum Pastillariæ celebrauit M. Renatus Le comte, in quo hæ quæstiones discussæ fuerunt,

an Vipera { Antidotum? / Venenum? }

primam Præses soluendam candidato proposuit. alteram M. Nicolaus Rainssant M. Antonio Le Moine.

Die mercurij 4. decembris 1676. horâ 10. matutinâ celebratus est actus Pastillariæ a M. Nicolao Pelletier, in quo uocatum est in controuersiam,

an succus melancholicus excrementitius sit { calidus? / crassus? }

Cuius quæstionis primam partem utrinque libratam, candidato definiendam dedit Præses, alteram uerò M. Michaël de La Vigne M. carolo Marteau ditimendam exposuit.

Die martis ultima decembris 1675. horâ 10. matutinâ actum Pastillariæ perfecit M. Marcus Antonius Hellot in quo disceptatum est,

An rabiem inducere possit { sitius? / sanguis menstruus? }

Cuius quæstionis priorem partem candidato proposuit Præses bipartitò excussam, alteram a M. Alexandro Michaële Denyau affectam definiuit M. Joannes Baptista Ferrand.

Quæstiones cardinalitiæ

Die Jovis 27. Februarij 1676. præfuit disputationi cardinalitiæ M. Nicolaus Rainssant, proponente M. Josepho

Thomasseau

Thomasseau Andino et affirmantem huius quæstionis partem propugnauit,

Est ne optima uiuendi Lex sua unicuique consuetudo?

Die Iouis 12. Martij 1676. disputationi cardinalitiæ præfuit M. Petrus Pourret, respondente M. Armando Ioanne Mauuillain et deffendit affirmantem huius quæstionis partem,

Est ne panis cereuisiæ flore fermentatus salubris?

Die iouis 19. Martij 1676. disputationi cardinalitiæ præfuit M. Antonius de Caën, respondente M. Ludouico Poirier et affirmantem huius quæstionis partem propugnauit,

Est ne in cibis sumendis ordo seruandus?

Vesperiarum actus.

Die iouis 7. nouembris an. d. 1675. horâ 10. matutinâ celebratus est Vesperiarum actus M. Marci Antonij Hellot, in quo M. Alexander Michaël Denyau præses quæstionem hanc mouit,

An aqua styptica { Aneurismati? / Vlceri Vteri?

Cuius primam partem Medicinæ candidato Præses proposuit deffiniendam, alteram a M. Michaële de La Vigne breuiter expensam diremit licentiatus M. Marcus Antonius Hellot.

Die martis 18. augusti an. Dom. 1676. horâ 10. matutinâ functus est vesperiarum actu M. Ioan. Baptis. Renatus Moreau, in quo M. Germanus Hureau Præses uocauit in controuersiam,

An incipientibus febribus { venæ sectio? / sudorifica?

Cuius primam partem Medicinæ candidato discutiendam dedit Præses, alteram a M. Alexandro Michaële Denyau agitatam licentiatus M. Io. Baptis. Renatus Moreau deffiniuit.

Die martis 22. septembris 1676. horâ 10. matutinâ

Vesperiarum

Vesperiarum actum celebrauit M. Armandus Joannes Mauuillain, In quo M. Jo. Antonius Bourgaud proposuit

An febri malignæ { cathartica? / hydragoga?

Cuius primam partem candidato definiendam exhibuit, alteram a M. Germano Hureau utrimque libratam Licentiatus M. Armandus Joan. Mauuillain diremit.

Die Lunæ 26. octobris 1676. horâ 10. matutinâ actæ sunt uesperiæ M. Petri Bonnet in quibus M. Franciscus Landrieu in dubium reuocauit

an ascitij { diuretica Spiritus salis ammoniaci / Hydragoga tinctura martis aperientis } aliquot guttulis aspersa?

Cuius quæstionis partem primam Præses proposuit candidato discutiendam, alteram a M. Nicolao Rainssant affectam confecit Licentiatus M. Petrus Bonnet.

Doctoratus

Die Lunæ 2ª Decembris an. D. 1675. rudè magisteriique pileo donatus est M. Antonius Hellot, a M. Alexandro Michaële Denyau, et utrimque disceptatum est.

An Apostemati iecoris { uulneraria / diuretica } potiones?

prima pars a recenti Doctore bifariam excussa disertè a M. Joanne Baptista Ferrand definita fuit, altera diuersimode a Præside agitata breuiter a M. Michaële de La Vigne confecta est.

Die mercurij 9ª Septembris an. D. 1676. Magisterij lauream consequutus est M. Jo. Baptista Renatus Moreau, ipsique hanc imposuit M. Germanus Hureau, et in utramque partem discussæ fuerunt hæ quæstiones,

An curandis quartanis { emetica? / amara?

primam partem a nouo Doctore utrinque libratam M. Mathæus Thuillier soluit, alteram a Præside excussam M. Alexander Michaël Deniau diremit.

Die mercurij 30. Septembris 1676. doctoralis corona imposita est M. Armando Joanni Mauuillain a M. Joan. Antonio Bourgaud, et in controuersiam uocatæ sunt hæ quæstiones ac utrimque disceptatæ,

an flatibus { carminatiua?
Phlebotomia?

Prima pars a nouo Doctore proposita, a M. Roberto Raoult soluta est, altera M. Germanus Hureau a Præside D. Bourgaud motam dumtaxat [illegible] definiuit./

Die mercurij 4. nouembris 1676. Doctoris pileo donatus est M. Petrus Bonnet a M. Francisco Landrieu, et uocatum est in controuersiam.

An uaporibus melancholicis affecto cerebro { odores grati?
Musica?

Primam partem a recenti Doctore utrimque expensam M. Raymundus Finot definiuit, alteram a Præside in utramque partem agitatam dissoluit M. Nicolaus Rainssant./

Res gestæ siue acta et comitia Facultatis a die 2.a Nouembris an. D. 1675. in diem 7.u nouembris 1676.

M. Antonio Joanne Morand iterum Decano.

Die Lunæ 4.a nouembris 1675. horâ 2.a pomeridiana menstruus habitus est conuentus, in quo primò M. Antonius Morand Pater meus cæterorum nomine, qui examinandæ pharmacopææ Gratianopolitanæ præpositi fuerant, nihil in eâ culpandum esse retulit. 2.o M. Antonius Le Moine, cui mandatum erat, ut epistolam a chirurgo quodam nomine Michau scriptam, necnon machinam ab eodem ad Luxata ossa restituenda inuentam, expenderet, hanc ce quidem reprehensione carêre, in epistolâ verò quædam emendanda et delenda esse testatus est. 3.o M. Joannes Armandus Mauuillain Baccalaureus et Facultatis Archidiaconus accessit supplex, Facultatemqꝫ rogauit, ut intolerabili philiatrorum audaciæ præcaueret, qui gladiis armati sed magis impudentiâ, in theatrum anatomicum vi conantur irrumpere, in quo nihil nisi turbas et seditionem excitant. 4.o M. Joannes Baptista Moreau Censor postulauit ut aduersus omnes nebulones illos, qui de arte medicâ libellos proscribunt, et medicinam facere audent, summo iure Decanus ageret. his auditis Facultas 1.o Pharmacopæam Gratianopolitanam typis mandari consentiit. 2.o censuit, ut epistola chirurgi Michau non nisi maculis erroribusque repurgata in lucem prodiret. 3.o quatuorviros nempe M. M. Germanum Preaux, Joannem Baptistam Moreau Censorem, Ludouicum Gallais, et Dionysium Puillon nominauit, qui cum Decano super petitione Archidiaconi deliberarent, et ad Facultatem referrent. 4.o denique Censoris postulationi annuit et ita cum Facultate conclusit A. J. Morand Decanus.

Die sabbati 16. nouembris 1675. hora 10. matutinâ post sacrum solitis in comitiis, cum Decanus super eruditione M. Petri Bonnet Baccalaurei sententiam Doctorum præsentium exquisiuisset,

qui

qui nuperrime de quæstione quodlibetaria responderat, censuit Facultas prædictum Baccalaureum, ob theses suas strenue propugnatas, laude non mediocri dignum esse. quod suo calculo confirmauit A. T. Morand Decanus.

Die dominica 17. nouembris 1675. horâ 2.a pomeridianâ M. Jacobus Le Menestrel Scholarum Professor Medicinam copiosa oratione commendauit, et a maleuolorum calumniis uindicauit. Lectiones autem inchoauit die lunæ 18. eiusdem mensis horâ nonâ matutina.

Die Lunæ 18. nouembris iusta persoluit Facultas manibus D. Lusson, sacris in sacello de more factis, et distributa est summa uiginti quinque libellarum, Sacerdotibus, doctoribus et apparitoribus præsentibus.

Die iouis 21. nouembris Petrus Lombard chirurgiæ Professor artem quæ manu curat traditurus, prælegere incepit.

Die sabbati 23. nouembris M. Franciscus Gouel rei herbariæ Professor, de plantis acturus, præfando elegantissimâ et cultissimâ oratione ostendit, quantum Medici ex stirpium cultura et cognitione iucunditatis fructum capere queant.

Rationes Die martis 26. nouembris 1675. per schedulam ab apparitoribus de lata conuocatis in scholas superiores Doctoribus omnibus, hora 2.a pomeridianâ, Decanus rationes accepti et expensi per primum sui magistratus annum reddidit, quas ratas et gratas habuit Facultas, ipsi pro rebus benegestis gratias agendas esse censuit, solitumque honorarium centum et quinquaginta libellarum decreuit, præter summam eidem debitam septem libellarum supra sexcentas et

+ Sexcentas mille libellas cum octodecim assibus et duobus denariis. præterea singulis doctoribus iis dumtaxat qui prædictis rationibus aderant uiritim tres libellas distribui uoluit, et quidem Magistro et Decano duplum duobusque Apparitoribus pro uno doctore numeratis. iisdem in comitiis cum Decanus exposuisset 1.o a Pharmacopæis Parisiensibus Facultatem rogari, ut eos aduersus chirurgum nomine Bordier qui medicamento purgante temere propinato Mulierem pene occiderat litigantes iuuaret. 2.o libellum supplicem Facultati porrectum a nobili nomine de Quenestrel legit, quo eamdem ab ipsa gratiam expetebat aduersus nebulonem nomine de S.t Mars, qui uicatii pharmacis uxorem eius spe sanitatis, quam ultro promittebat, elusam diu cruciauerat. Facultas censuit tum pharmacopæis tum prædicto de Quenestrel præsidium esse ferendum, et chirurgi audaciam et Plani de S.t Mars impudentiam, quamprimum reprimendas esse, et ita cum Facultate

conclusit

conclusit A. J. Morand Decanus. /

Die lunæ 2.a Decembris 1675. horâ 3.a pomeridianâ solitus ac menstruus habitus est conuentus, in quo Decanus omnes hortatus est, ut iisdem uiribus et consiliis in bonum commune conspirarent, et aduersus eos qui uiolato perfidè sacramento cum circulatoribus et adulterinis huius urbis medicis, improbis, aliarum academiarū fœtibus in sui ordinis perniciem indignâ conciliorum societate iunguntur, uirilibus animis insurgerent. exposuit etiam a chirurgorum præfectis sibi datam esse schedulam, in quâ sex chirurgorum nomina descripta erant, eum in finem ut ex iis quos uellet Facultas dissecandis in theatro scholarum anatomico cadaueribus præficeret. super his ita censuit Facultas 1.o ut chirurgorum petitionis cuiuscumque ratio nulla unquam haberetur, nisi libellum supplicem Facultati porrigerent 2.o ut, ne sit in posterum huius ordinis Doctorum turpi cum empiricis communitati locus, unusquisque obligatâ sacramento fide polliceatur, se quemlibet indignum apud ægros consiliorum commercium habentem (siue esset oculatus ipse testis, siue aliunde acceptum) constanter accusaturum esse Facultatique denunciaturum, qui si duorum testimonio conuictus fuerit ex Doctorum albo expungeretur et sic cum Facultate conclusit A. J. Morand Decanus. /

Die 17. decembris 1675. chirurgus nomine Bordier de quo superius mentio fit, multæ litisque æstimationis judicio proprætoris urbani D. de La Reynie damnatus est.

Die Lunæ 23. decembris horâ 2.a pomeridianâ conuocati fuere per schedulam ab apparitoribus more solito delatam in scholas superiores Doctores omnes, super literis quas illustrissimus integerrimusque proprætor urbanus ad Decanum paulo antè miserat deliberaturi. Vir enim bono publico natus, cum in multis passim Galliæ necnon Europæ locis, mortiferis contagiosisque morbis non paucos de medio tolli rumor percrebesceret, de primariæ urbis incolumitate sollicitus, ueritusque ne lues illa huc usque tandem disseminata in ciuium quos omnes communi malo laborantes uidebat, perniciem redundaret, literas Medicorum ordini honorificentissimas ad Decanum scripserat, quibus eorum super tot morborum in Parisinos sævientium causis et præsidiis

sententiam

Sententiam exquirebat. Sic autem se habebant hæ litteræ.

Pour Monsieur Morand Doyen de La Faculté de Medecine de Paris

ce 18, decembre 1675.

Monsieur

Le grand nombre de malades qu'on uoid dans la uille depuis quelques iours, la qualité de la maladie, et le suiet qu'il peut y auoir d'en aprehender les suites, m'obligent de uous prier de uouloir bien examiner, s'il ne seroit pas important que uous prissiez la peine d'inuiter messieurs uos confreres d'obseruer autant qu'il leur seroit possible, tout ce qui peut donner lieu de iuger non seulement des causes, et de ce qui peut estre a craindre de cette maladie, mais encore tout ce que l'experience aura fait cognoistre de plus conuenable, ou de contraire a la guerison des malades qui en auront esté affligez; un tel soin peut estre digne de la Faculté de Medecine de Paris et il luy sera ce semble auantageux aussy bien qu'au public, si auec le secours de ses docteurs et dans cette sorte de coniunctures, mesme dans celles qui seroient encore plus fascheuses, il nous estoit possible de cognoistre, ou si ceux qui uiendront aprez nous pouuoient aprendre, en consultant ses registres, les experiences du passé, et pour ainsy dire iuger de ce qui se deuroit faire par la conoissance de ce qui auroit esté fait en d'autres temps, pour la guerison de semblables, ou plus fascheuses maladies. ie suis

Monsieur

Vostre tres humble et tres obeissant seruiteur De la Reynie.

his a Decano perlectis et ab omnibus attentè pensitatis, censuit Facultas creberrimas illas ægrotationes, nulla ui malignâ infestas esse, nulla pestiferâ contagione serpere, et ab istis nisi perperam adhibita fuerit ab empiricis aut nulla curatio, (decepit enim plurimos falsa uanaque de uenæ sectione opinio) extinctos fuisse paucissimos, sed ideo duntaxat tam latè diffusas patuisse, ut uix decem ex mille ab his hostibus tuti fuerint, quod a communi causâ scilicet aëris intemperie et inæqualitate promanauerint, Cum enim cælum per annum et ultra magnis et assiduis imbribus maduit, tam diutinâ humiditate fractus est natiuus calor, humorumque superfluorum quos nihil iuuante solis ardore dissipare non ualebat, redundantiâ oppressus est. quamobrem superueniente præmaturo mensis nouembris frigore, qui superfluebant, sic præclusis cutis meatibus non difflati

difflati sed suppressi ~~sed suppressi~~ computruerunt. unde nimio feruore commoti, extra fines a natura praescriptos, ex uasis nempe in partes uehementius irruperunt. nec est alia tot catarrhorum, tussium, pleuritidum, anginarum et eiusmodi fluxionum causa, quod ex curatione non parum eluxesit, quae dicta, uenae sectione, purgatione, caeterisque praescriptis ex arte plethoram minuentibus, et cacochymiam emendantibus praesidiis feliciter perfecta fuit. Caeterum ab eadem Facultate Decano mandatum est, ut ipsius nomine Propraetori uigilantissimo gratias ageret maximas, quod tam recte de Medicorum Parisiensium in publicam salutem propensione sentiret, eiusque litteras ad aeternum memoriae monimentum in commentariis describendas esse sancitum ~~est~~ et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Iisdem in comitiis cum Decanus retulisset nescioquem nomine Sarlet a Propraetore urbano petiisse, ut sibi per eum liceret libellos proscribere, quibus medicamentum quod ostentabat, et ad omnes oculorum morbos uel deploratos ualere iurabat, commendaret notumque omnibus fieret; sed repulsam ab eo passum esse donec id Facultati probaretur, ea censuit pharmacum id quo nulla oculorum uitia quantumuis grauia non uinci praedictus Agyrta contendebat, si quibus coagmentatum erat aperire negaret, aegris adhibitum, effectis explorandum esse, ac usu uires eius indagandas, et sic conclusit A. T. Morand Decanus./

Eodem in conuentu M. Franciscus Blondel uir de hoc ordine benemeritus Decano dedit decretum curiae rationum fisci, aduersus empiricos et quoscumque qui a Facultate non probati Medicinam facere audent latum, quod in bonum publicum contulit. Sic se habet chartae inscriptum.

Du premier liures de chartres estant dans la chambre des comptes de Paris fol. 58. uerso.

Decanus et Magistri Medicinae Parisiensis de ordinatione et inhibitione, quod nullus audeat practicare Parisius uel suburbio dare medicinam, syrupum uel pillulas uel quamcumque aliam medicinam, nisi sit approbatus per Magistros Medicinae Parisiensis. Datum mense decembri 1353. per Regem Mellou. redditum sine financia./

Extrait des registres de la chambre des comptes Signé Richer.

Die iouis 2ª Jan. 1676. horâ 2ª pomeridiana habitus est more solito menstruus Facultatis conuentus in quo Decanus 2º

Facultate

Facultatem rogauit ut iuxta decretum ultimis in comitiis latum, quo Medicamentum Agyrtæ nomine Tarlet examinandum esse statutum fuerat, uiros sagaces eligeret quos huic excutiendo præficeret. 2°. se ab illustrissimo Proprætore urbano paucis abhinc diebus accepisse testatus est, quod sæpe apud ipsum de Parisiensium Medicorum ordine Archiatrorum Comes honorificam mentionem fecisset, eoque esset in Facultatem animo, ut eam aduersus empiricorum impudentiam totis uiribus iuuare constituisset, eundemque Proprætorem Facultatis amantissimum sibi authorem fuisse asseruit, ut de rebus illis acturus Archiatrorum comitem conueniret, caueretque ne illius beneuolentia negligeretur. his auditis Facultas M. M. Martinum Akakia, claudium Le Vasseur, Franciscum Baiot ex maiori classe et M. M. Franciscum Sorand, Petrum Legier et iacobum de Bourges ex minori, famoso illi arcanoque medicamini excutiendo, eiusque uiribus in ægris (si quibus constat aperire nollet) explorandis præposuit. 2°. de adeundo Archiatrorum comite consilium magnoperè laudatum in maiora comitia produxit. iisdem in comitiis cum M. M. claudius Le Vasseur et Alanus Lamy de M. Alexandro Michaële Denyau plurimum conquesti essent, eumque de violatis statutis atque decretis accusassent, Censuit Facultas ne incognitâ causâ condemnaretur Diem ei dicendam esse, et ad proxima Comitia uocandum, ac ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./ hoc Decretum Facultatis apparitor magnus M. M. Le Vasseur, Lamy et Denyau 21. Januar. 1676. denunciauit./

Eadem die horâ 2ª pomeridianâ M. Raymundus Finot totius humani corporis machinam et artificium explicauit, dissecante uirile cadauer claudio Morel chirurgo Parisiensi./

Die Sabbati 4ª Jan. solitis in comitiis, Facultas à Decano rogata ut super eruditione M. Josephi Thomasseau, qui nuperrime de quæstione quodlibetaria responderat sententiam ferret, eius responsa probauit. quod calculo suo confirmauit A. T. Morand Decanus./

Die Sabbati 18. Januar. horâ 10: matutinâ Facultas in Sacello suo sacra fecit in gratiam M. Joannis Grout qui ex hac uitâ migrauerat 28. decemb. 1675./

Die Sabbati 25. Jan. horâ 10. matutinâ per schedulam ab Apparitoribus delatam, conuocata Facultas de cereis offerendis, candidatorum probatoribus eligendis, aliisque rebus ad Facultatem spectantibus deliberatura

tura, censuit cereos eo modo quo anno superiori 1675. iisdemque offerendos esse, et more solito viros probationi candidatorum præficiendos esse, et sic conclusit Decanus A.T. Morand decanus.

Quamobrem ut in usu positum est sorte ducti sunt quinque viri, scilicet tres maioris ordinis M. M. Nicolaus Richard, Guillelmus Petit, et Alanus Lamy, minoris vero M. M. Iacobus Le Menestrel et Ludovicus Morin qui designarunt, candidatorum sex probatores tres nempe superioris classis, M. M. Philippum Harduinum de St Jacques, Franciscum Blondel, Petrum Cressé. inferioris autem M. M. Ludovicum Gallois, Petrum Legier et Mathæum Thuillier, quorum nominibus in pileum coniectis, Legier ad sortem revocatâ, hæc Decani manuducta, M. M. Blondel, de St Jacques, Legier et Thuillier probandorum candidatorum munus assignavit, quos confestim solenni solitoque sacramento Decanus obligavit.

Iisdem in comitiis cum M. Alanus Lamy, de sibi a M. Alexandro Michaële Denyau ereptâ malis artibus cuiusdam ægri curâ questus esset, nec satis probata fuisset eius accusatio, auditâ super hac re D. Denyau deffensione, Facultas ambitus quidem eum donec res planior fieret, culpâ liberavit, sed cum ipse dum se purgaret convitia quædam in accusatorem imprudentius, audaciusque iactasset, de summa ex vectigali suo accedente, ipsi utpote statutorum quæ id vetant violatorum reo, quindecim libellarum quæ in sacelli ornamenta impenderentur (ut decreta ferunt) decessionem faciendam esse censuit et sic cum Facultate conclusit A.T. Morand Decanus.

In eodem conventu cum Decanus iterum a Facultate petisset an ipse Archiatrorum comitem adiret, cum eo de comprimenda circulatorum audaciâ et similibus acturus, ipsa Decanum rogavit ut eum quotiescumque liceret, Facultatis nomine conveniret, in eum finem si opus esset in urbem D. Germani proficisceretur ac ipsi huiusce rei, et cuiuslibet gerendæ potestatem dedit, et sic cum Facultate conclusit Decanus A.T. Morand.

Die Lunæ 3. februarij 1676. habitus est menstruus Facultatis conventus, in quo Decanus 1° legit programma sibi traditum a Rectore Parisiensis Academiæ, ad quem a Rectore Tolosanæ

academiæ

academia missum fuerat, cum literis quibus ille rogabatur ut libellum istum proscribi et affigi in compitis Juberet. hoc autem cathedram Scholæ Medicæ, morte Professoris uacuam acrius disputanti concedendam esse significabatur 2°. Decanus recitauit libellum supplicem a M. Alexandro Michaële Denyau Facultati porrectum his uerbis

A Messieurs les Doyen et Docteurs Regents
en la Faculté de Medecine a Paris.

Supplie Alexan. Mich. Denyau aussy Docteur Regent en la ditte Faculté, et professeur du Roy en Medecine, disant que sur le different arrivé entre Mr. Lamy aussy docteur et luy lequel Sr. Lamy auoit formé une fausse accusation, sur laquelle on auroit prononcé aucun iugement a lencontre de luy, le suppliant remontreroit que cela tireroit a grande consequence, et detruiroit lordre des assemblées, qui se doiuent faire tous les mois, pour lordre et la discipline de la Faculté, s'il estoit permis de denoncer a fause les docteurs et les declarer en assemblée publique comme preuaricateurs aux lois de la raison et de l'honneur, qui accoustume d'estre obseruées dans cette compagnie, en effet par la suite et par le raport du Sr. Morand Pere le suppliant s'est trouué iuste, et si la ditte Faculté n'estoit pas suffisamment satisfaitte, le suppliant s'offre de prouuer au Sr. Lamy la fausseté de son accusation, et dans le temps ou le suppliant s'est iustifié, on a tourné les parolles de sa iustification en iniures, et on n'a pas remarqué que plusieurs fois le Sr. Lamy a refusé en consultation le suppliant, et que dans l'assemblée on a fait parler le S. Lamy auec grande difficulté, et le malade qui estoit un tambour du Roy auoit fait une si grande impression sur l'esprit du S. Lamy, qu'il a poussé l'affaire iusques a inuenter des choses qui sont (sauf tout respect) fausses dans toutes leurs parties, c'est dequoy se plaint le suppliant qui a esté condamné a 15.lt damande pour des parolles qui ont esté proferées sans esprit de dire des iniures au Sr. Lamy, le suppliant n'ayant pas intension de l'offenser, mais simplement de se deffendre, c'est pourquoy il conclud a demander a la Faculté la condamnation du S. Lamy comme d'un calomniateur, et luy imposer telle amande que ladite Faculté trouuera bon, a lesgard du suppliant le renuoyer absous, et en consequence le descharger de lamande. Signé Denyau

his

his auditis Facultas censuit 1°. cum academia Tolosana suos tantum alumnos quibuslibet aliis reiectis ad disputationem admittere soleret, programma Tolosanum nullibi affigendum esse, quippe quod ad hanc Scholam minime pertineret. 2°. rem D. Benyau eiusque supplicationem ad maiora comitia differendam esse, et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die 4. februarij 1676. Iudicio Propraetoris D. de La Reynie multae et aestimationis litis damnatus est circulator nomine Louis, qui Medicinae programmata ubique in compitis affixerat. eademque die simili fulmine percussa est muliercula propter proscriptos etiam Medicinae libellos illa uocatur du bois./

Die 5.a februarij horâ 2.a pomeridianâ M. Petrus Lombard chirurgiae professor, operationes chirurgicas in uirili cadauere demonstrauit infeliciter admodum secante Geruasio Lamot chirurgo Parisiensi./

Die sabbati 8.a februarij in comitiis quae singulis hebdomadis haberi solent, Facultas responsa Baccalaurei M. Ioan. Baptis. Renati Moreau qui die iouis nouissime positiones quodlibetarias propugnauerat ualde probauit laudauitque quod confirmauit A. T. Morand decanus./

Die sabbati 15. februarij in solito conuentu Facultas M. Ludouicum Poirier, die iouis nuperrimâ non uulgarem in deffendendis quodlibetariis thesibus eruditionem exhibuisse censuit quod confirmauit A. T. Morand Decanus./

Die sabbati 29. februarij hora 10. post sacrum conuocatis per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus in scholas superiores Decanus proposuit, primo professorem scholarum in locum M. Iacobi le Menestrel qui nuper summo collegarum omnium desiderio è uiuis excesserat eligendum esse. 2°. Legit libellum supplicem a Muliercula nomine Bansienuille Propraetori urbano porrectum, quo integerrimum uirum incassum orauerat, ut sibi liceret proscriptis ubique per urbem in compitis programmatis, medicamentum commendare, quo uulnerum omne genus statim curari non minus insulsè, quam impudenter asserebat: nam Iudex sapientissimus libellum huic ea conditione subsignauerat ut Decano Medicorum offerretur. 3°. ex dissidio quatuor Academiae nationum ob inaequalem uectigalis quod a tabellariis soluitur distributionem, opportunam ad professores amplioribus stipendiis augendos, occasionem datam esse monuit, si nempe utraque Facultas iuris Pontificij et Medicinae, iunctis uiribus collectisque copiis (si patronis super eâ re consultis ita uideretur) litiganti-

bus

bus apud Senatum huius controuersiæ arbitrum huic libello supplice interueniret. 4°. super eruditione M. Iosephi Thomasseau qui nuper de quæstione cardinalitia responderat omnium sententias exquisiuit. quibus auditis Facultas Censuit 1°. professorem scholæ more solito eligendum esse 2°. examinando Mulierculæ medicamento quatuor scilicet M. M. Franciscum Blondel, Ioannem Baptistam Moreau maioris ordinis, et M. M. Dionysium Puillon et Antonium Le Moine minoris præfecit. 3°. Statuit de lite aduersus nationes Academiæ mouendâ consulendos esse patronos 4°. responsa M. Iosephi Thomasseau probauit et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus. /

Quinque professoris electores sorte ducti sunt tres nempe maioris ordinis M. M. Ioannes Garbe, Rolandus Merlet et Alexander Michaël Denyau, minoris uerò Ioannes Baptista de Reuellois et Carolus Marteau qui de maiori classe M. Franciscum Blondel licet iam professoris munere defunctum, quod alter non esset, apellarunt, de minori M. M. Franciscum Sorand et Claudium Guerin sed M. Franciscum Sorand professorem sors renunciauit. /

Die Lunæ 2a. Martij 1676. hora 2a. pomeridiana menstruis in comitiis Facultas legitimè conuocata cum rumor esset pauperum ægrotantium quos D. Pauli Parœcia complectitur curam, a Baccalaureo sordidâ prensatione ambiti, ipsum mq. de hoc munere cum doctore contendere, censuit ambos monendos esse ut sese coram Facultate quæ per eos certior de illâ re fieret die sabbati proximâ sisterent, et sic conclusit A. T. Morand Decanus. /

hoc Decretum 6a. martij per magnum apparitorem M. Nicolao Raueau et B. Girard Baccalaureo denunciatum est. /

Die mercurij 4. Martij horâ 2a. pomeridianâ M. Franciscus Sorand scholæ Professor humani corporis structuram exposuit dissecante Claudio Morel chirurgo Parisiensi. /

Die sabbati 7. Martij conuocatis in scholas superiores Doctoribus omnibus, per schedulam ab apparitoribus delatam, M. Nicolaum Raueau Doctorem et M. Franciscum Girard Baccalaureum quibus iuxta decretum nuperrimè latum hanc diem dixerat audituris, D. Raueau se accepisse testatus est a Baccalaureo Girard curam pauperum in parœcia D. Pauli ægrotantium ambientem, ut hanc faciliùs obtineret uiliori pretio quam solito conductum suam operam polliceri, quæ omnia tamen a Baccalaureo coram omnibus negata sunt, quamobrem Facultas sic censuit ut nempe Decanus in hanc rem diligentiùs inquireret, quod si uerò Baccalaureus huius facti reus ab illo deprehenderetur, laureâ doctoris priuaretur, seu potius ipsi denegaretur

denegaretur. Iisdem in comitiis M. Franciscus Blondel et M. Ludovicus Gallais iniquissimo recuperatorij Prætoris iudicio, honorarium quod Medicis omnibus ob curam ægrorum concessum est sibi nuper denegatum esse conquesti sunt, quod in illorum remediorum formulis nullum apud pharmacopæos indicium extaret, quibus perspectis Facultas censuit M. Franciscum Blondel qui tam iniuste damnatus ad senatum iam appellauerat, et M. Ludouicum Gallais qui ad eundem prouocaturus erat, omni ope iuuandos esse, ac Decano mandauit ut (modo Patronus author esset) Facultatis nomine uindicem se causæ offerret, litesque has suas faceret et sic cum facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die sabbati 7.^a Martij horâ 10. matutinâ in sacello suo Facultas iusta persoluit M. Hermanno de Launay qui 12. februarij 1676. animam egerat./

Die sabbati 14. Martij hora 9. matutinâ in sacello suo sacra fecit Facultas pro anima M. Iacobi Le Menestrel qui 22. februarij immatura morte raptus fuerat./

Die sabbati 14. Martij horâ 10. matutinâ post sacra conuocatis in scholas superiores per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus, ut candidatum supplicem audirent, accessit M. Claudius Hugot Cabillonensis candidatus qui Facultatem rogauit, ut sibi ad Baccalaurei gradum aspiranti liceret examinatoribus solito more doctrinæ specimen exhibere, quo audito censuit Facultas prius uidendas esse huius ætatis, studiorum et Magisterij litteras, quam is a delegatis examinaretur, proindeque die Lunæ sequenti hora 2. post meridiem haberi comitia uoluit in quibus explorandis litteris quidam proficerentur et sic conclusit A. T. Morand Decanus./

Iisdem in comitiis Facultas responsa M. Armandi Ioannis Mauuillain Baccalaurei qui nuper theses cardinalitias propugnauerat ualde probauit quod suffragio suo confirmauit A. T. Morand Decanus./

Die Lunæ 16. Martij horâ 2.^a pomeridianâ cum Facultas conuocata fuisset in scholas superiores uiros electura, qui ex professo in candidati litteras inquirerent hoc negotium uiris 4.^or credidit atque commisit, M. M. nempe Rolando Merlet et Antonio Morand maioris classis atque M. M. Dionysio Puillon et Carolo Marteau minoris, qui die sabbati sequenti referrent quid rei esset et sic conclusit A. T. Morand Decanus./

Iisdem in comitiis cum Maria des prez Facultatem supplex rogasset, ut sibi cum Pharmacopæo nomine Renaut litiganti opem ferret, qui eius coniugi, quem ab eo intra nouem dies officiosè de medio sublatum esse contendebat, medicinam suo arbitrio præter ius et leges quæ id uetant fecerat, et multa pharmaca per id temporis spatium exhibuerat, quorum summæ impudentiæ summum et inauditum pretium constituebat, quippe ab hac Viduâ quadringentas et octoginta libellas exigebat, et

ipsi

ipsi diem dixerat ut coram recuperatorio Prætore veteris comitij adesset, Censuit
Facultas illius pharmacopæi singularem audaciam comprimendam esse, Mariaꝗ
des preæ quamprimum interventione opitulandum esse, modo huius viduæ sumpti-
bus fieret, et sic conclusit A.T. Morand Decanus./
Die Sabbati 21. Martij 1676. Facultas M. Marco Antonio Hellot qui vitâ nuper
functus erat sacris in sacello suo factis parentavit./
Die Sabbati 21. Martij horâ 10. post sacra, Facultas ut in more positum est
convocata eos audivit qui examinandis candidatorum litteris præfecti fuerant,
licetque duorum candidatorum litteras (nam D. Hugot alter nomine Francis-
cus de Villers peronaus sese adiunxerat) suis omnibus numeris minimè
absolutas esse, eaque præfinitum studiorum tempus non implere retulissent,
Censuit interrogationibus probandos esse die lunæ proximâ 23. Martij./
iisdem in comitiis Facultas Baccalaurei nomine Poirier qui die iovis
novissimâ theses cardinalitias deffenderat responsa probavit et laudavit
quæ suo calculo confirmavit A.T. Morand Decanus./
Die Sabbati 28. Martij horâ 8. matutinâ post sacrum, convocatis per sched-
ulam pridie delatam doctoribus omnibus in scholas superiores, ut viros
candidatis probandis præfectos de illorum doctrinâ referentes audirent, M.
Franciscus Blondel cæterorum examinatorum nomine [redacted] candidatos sustinendæ
scholæ dignitati impares esse testatus est, eosque ad Baccalaurei gradum admitti
posse negavit, cumꝗ in illis comitiis M. Ioan. Baptis. Renatus Moreau emeritorum
baccalaureorum nomine Facultatem eleganti oratione rogasset, ut iuberet eos
singulos doctores adire, ab ipsis particularibus de therapeutica interrogationibus
tentandos. super his sic statutum est ut veterani Baccalaurei ad singulorum
Doctorum ædes se se conferrent statim post paschalia, ut ab iisdem medendi
methodo examinarentur, utque candidatis Laurea Baccalaurei denegare-
tur et sic conclusit A.T. Morand Decanus./
Die Sabbati 18. aprilis 1676. horâ 10. post sacrum convocatis Doctoribus
omnibus per schedulam ab apparitoribus delatam de stipendiis Professorum
ab Academiæ quæstore nomine Dauolle denegatis deliberaturis, cum enim
Decanus exposuisset eâ tantum conditione prædictum quæstorem Professo-
rum honorarium solvere velle, ut schedula Decanus Rectorem de
Professorum diligentiâ certiorem faceret, ut ab ipsa Facultate (quod ex
Guidonis Patin Decanatu liquet) pactum erat, Censuit Facultas
ut vi senatusconsultorum quæ adversus dictum Dauolle lata fuerant
ageretur, eaque nostris sumptibus (siquidem non erant in promptu)
exscribi et excerpi de senatus commentariis Decanus curaret qui sic
cum Facultate conclusit. A.T. Morand Decanus.
Die Sabbati 2a. Maij 1676. hora 10. matutinâ post sacrum convocatis
Doctoribus.

Doctoribus omnibus in scholas superiores per schedulam pridie delatam ut super senatusconsulto adversus chirurgos nuperrime lato aliisque rebus statuerent Decanus 1° legit Decretum id quod sic se habet.

Extrait des Registres du Parlement

Entre les Doyen et Docteurs Regents de la Faculté de Medecine de l'Vniversité de Paris demandeurs en deux requestes des quatre octobre 1666. et trois Juin 1672. d'une part, et les prevosts iurez gardes et communauté des M.es chirurgiens barbiers et chirurgiens de cette ville deffendeurs, veu par la cour la requeste et demande de laditte Faculté de Medecine du 4. octobre 1666. a ce que le lieutenant du premier Barbier du Roy, ou en son absence par l'un des Prevosts de laditte communauté desdits M.es chirurgiens et barbiers, accompagnez des autres prevosts representant laditte communauté, fussent tenus de continuer a laditte Faculté de Medecine la soumission et recognoissance annuelle du payement d'un escu d'or sol, par chacun an, le lendemain du iour et feste de S.t Luc et venant ledit iour par laditte communauté prester le serment d'obeissance aux escolles de laditte Faculté, et cependant par provision sans preiudice des droits au principal ordonné que lesdits lieutenant et prevosts de laditte communauté, seroient tenus d'apporter les quatre escus d'or sol qui seroient deus et escheus au Jour de S.t Luc 1666. laditte Faculté assemblée auxdittes escolles a en continuer le payement audit iour, annuellement en la forme que dit est d'apporter par lesdits lieutenant ou prevosts, laditte retribution auxdittes escolles, laditte Faculté assemblée ledit iour de lendemain de S.t Luc, au payement de laquelle retribution et redevance faute de satisfaire par lesdits lieutenant et Prevosts de laditte communauté au iour de lendemain de S.t Luc, en la maniere que dit est, ils y seroient contraints solidairement par saisie et vente de leurs biens et condamnez aux dépens. autre requeste desdits Doyen et docteurs du 3. Juin 1672. a ce que laditte communauté des chirurgiens fut condamnée a payer annuellement un escu d'or aux escolles de laditte Faculté de Medecine, lors du serment le lendemain de S.t Luc de chacune année, les arrerages du passé a compter de l'année 1664, ou payer annuellement audit Jour S.t Luc par chacun desdits prevosts iurez gardes et communauté desdits Maistres chirurgiens barbiers et chirurgiens deux sols six deniers de redevance ancienne lors de leur serment qui s'y fait par chacun an audit iour S.t Luc auxdittes

escolles

escolles, et condamnez ès despens. les deffences desdits chirurgiens arrest du 15. decembre 1672. par lequel lesdits chirurgiens auroient esté receus oposants a l'execution de l'arrest du 27. Juillet 1672. en refondant neantmoins les depens et sur les demandes de laditte Faculté de Medecine et deffences desdits chirurgiens, les parties auroient esté apointées en droit, production des parties, contredits desdits Medecins, et requeste des chirurgiens employée pour contredits, salvations desdits Medecins, conclusions du procureur general du Roy, acte de redistribution et tout consideré La ditte Cour a ordonné et ordonne, que lesdits prevosts et M.^es chirurgiens representants la ditte communauté, seront tenus de comparoir tous les ans le lendemain de St Luc aux escolles de Medecine, pour y prester le serment accoustumé et payer un escu d'or au Doyen de la ditte Faculté, si mieux n'ayment payer audit Doyen chacun deux sols six deniers par chacun an audit jour; ce qu'ils seront tenus d'opter dans huitaine, du iour de la signification du present arrest, sinon l'option referée, condamne lesdits chirurgiens a payer les arrerages du passé a compter de l'année 1662. et ès depens. / fait en Parlement le 20. Jour du Mois d'Avril 1676. Signé Jacques. / Le 25. avril 1676. fut le present signifié et baillé copie a Me Prieur procureur en son domicile parlant a son clerc, et aux prevosts iurez et gardes de la communauté des M.^es chirurgiens et barbiers de cette ville en leur bureau a St Cosme, parlant a Montgin leur concierge, ausquels i'ay fait commandement de satisfaire au present arrest dans le temps y porté par moy huissier en Parlement soubsigné Faure. /

2.º recitavit regium diploma professoribus theologis tum Sorbonicis cum navarricis concessum, quo hi cæteris gradu promotis quos vocant graduez in conferendis Ecclesiæ prædiis anteponebantur. 3.º monuit Decanus Facultatem, litem quam Maria desprez adversus Pharmacopæum nomine Renaut moverat ab ipsa inconsulto Medicorum ordine qui hanc authoritate iuvabat, compositam esse. 4.º Censor nogentini Medici vocati de Menne Pharmaciam vernaculo idiomate conscriptam examinandam protulit. Super quibus sic censuit Facultas 1.º ut exacto tempore vectigalis clientelaris eligendi a senatu constituto haberentur comitia in quibus iuxta senatusconsultum de ipso decerneret. 2.º ut de regio diplomate patroni consulerentur. 3.º ut summo iure adversus Pharmacopæum dictum Renaut ageretur. 4.º ut pharmacopæa nogentini Medici M. M. Bertino Dieuxivoye et Ludovico Gallois legenda traderetur et sic de his omnibus conclusit A. T. Morand Decanus. /

Die

Die lunæ undecima Maij horâ 10.^a matutinâ conuocatis per schedulam ab apparitoribus delatam in Scholas Superiores Doctoribus omnibus, Super Senatusconsulto aduersus chirurgos lato, Baccalaureis emeritis ad Licentias admittendis, iure rotuli, aliisque Facultatis rebus deliberaturis. Cum Decanus 1.° iterum recitauisset Senatusconsultum quo a chirurgis denegatum clientelare uectigal nostrum asseritur, 2.° certiorem fecisset Facultatem, emeritos Baccalaureos interrogationibus therapeuticis probatos fuisse. 3.° hanc rogasset ut quibus nam esset ius rotuli concedendum deffiniret 4.° legisset programma D. Cattier litterarum græcarum interpretis, quo se uocabula quæ ad artem medicam spectant docturum pollicebatur. de his omnibus sic censuit Facultas ut imposterum chirurgi nummum aureum in clientelare uectigal singulis annis, sic ferente Senatusconsulto, soluere cogerentur, veterani Baccalaurei ad licentias more solito admitterentur, iusque rotuli secundum statuta impertiretur, exceptis archiatris quos quidem licet nullis actibus interfuissent quadraginta actibus pro iure rotuli non priuabat quidem, sed solo suffragio ultimum Domino Cattier programma suum de Medicis dictionibus affigere permisit et ita conclusit cum Facultate A.T. Morand./

Die Mercurij 13. Maij horâ 2.ª pomeridianâ in Scholas Superiores per Schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus Super Senatusconsulto aduersus chirurgos lato secundò deliberaturis Facultas nùmo aureo Duobus assibus cum 6. denariis præposito decretum Maij 11. nuperrimè latum quo chirurgi aureo nummo in clientelare uectigal addicebantur, nemine reclamante confirmauit et ita cum Facultate conclusit A.T. Morand Decanus./

Die Sabbati 16. Maij horâ 10. matutina post sacrum in Scholas Superiores Doctoribus omnibus per Schedulam ab apparitoribus delatam conuocatis super Senatusconsulto aduersus chirurgos lato tertiò deliberaturis. Facultas cum satius esse duceret totum chirurgorum cœtum uectigalem facere, quam singulos seorsim obligare, quos repugnantes difficillimum ne dicam impossibile foret cogere, nùmo aureo singulis annis afferendo chirurgorum ordinem iuxta Senatusconsultum addixit, atque decretum super ea re latum Maij undecimâ tertio confirmauit atque ita cum Facultate conclusit Decanus A.T. Morand

Iisdem in comitiis cum M. carolus Marteau de ambientium in adulterandis absentium tabellis, in quibus Baccalaureorum licentia donandorum ordo describitur fraude conquestus esset, et author fuisset ut imposterum aliquot doctores designarentur, qui singulas absentium tabellas coram Academiæ cancellario euoluerent, ac explorarent, an propriâ manu exaratæ forent ut adulteratæ reiicerentur, utque omnis suspicio doli abesset

ijde

iidem selecti viri singulas illas tabellas prælegente cancellario in tabulâ transcriberent, cui soli fides haberetur, et supereâre ut id notum omnibus fieret ac deinceps observaretur. Facultas decretum faceret quod typis mandatum singulis Doctoribus distribueretur. cuius postulationis maximam rationem habuit Facultas statuitqꝫ ut prædictæ tabellæ quibus vice licentiaqꝫ donandorum Baccalaureorum nomina et ordo mandari solent, absentium propriâ manu scriptæ et obsignatæ ut statuta ferunt, semper essent, aliqui reiicerentur ac in eum finem quatuor Doctores eâ die quâ in Archiepiscopi aulâ licentiatorum ordo statuitur, cautione adhibita ne horum vel affines vel præsides essent eligerentur, qui cum Decano tabellas absentium inspicerent et expenderent ac adulteratas repellerent et ita conclusit A. T. Moreau Decanus./

Die Lunæ 1ª Junij 1676. horâ 2ª pomeridianâ convocatis Doctoribus omnibus in scholas superiores per schedulam ab apparitoribus delatam super litteris ad Medicorum Parisiensiu ordinem a Medico Melitensi scriptis, ac intercessione ultimo decreto lato 16. Maij a M. Joan. Baptis. Moreau censore factâ aliisque rebus ad Facultatem spectantibus deliberaturis, Decanus ostendit litteras prædictas quibus Bonamicus Medicus Melitensis Facultatem consulebat, super contagiosis morbis qui ab aliquot mensibus in Melitensiu perniciem tam latè manabant, totius ~~et insulæ~~ uastitatem minarentur. litteræ sic se habent.

Præclarissimis atque excellentissimis D. D. D. D.

Decano, cæterisque Professoribus ac Doctoribus

inclytæ Facultatis ac collegij Medici in celeberrimâ Parisiensi Academiâ.

Joannes Franciscus Bonamicus Medicus Melitensis S. P. D.

Inexhaustæ vestræ doctrinæ eximiæqꝫ humanitatis fama, quaque iure merito inter eorumdem studiorum atque instituti homines adesse societas debet, ac confidentia eò me demum audaciæ impulerunt, ut vobis summâ licet occupationum mole assiduè districtis, externus ego ac pridem etiam ignotus ex hisce usque Africæ littoribus importunè non sum veritus obstrepere. Scilicet ratus haud ingratum vobis fore, si (quod nunquam præstare destitistis) miseros iuvandi viam aliquam adaperirem, ac dirâ lethalis morbi calamitate afflictis, consilium opemque vestram generosè exhibendi. quæ tuis excurrit mensis ex quo nostra indoluit ob crimina mortifero neque consueto morbi genere Divino numini in hanc insulam animaduertere placuit. utque huiusmodi ingruentibus procellis solet atque alibi passim euenisse legimus, nec dum satis patuit nostrates inter Medicos conuenire, quo demum nomine tetra hæc lues sit indigitanda. alij enim insolita prorsus signa percipientes, certamque præsertim perniciem atque assiduum progressum (Galeni authoritate ducti qui 3. epid. 3. t. 20. populares morbos si plurimos perimant pestem vocari

uocari docet, pestilentem eam absolutè esse pronunciant, licet hactenus paulò mitiorem, si cum aliis saevioribus quae memoriae sunt prodita conferatur. eamque, contagio mediante è uicina Tripolitana Africae urbe nobis communicatam coniiciunt, quo iam decem circiter menses pestilentiam satis desaeuiisse extra controuersiam est; atque ab eomet tempore, cum bellicas Anglorum naues inde frequentes ad nos commeasse, tum nostratem quoque uectariam nauem lineis, laneisque mercibus onustam appulisse. Alii contra acriter contendunt malignarum simpliciter febrium epidemicam constitutionem existere, toti (ut asserunt) Europae communem ac uestrae praesertim Galliae eamque solito quidem perniciosiorem, magisque contagiosam, at omni prorsus pestiferae luis suspicione carentem; cuius causam in nescio quem infensum Saturni influxum reiiciunt, hisce praesertim moti rationibus quod contagii seminaria, per fomitem non adeo manifeste sibi hactenus spargere sit uisa easque horrendas strages edere, quae multarum historiarum monumentis enarrantur. Signa praeterea siqua adsunt insolita, omnino aequiuoca neque minus malignae febri quam pesti communia esse praetendentes. Atque haec quidem infausta prorsusque intempestiua altercatio, et suggesta ab aliis consilia, ab initio valdè est remorata, et nunc quoque non paucos animi ancipites fluctuantesque distinet. enimuero quamquam praecipua quaestio potius de nomine prima fronte esse uideatur, aliam tamen esse reipsa et quidem grauissimam summique momenti simul inuoluit: nimirum de sollicita aegrorum a sanis separatione, supellectilium depuratione, deque consortio inter oppida et pagos, ipsosque simul ciues seuerè interdicendo. qua in re dum ob Medicorum discordes sententias, lentè admodum ac cunctabundè proceditur morbus interea citatiori gressu ac repetitis funeribus uniuersam iam penè insulam (proh dolor!) cernitur inuasisse. / Hinc est quod ego Melitensium licet — Medicorum minimus, attamen ut pote qui uestrum olim discipulum extitisse meritò glorior hanc in me libenter prouinciam suscepi, Viri Excellentiss. ac Praeclariss. ut morbi initio atque naturâ accuratè enarratis meorum simul Collegarum nomine, uos etiam atque etiam exorarem ut iis ritè perpensis, signisque ac circumstantiis omnibus probè examinatis, circa illius essentiam nomenque, ac curationem uestram sententiam candidè aperire ac mihi generosè rescribere ne grauemini. / Ut uero nostrae calamitatis infelix sese habet historia. exeunte decembri anni proximè elapsi, obiit in hac urbe 7.a febris die. filia Mathaei cuiusdam, gossipinarum linearumque mercium propola, quem inter et nautas onerariae nauiculae de qua superius mentio est facta, assidua intercessisse commercia constat. 3.a morbi die purpureae macu-

lae

lacutem foedauerunt Simulque pustula in inguine erupit è qua biduo post aliquid puris emanauit. / Ineunte hoc anno toto Januarij mense, partim ex eadem propolae domo, partim ex alia proximâ eiusdem Sororij repetitis funeribus 10. cuiusque aetatis ac sexus obierunt 2.° 3.° aut 4.° ad summum morbi die reliquis successiuè eodem morbo correptis ac simili subinde fato extinctis ita ut è duabus numerosis familiis uix 3. aut 4. aegri diu colluctando euasisse cernantur. / Sub finem eiusdem mensis duae aliae domus a prioribus satis procul dissitae consimilis morbi uim sensisse sunt deprehensae, quarum utramque per propolas itidem mulieres cum Mathaeo commercia omnino exercuisse constat. harum ab altera aliae, aliaque subinde uicinorum ac consanguineorum domus sunt infectae, ab altera uero itidem non modo in hac urbe sedet in proximo castello, adiunctoque successiuè oppido cum funeribus aliarum aliae familiae interfecissent. eodem tempore in pago haud ita remoto huiusmodi pariter ruina coepit exaudiri. et primò quidem in rusticae cuiusdam familia quam certò perhibent Mathaej domum grassante iam morbo frequentasse, mox uerò uespillonis domum oppressit, qui rei inscius rusticae filium tumulauerat. igitur toto februario tam in urbe uicinisque oppidis ac pago quam in infectorum nosocomio duo supra 40. eodem morbo sunt extincti. / Martio aduentante non modo totum iam pagum morbus occupauit sed alios plerosque sensim inuasit. id quod factu facillimum fuit, partim quod saepe fatus propola ubique cum rusticis ultrò citroque negotiari consueuerat, partim dein etiam quod diuersorum pagorum incolae cum mundandis segetibus tum maxime nouae urbis substructioni frequentes admodum conuenire soleant. itaque breui adeo morbus inualuit ut mirum non sit iam non modo in pagis uerum neque in hac ipsa urbe certo resciri amplius posse quo praecisè ordine quibusue mediantibus a priori illa Mathaej domo ad posteriores sit demum lues progressa, quamquam pro comperto habeatur uix ullam familiam hac lue correptam de qua non certo constet cum aliquâ aliâ iam contaminatâ consortium intercessisse, utut haud desint (quod et alibi frequenter obseruatum) qui aut scienter fallant aut inscienter fallantur. è contra uerò non tantum uniuersa Gaulos insula per exiguo licet a nobis freto disiuncta, hactenus ab hac clade prorsus immunis degit, sed et in hac pariter nostra, uetus oppidum ac pagi aliquot hinc paulò remotiores eadem salubritate fruuntur, quin et in hac ipsa urbe cum equites uniuersi, tum monasteria, omnesque fere ciuium honorificentiorum familiae sibi diligentissime cauentes, ipsique adeo publici carceres in hancusque diem omni periculo uacarunt. Itaque eo demum res est constituta ut morbo iam latiùs undiquaque flagrante, toto martio in hancusque diem quae aprilis est postrema nongenti circiter ex hoc morbo sint tota in insula desiderati, cum uix dies praeterierit

quae non

quæ non 10. saltem funeribus nos exterruerit, sæpe supra 20. atque etiã ultra 30. ut omnium in universum iam ad mille numerus accedat, qui quidem in exigua hac insula cui vix incolarum 60000. insunt sat consideratione dignus est censendus. atque hæc quoad historiam. / Devenio ad morbi ipsius naturam ac morem, quem equidem haud aliis melius verbis possem describere quam quibus Doctissimus olim Massaria vicentinam Pestem est exsequutus, adeo illi noster hic congruit atque ad amussim assimilatur. Omnes continua febris cum horrore invadit sæpè vel ab initio valde mitis alias satis valida, sed quæ ita sensim mitescit ut tertia plerumque aut 4.a die vix deprehendatur ni maturius pereant. plerique vehemente dolore capitis summô cum gravedine ac perturbatione excruciantur. nonnulli delirio, alij vigiliis aliqui etiam profundo sopore ac convulsivis motibus, vel ab ipsa invasione laborant. Multi fastidioso vomitu, nausea, inappetentia siti male afficiuntur quorum pleraque (mirum!) 3.a aut 4.a die ferè conquiescunt, ut si ægros ipsos interroges iam meliuscule habere referant, cum tamen interea ex pulsus carentia totiusque perfrigeratione præ foribus mors adesse deprehendatur, eosque repente animali constante virtute nonnunquam et naturali incogitantes imparatosque opprimat. Alvus plerisque suppressa, lotia prorsus varia plerumque insigniter crassa ac turbata, pulsus vel ab initio frequentes, exiles, sepulti, languidi, ac vix se attollere audentes sæpe etiam inæquales atque intermittentes; ac siquibus primâ atque alterâ die validiores inveni, 3.a ad summum quarta sensim plerumque deficiebant non sine cordis angore atque anxietate. / Perpauci omnino sunt quibus 1.a 2.a aut 3.a morbi die maiores minoresve bubones non erumpant, præsertim circa inguina, rarius subalis, rarissime pone aures, iique coloris ab initio carnei, siquibus vero suppurant, livescentis id quod infrequentius evenit, ut plurimum enim cum ægrorum interitu retrocedunt, convalescentibus sensim discutiuntur. Sunt qui acri tantum dolore in iisdem partibus torquentur absque evidenti intumescentia, nonnullis etiã carbunculi, aliis papulæ seorsim aut simul efflorescunt. morituris ut plurimum cutis atris aut livescentibus petechiis defœdatur, solito quidem maioribus ac multiformibus quæ adeo certum atque infallibile mortis signum esse deprehendi, ut ne unicum ex iis evasisse viderim, aut ab aliis hactenus observatum acceperim, quos sibi velut iam mancipatos lethalibus istiusmodi characteribus libitina semel præsignavit, defunctorum cadavera præterea quæ mortem præcesserant signa livescentibus insuper vibicibus horrendum sane in modum undiquaque variegata cernuntur. Nonnulla etiã præter morẽ flaccida ac flexibilia

observavi

obseruaui, aliqua tamen etiã nullo planè stigmate signata, cum neque in morbo ullum prætulissent. Cæterum quocumque uirulenta hæc fera penetrauit aut omnes prorsus aut maximam partem saltē nullo sexus ætatis, temperiej aut roboris discrimine interfecit idque 2.ª 3.ª aut 4.ª die aliquos uel primâ per pauci exacta septimanâ obierunt, ita ut complures iam passim desiderentur familiæ, quas breui funditus deletas extinctasque uidimus, pauciores omnino sunt quorum minori sublata parte minor conualuerit, at uix forte 3. aut 4. indicari queant, quorum uno alterove iam fato functis cæteris datum est a morbo prorsus immunes euadere. / Neque uerò ægrorum consanguineos potiùs quam exteros adoritur, aut illis propiùs tantummodo ministrantes, ipsaque nuda corpora immediatè contingentes quo nomine non modo multos iis famulantes uerum duos etiam Medicos ac 10. chirurgos amisimus, aliis adhuc a morbo conualescentibus. quin præter aliquot confessarios licet diligentissimè sibi cauentes etiam complures baiulos ac nauicularios haud leniori clade est aggressa, qui quidem absque ullo ægrorum contactu gestatilibus tantummodo sellis cymbisque eosdem eorumque supellectilem ad nosocomium deferebant, quemadmodum et uespillonum non paucos, durum alioqui genus hominum et ad labores natum, cum plerique è damnatis ad triremes eligantur. Illud etiam minimè prætereundum (quod et olim apud suos Massaria obseruauit) huiusmodi morbum non in alios sæuire præterquam in infimam et miseram plebeculam cum quâ scilicet Propola ille passim negotiationem exercebat, ita ut uix 10. hactenus obierint e quorum aliqua notabilis extaret conditio. Contra quam in epidemicis constitutionibus aëris uitio obortis expresse Fracastorius adnotauit et perierunt nonnulli quidem ob negligentiam (quod de attica peste Thucydides prodit) alii uero diligenter etiam curati, neque ullum compertum est hactenus remedium, cuius usu omnes adiutos esse constet, nam quod uni opē tulit alteri officere deprehenditur, quod non minus (immò magis) de uenæ sectione quam de lenientibus, atque etiã emeticis è stibio certò affirmare possum. tantum è sudorificis alexipharmacis maius percepi emolumentum, in iis uidelicet qui nec præ nausea auersari, nec uomitu ea reiicere cogebantur, alioqui omnino fuit pereundum. Atque hæc sunt Viri Præclariss. atque expectiss. quæ prolixiùs ad uos exscribere nostratis commiserationis infortunij, præter opinionē coegit. si quid consilii auxilijque pro summâ uestra doctrinâ huic insulæ de christiana republica ne quicquam male promeritæ afferre, dignabimini, dignum erit eximiâ uestra humanitate nostraque expectatione facinus quo posthac inclytum nomen uestrum in his pariter oris et ardentiùs coletur, et gloriosius celebrabitur. Diu sospites ualete clarissima

ima Apollineæ artis lumina. Dat. Valletæ in Melita Prid. Kal. Maij 1676./

2°. Facultatem certiorem fecit Decanus M. Jo. Baptis. Moreau censorē intercessisse ne quod ultimo decreto 16. Maij statutum erat, 4. doctores tabellas absentium licentiâ donandorum ordinem præferentes, an essent propriâ manu absentium descriptæ cum decano explorarent. 3°. hanc enixè rogari a chirurgo Fournier retulit, ut sibi per eam liceret librum quem de partu scripserat evulgare, quibus auditis censuit Facultas 1°. ut M. M. Franciscus Biiaot antiquissimus Jo. Armandus Mauvillain Antonius Le Moine et Dominicus de Farcy prædictis litteris lectis responsum darent, ab ipsis Facultati referendum. 2°. ut intercessionis Censoris habita ratione moribus antiquis viveretur, absentiumque tabellæ licentia donandorum catalogum continentes nusquam reserarentur. 4°. denique ut chirurgo Fournier libellum suum de partu distribuenti non obstaretur et ita conclusit A. T. Morand Decanus./

Die iovis 4. Jun. 1676. hora 2.â pomeridianâ convocatis in scholas superiores doctoribus omnibus per schedulam ab apparitoribus delatam Cum M. Jo. Armandus Mauvillain cæterorum nomine quibus ut scripto litteris Medici Melitensis responderent Facultas mandaverat, fassus esse se [illegible] propter temporis angustias ei morem non gessisse cumq. Decanus has litteras neque a toto Medicorum Melitensiū collegio neq. iussu Melitæ principis esse missas monuisset Censuit Facultas ut litteris Medici Melitensis quoniam a privato scriptæ fuissent privatus responderet quod munus M. Dominico Farcy detulit quo his verbis defunctus est.

Singularis observantia qua Facultatem medicam Parisiensem vereneris, ut illius profitearis te discipulum, quæ consenescentem feliciter in artis operibus alumnum in te conspicere possit, magni licet ponderis apud eam fuerit ut suis te consiliis indigentem ultrò iuvaret, quæ alienis etiam non semel fuit opitulata; maioris nihilominus momenti fuisse scias, insitam singulorum eiusdem Doctorum animis propensionem, ad tribuenda proximo cuique laboranti consueta pietatis officia: verum quæ Paris. Medicor. collegium ratio potissimum impulisset ut quicquid salubris consilij ad profligandam exitiosissimam luem potuisset afferri, exquisitissimum illud tibi tantis in angustiis posito conferretur, summa eiusdem fuisset in Melitensem militiam de christianâ republica generosè non minus quam assiduo promeritam veneratio, cuius a principe si litteræ ut id fieri poterat ad ipsam missæ

missæ fuissent, eiusdem iussu exarata elegans quam a te accepit epistola, quod
uni è suis scribendum commisit, illud ipsum eadem pensitatis maturiori singulo-
rum iudicio literarum tuarum momentis universa statuisset, solitæ tamen erga
miseros charitatis observantissimus Parisiensis Medicorum ordo atque intermori-
turæ nusquam erga ueteres alumnos benevolentiæ memor, pestiferæ luis in
insula Melita sævientis historiam a te diligenter evolutam a designato suis è
Doctoribus uno accuratius examinandam voluit, qui exitiabile illud morbi genus
4. ante menses insulæ Melitensis incolas nullo discrimine depopulatum, aliud
nihil esse autumat quam epidemicum τι iis videlicet argumentis quod maligni
miasmatis interventu serpere deprehendatur, insidiosis ægrotantes iugulare
symptomatis, quibus adhibita quælibet ex arte ac methodo præsidia succurrere
nequeant, denique quod paucioribus ex eorum ruina difficulter ereptis, multo
plures funesta tempestate opprimantur. verum cuiusnam familiæ fuerit pesti-
lens ille morbus an a cælo per infelicem siderum quorumdam syzygiam
oriundus? an ab aëre per malignarum atomorum conspersionem inquinato,
posterius vero magis consentaneum putat. enimvero credere permixta cum aëre
perniciosorum miasmatum in mercibus ex urbe Tripolitana Melitam advectis
contentorum corpuscula vicinia iure, Propolæ primo reliquorum dein cum ipso
mercaturam facientium ædes infecisse. cum autem eiusmodi seminariorum
aeri permixtorum atomi vasorum intima furtim et clandestinâ velut insin-
uatione subierint, tum per inter spirationem immissa tum per impervios cutis
meatus, sanguineam molem è dissimilibus conflatam particulis interveniente
per acidum quo conspersæ sunt fermentationis motu diversimodè vexerunt,
Hinc dubio procul factum est ut tenuior ac per zumosin agitata portio sangui-
nis idoneos ad sui ipsius emissionem nacta cutis poros purpureis ecthymatis
originem præbuerint, ut crassior altera superstes bubonibus qui ad inguen eru-
pere, quod patentiores illac et expeditiores habuerit vias. quæ porro Medi-
corum quorumdam sententia fortasse fovet ut putredo non vulgaris
epidemici huius affectus parens agnosceretur, scribenti non arrisit, ut pote
quæ præterquam quod minus exquisite et ad institutum exponit legitimum
insuper ad indicans ut scholæ vocibus utatur indicatum non suppeditat. chym-
icis igitur edoctus experimentis arbitratur luem hanc etiam et a putredine
si volunt, aliqui oriundam a maligno quopiam acido ~~sep~~ sobolescere semper,
ut pote acidorum cum aliis corporibus mistio potissima putredinis ipsi-
causa videatur, quæ è materia putredini obnoxia semel ubi dissolutis lentè
vel celeriter mixti particulis insignem eiusmodi putredinem ad gradum quem
non vulgarem vocant deducant, at quid concilium tribuendum si quæras tumultus
è maligno eiusmodi acido movendos quam primum arce motos si fieri possit

compesce

compesce, quod ut in ægrotantium salutem præstiteris, ualentium et infirmorum fortunam sanguinem tuâ pluries uenâ ne decoquas, humores extra uenas coercitos adhibitâ catharsi ne profundas, qui uulgaris sunt notæ morbi similibus quandoque præsidiis consanescunt, qui pestiferum characterem gerunt è contra, cum autem duplici dumtaxat ratione quas acidum agit turbas licet nos comprimere nouerit qui responsionis prouinciam à Decano Facultatis demandatam suscepit, priore quidem ubi uegetiore acido quod imbecillius est acidum implicante, quasi uinculo deprimitur, posteriore cum uolatili alicuius salis laqueo, si fas ita loqui est, irretitum idem acidum seditioni imposterum excitandæ fit impos. iucundam sibi contuleret hanc utramque uiam nisi quæ prior monstrata est ipsi multum uideretur infida, quippe quod acidum luis istius originem credit, eius apud eum indolis audiat, quam potentioris etiam alterius acidi qualibet energiâ coercere nusquam possit. ad uolatiles itaque sales confugito uiperinumque præ cæteris præstantissimum in inusculis stillatitiisque scabiosæ, scordij, scorzoneræ, carduique benedicti aquis, calendulæ, melissæ tunicæque florum conseruis ad grana duodecim exhibito uinciendis omnibus immò et uenenum redolentibus acidis uiperinus ille sal super cum fuerit mouendos ab acido quocumque tumultus compositos iri confidas. Denique cum a iuuantibus indicatio præsertim eruatur, hydrotica quorum beneficio aliquot euasisse obseruatum est, frequentius in usum reuoca, minerale diaphoreticum placeret ad grana 30. in conseruis superius iam præscriptis immixtum quibus et salis cornu cerui uolatilis tantillum adderetur, sed a ruente in morbum ægrotante in siccatis alni frondibus sepelire quid uetaret, si euporista forent quorum uicem ebuli folia suplerent, unde affatim non tantum sed citissime qui sudore diffluerent, missa interim fiunt præsidia quam plurima quorum te felix aut infelix periculum sæpe numero fecisse conicitur, te quem patria plures expertum remedia consilium apud dissitos quosque conquirentem insula Melita non uideret, nisi te maiori suorum incolarum parte nunc infeliciter orbatam, unum tamen est èquo singulare menti tuæ solatium accedere debere putetur, si nempe teterrima lues isthæc omnem artis industriam superasse uisa sit, minuto crebra per funera ciuium numero tuam interim famam in modum auxit apud indigenas, admirabilemque tibi apud me alienigenam existimationem conciliauit. hæc exarauerat qui a Meritissimo Facultatis Medicæ Parisiensis Decano præpositus erat, literarum tuarum lectioni et responsioni, doctor eiusdem ordinis infra scriptus cum collegarum aliquot amicorum iudicio consilium

hocce

hocce subiiciens eorumdem chirographum derepente suspexit appositum, valeat et inter tot fata sospes vivat./

Convocatis die Sabbati 20. Jun. 1676 doctoribus omnibus in scholas superiores per schedulam ab apparitoribus delatam, cum Decanus testificatus esset in optatis esse D. Barré in gratiam cum Facultate redire mandavit ipsi Decano Facultas, ut rem praedicti Barré ex consilio D. Guisain Facultatis patroni componeret, atque conficeret et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand

his in comitiis Decanus monuit Facultatem, Filesac minorem apparitorem de conducendis ipsi a Facultate concessis aediculis non cogitare eâque negligentiâ periculum esse ne illius detrimento vacuae superessent. postea legit libellumque sibi M. Alexander Michael Denyau per apparitorem comitiis denunciari curaverat, quo petebat cur a Facultate quindecim libellis multatus erat. denique M. Bertinus Dieuxivoye librum de medicamentis ordine alphabetico digestis a Medico nomine de Meurre gallicè scriptum dignum esse qui typis mandaretur testatus est. quibus auditis Facultas censuit ut intra dies octo Filesac pacto conditionibus a superiori decreto positis fer[ne]retur, nec unquam Facultatis aediculae nisi sponsore dato ipsi locarentur, ut adversus Denyau (ni decreto quo multabatur pareret) tanquam perduellionis reum summo iure sumptibus Facultatis ageretur. denique ut de Meurre librum suum in lucem ederet permisit ac ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die dominicâ 28. Junij hora 3ª pomeridianâ in aulâ Illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Decanus multis doctoribus veste purpureâ ornatis comitatus, Baccalaureos emeritos brevi oratione Dignissimo Ecclesiae Cancellario ut in more positum est obtulit./

Die dominica 5. Jul. 1676. vir facundus cognomine de Froge in scholis inferioribus Facultatis dignitatem virtutemque praedicavit, ac veteranos Baccalaureos sigillatim laudavit, quibus singulis schedulam misit, quâ ipsis Ecclesiae Cancellarius mandabat ut superiorem in aulam illustrissimi Archiepiscopi die sequenti convenirent./

Die Lunae 6. Julij hora 6. matutinâ in inferiorem illustrissimi Archiepiscopi aulam Doctores Medici omnes congregati de licentiâ donandis suffragia tulerunt quibus a Cancellario collectis hic ordo Baccalaureorum decretus est.

M. Joannes Baptista Renatus Moreau Parisinus.
M. Joannes Armandus Mauvillain Parisinus.
M. Petrus Bonnet Parisinus.
M. Ludovicus Poirier Richelaeus.
M. Josephus Thomasseau Andinus.
M. Franciscus Girard Blesensis.

eadem die

Eadem die hora 11. matutinâ Ecclesiæ Cancellarius in Superiori Illustrissimi Archiepiscopi aulâ Baccalaureis ordine per apparitorem maiorem collocatis benedictionem apostolicam impertiuit, eosque licentiâ donauit hoc est in libertatem ubique medendi uindicauit./

Die mercurij 1a. iulij 1676. habita sunt menstrua comitia in quibus cum ænopola nomine Bariot qui a multis annis in Facultatis ædiculis habitat Facultatem rogasset, ut pactionis quam de illis cum Facultate fecerat ad proxima remigialia soluendæ tempus in paschalia usque anni millesimi sexcentesimi septuagesimi septimi prorogaret. Facultas cum nullo adhuc conuento inter ipsam et apparitorem minorem Filesac interedente teneretur, supplicationi ænopolæ Bariot lubens annuit et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die sabbati 4. Iul. 1676. solitis in comitiis cum Decanus Pharmacopœam a Pharmacopola nomine Charas concinnatam, librumque de herniis a chirurgo uocato de Blegny uernaculo sermone scriptum examinandos proposuisset, ac libellum supplicem circulatoris nomine Harmoniere quem subsignare Proprætor urbanus integerrimus recusarat et Facultatis Decano explorandum remiserat legisset, quo emplastra distribuendi libertatem chirurgus scenicus expetebat, Facultas legendis prædictis libris M. M. Antonium Morand, Petrum Cresse, Ludouicum Gallais et Petrum Daquin præfecit atque Decano mandauit ut Agyrtæ supplicanti more solito responderet, id est eius petitioni annuere polliceretur si modo medicamentorum suorum salubrem esse usum demonstraret. et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die sabbati 11. Iul. 1676. horâ 10. matutinâ conuocatis in scholas superiores per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus præfectorum examinandæ pharmacopœæ D. Charas relationem audituris, M. Antonius Morand cæterorum nomine testatus est, nihil esse hoc libro perfectius in illo genere hactenus editum, opus esse cum sermonis elegantiâ tum rerum ordine commendatissimum, idque cum antiquorum tum recentiorum pharmaceutica remedia complecti, multis præclaris et aere iudicium sapientibus ab authore textum esse, dignum esse tandem studio Archiatrorum comitis cuius

diligentia

diligentiâ inchoatum multisque medicamentis ditatum est. quibus auditis censuit Facultas ut suo nomine Decanus pharmacopœam D. charas peculiari scripto laudaret quippe quam medicinæ studiosis utilissimam esse futuram iudicaret, ac proinde quam primum typis mandandam. et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand decanus./

Iisdem in comitiis Licentiatus M. Ioan-Baptista Renatus Moreau supplex petiit a Facultate ut per eam sibi liceret vesperiarum et Doctoratus actibus defungi cuius petitioni annuit Decano suffragante./

Die Sabbati 25. Iul. solitis in comitiis cum Decanus Facultati significasset, ipsam a chirurgis rogari ut eos interventione suâ iuvaret litigantes adversus nebulonem nomine chaillou qui nuperrimè, dum medicam artem cuius est ignarissimus exercere audet, mulierem venenato poculo sustulerat, ita ut omnia quæ solent esse indicia et vestigia veneni, in eius dissecti cadaveris ventriculo et intestinis fuerint, quod ex quæstione de hoc maleficio a Propretore urbano constitutâ certò constat. Facultas chirurgorum æquissimæ petitioni annuit, atque Decano mandavit ut in causam cum chirurgis adversus dictum chaillou nomine sumptibusque Facultatis descenderet et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die Sabbati 1.ª augusti horâ 10. matutinâ in menstruis comitiis cum Decanus apologiam Medicinæ gallicè scriptam examinandam proposuisset, libellumque supplicem pharmacopœorum Parisiensium legisset, quo Facultatis [illegible] adversus aromatarios implorabant, qui composita medicamenta et chymica omnia divendendi potestatem impune sibi vindicare iniquè ac præter leges (quæ id vetant) conabantur. Facultas legendæ Medicinæ apologiæ M. M. Iacobum Renaut, Ioan. Baptis. de Reuellois Petrum Legier et carolum Le long præfecit ut referrent quid rei esset, atque Decano mandavit ut Pharmacopœos Parisienses adversus aromatarios litigantes interventione suâ iuvaret, sed eorum sumptibus et ea lege ut in decreta super ea re a senatu lata non peccaretur, et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die Sabbati 22. augusti 1676. solitis in comitiis cum Decanus epistolam de lue venereâ gallicè a D. de Blegny conscriptam, legendam proposuisset, huic muneri præpositi sunt a Facultate M. M. Ludovicus Gallais et claudius Berger et sic cum eâ conclusit A. T. Morand Decanus./

Die martis 1.ª septembris 1676. in menstruis comitiis 1°. M. Antonius Morand cæterorum libri de Herniis examinatorum nomine Facultati retulit lib. hunc de Herniis a D. de Blegny conscriptum ad veræ medicinæ normam concinnatum esse et subligacula ad

coercendas

coercendas hernias pessosque ad continendum uterum commodissimos ab eodem authore inventa (quorum hic mentio fit) futura esse utilissima 2°. M. Ludovicus Gallais qui legendæ epistolæ D. de Blegny præpositus erat, hanc non pauca continere menda testatus est 3°. Decanus recitavit litteras a Vidua D. Le Menestrel, qui dum Professoris Scholarum munere defungeretur, immaturâ morte raptus ~~erat~~ Decano totique Medicorum ordini inscriptas, quibus hunc rogabat ut honorarij quod Professoribus conceditur fieret particeps. 4°. Decanus significavit dono datam esse Facultati Pharmacopœam regiam ab eius authore D. Charas. 5°. tandem ipse candidatorum examen circa remigialia constituendum proposuit, Super quibus sic statuit Facultas 1°. Librum de Herniis scriptum a D. de Blegny, subligacula pessosque probavit ac litteras Suffragium suum præ se ferentes ipsi concessit. 2°. epistolam ab eodem authore de lue venerea exaratam emendandam esse censuit antequam in lucem prodiret. 3°. Viduæ D. Le Menestrel tertiam partem honorarij quod Professores tum ex fundo Facultatis cum ex academico singulis annis percipere solent, id est summam librarum sex [illegible] supra nonaginta cum tredecim assibus et ~~octo~~ quatuor denariis impertiit 4°. Pharmacopœam regiam a D. Charas ordini Medico datam antiquissimo Magistro attribuit 5°. et ultimo examen trina tamen convocatione confirmandum ad remigialia proxima indixit et ita conclusit A. T. Morand Decanus./

Die Sabbati 5. Septembris 1676 hora 10. matutinâ Facultas legitimè convocata per schedulam ab apparitoribus delatam de instituendo circa Remigialia candidatorum examine deliberatura censuit in proxima Remigialia candidatorum examen indicendum esse ac valvis affixis programmatis promulgandum et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die mercurij 9.ª Septembris horâ nonâ matutinâ Facultas per schedulam ab apparitoribus delatam iterum convocata ut de constituendo circa Remigialia examine sententiam ferret, decretum super ea relatum 5.ª Septembris confirmavit quod calculo suo comprobavit A. T. Morand Decanus./

Die

Die sabbati 12. Septembris conuocatis in Scholas Superiores per Schedulam ab apparitoribus delatam, de instituendo candidatorum circa Remigialia examine tertium deliberaturis Doctoribus omnibus, Facultas Decreta 5.ª et 9.ª septembris de ipso iam lata confirmauit. Et cum Decanus Epistolam D. Gallateau de hominis dignitate ad M. Franciscum Blondel Scriptam, Libellos duos a D. Bayle Medico Tolosano concinnatos, annotata quædam in librum chymicum D. Lemery iam typis mandatum et a Facultate probatum, eius nouæ editioni quam author moliebatur addenda, nec non librum iam promulgatum sic inscriptum des fleurs de guidon examinandos proposuisset Facultas Legendis epistolæ D. Galateau et Libellis D. Bayle M. M. Joannem de Bourges Antonium Le Moine, Antonium de St. Yon Decanumque præfecit, reliquorum uero explorandorum munus, probandorumque uel reiiciendorum potestatem assignauit eidem Decano, quem summum huiusce rei arbitrum constituit et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis M. Armandus Joannes Mauuillain licentiatus Supplex accessit et Facultatem rogauit ut sibi per eam liceret Vesperiarum et Doctoratus actus celebrare, quod ipsi concessum est ita decano concludente Morand.

Die sabbati 19. Septembris solitis in comitiis M. Joannes de Bourges cæterorum nomine qui disceptationi de hominis in brutas animantes imperio a D. Gallateau Doctore Medico Burdigalensi concinnatæ legendæ præpositi fuerant, eam elegantem, iucundam et uariæ eruditionis plenam esse retulit quamobrem Facultas eam dignam quæ typis mandaretur censuit atque Decano mandauit ut in hunc finem literas ipsi concederet et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Die Sabbati 26. Septemb. conuocatis in Scholas Superiores per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus Supplices candidatos audituris tres Facultati Supplicauere Medicinæ candidati M. M. Jacobus desprez Parisinus Andreas Enguehard constantiensis et Petrus Paulus Guiard Parisinus, omniumque nomine M. Jacobus desprez eleganti oratione ab ipsa petiit, ut examen instituere uellet, quo eruditionis specimen ederent, præterea Decanus Legit literas quas Medicus Lugdunensis nomine de Lucques Decano totique Medicorum Parisiensium ordini scripserat, quibus de D. D. de Falconnet patre et filio Medicis Lugdunensibus plurimum querebatur quos super controuersia inter illos ortâ suæ sententiæ Facultatis nomen prætendisse asserebat, his auditis Facultas Supplicationi candidatorum annuit ipsisque diem dixit scilicet diem Lunæ sequentem, quo literas ætatis, studiorum et

et Magisterij artium afferrent, et Decano mandauit ut litteris D. de Lucques responderet, super controuersiâ D. D. de Falconnet et de Lucques nihil unquam statuisse et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Die Lunæ 28. Septemb. horâ nona matutinâ habita sunt comitia in quibus candidati suas litteras tradiderunt quæ datæ sunt examinandæ viris a Facultate huic muneri delegatis.

Die Sabbati 3.ª octobris hora 10. matutinâ post sacra conuocatis per schedulam ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus, clarissimorum virorum qui literis candidatorum examinandis præfecti erant relationem audituris, M. Rolandus Merlet cæterorum literarum examinatorum nomine renunciauit, nihil in litteris M. M. Andreæ Enguehart constantiensis et Francisci de Rat Sylvanectini desiderari. Cæterum M. Petrum Laurenceau campanum literas solum afferre quibus doctorem esse ab annis triginta constabat. M. Franciscum Foucault literas exhibuisse quibus ante annos quinque Doctoratus lauream se consequutum esse probabat, ac an. 1658. in commentariis Facultatis inscriptum esse. M. Iacobum Desprez Parisinum a sexdecim annis artium Magistrum quidem esse sed per biennium dumtaxat studuisse. M. demum Petrum Paulum Guiart Parisinum vigesimum quartum annum nondum implevisse, a duobus annis magistrum in artibus esse, ac per triennium tantum Medicis studiis operam navasse. quibus auditis Facultas censuit ut omnes prædicti candidati ad examen admitterentur, et sic cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus.

Iisdem in comitiis cum M. Ioannes de Bourges aliorum nomine qui legendis libellis de Medicina et de physicâ D. Bayle Medici Tolosanj præpositi fuerant Doctrinam quæ in illis traditur ut pote novam sibi duriorem videri retulisset, Facultas censuit non quidem obstandum esse ne typis mandarentur illi libelli, sed nullo illos suffragio muniendos ac ita conclusit A. T. Morand Decanus.

Candidati septem scilicet M. M. Franciscus Foucault, Iacobus Desprez, Andreas Enguehart, Franciscus de Rat, Petrus Laurenceau, Petrus Paulus Guiart et Claudius ~~[illegible]~~ Huget accessere, quos die Lunæ sequenti, die martis et mercurij de physiologia, diæta et pathologia examinarunt cum Decano M. M. Franciscus Blondel, Nicolaus Richard cui supplicanti ut in locum M. Philippi Harduini de St Iacques tunc ægrotantis sufficeretur, Facultas ultimis in comitiis annuerat,

Petrus

Petrus Legier et Mathæus Thuillier. dieque Jovis aphorismos ipsis die mercurij
indictos exponentes audierunt.

Die sabbati 10. octobris 1676. hora 8.a matutinâ post sacrum conuocatis per
schedulam ab apparitoribus pridie delatam doctoribus omnibus audituris
relationem uirorum doctissimorum qui candidatos examine probauerant, et
super ea re aliisque rebus ad Facultatem spectantibus deliberaturis, M.
Franciscus Blondel eorum nomine qui candidatorum examinandorum munere
defuncti fuerant retulit, examinatores sic de candidatorum eruditione sentire
et existimare quinque laureâ Baccalaurei dignos esse, hoc ordine disponendos
nempe M. Franciscum de Rat sylvanectensem M. Jacobum Desprez
Parisinum M. Antonium Enguehart constantiensem M. Petrum Lauren-
ceau campanum M. claudium Hugot Cabillonensem reliquos duos Foucault
atque Guiart ut pote scholæ dignitati sustinendæ impares a Baccalaureatu
arcendos esse: quibus auditis Facultas duriorem examinatorum seuerita-
tem molliuit, hosque septem candidatos laureâ Baccalaurei donandos
esse censuit, et ita conclusit A. T. Morand Decanus./

Iisdem in comitiis M. Mathæus Thuillier Facultati supplicauit ut in
gratiam candidati nomine Labbe, uiri non uulgaris eruditionis examen
ampliaret, cuius supplicationi Facultas annuit huiusque noui candidati
literis explorandis, nec non ipsi examinando si nihil desideraretur in
literis, diem Lunæ proximum dixit, et ita conclusit A. T. Morand Decanus./

Die lunæ 12. octobris conuocatis in scholas superiores per schedulam pridie
ab apparitoribus delatam Doctoribus omnibus horâ 2.a pomeridianâ clariss-
imorum uirorum qui literis candidati legendis præpositi erant relationem
audituris, ac de huius examine deliberaturis, cum M. Rolandus Merlet
nihil eius literis deesse retulisset, censuit Facultas non modo ad examen
admittendum esse sed ilicò examine tentandum ac ita conclusit A. T.
Morand Decanus./

Itaque hac ipsâ die de physiologia, die sequenti de diæta et pathologia
interrogatus a M. Philippo Harduino de St. Jacques M. Francisco Blondel
atque Decano respondit dieque mercurij 14. octobris exposuit aphorismum
Hippocratis./

Die martis 13. octobris legitime conuocata Facultas pomeridianis horis
cum M. Antonius Morand cæterorum nomine qui legendo libro M. claudij Guerin
Doctoris Parisiensis inscripto (operationes chirurgicæ) præpositi fuerant
retulisset, nulla in eo dogmata improbanda occurrisse, Facultas suffragio
suo muniendum hunc esse censuit, et ita conclusit A. T. Morand Decanus./

Die prædictâ mercurij 14. octobris 1676. pomeridianis horis post explica-
tam a candidato Hippocratis aphorismum conuocatis Doctoribus omni-
bus

bus in Scholas superiores per schedulam ab apparitoribus delatam candidati examinatores de illius eruditione referentes audituris M. Franciscus Blondel cæterorum candidati examinatorum scilicet D.D. Legier et Thuillier nomine renunciauit candidatum M. Ludouicum Labbé claromontanum bellouacensem dignum esse Laureâ baccalaureatus quibus auditis Facultas censuit hunc D. Labbé Baccalaureum esse creandum sacramentoque obstrictum (ut mos est) ad principium quod uocant admittendum esse quod ilicò peractum est ut die Sabbati præcedenti cæteri Baccalaurei etiam fecerant. Itaque admissi sunt ad Baccalaureatum octo quorum sequuntur nomina et cognomina./

M. Franciscus le Rat Syluanectensis,
M. Iacobus Desprez Parisinus,
M. Antonius Enguehart constantiensis,
M. Petrus Laurenceau campanus,
M. claudius Hugot cabilonensis,
M. Franciscus Foucault Genabensis,
M. Petrus Paulus Guiart Parisinus,
qui simul die sabbati 10. octobris prædictâ creati sunt Baccalaurej et
M. Ludouicus Labbé claromontanus
qui solus die mercurij 14. octobris lauream baccalaureatus consequutus est./

Non potuerat præesse actui quodlibetario M. H. Mahieu, suo ordine, quod tunc temporis Romæ medicinam faceret Illustrissimo Duci Destrée Regis oratori apud summum Pontificem Clementem Decimum nec non et Eminentissimo cardinali Destrée, cui muneri sedulus vacauit per tres annos. Itaque non suâ culpâ, vel negligentiâ, aut alio quouis peccato partes suas non adimpleuerat quod certè silere non debuerat M. A. T. Morand, Decanus, vir alioquin æquissimus. H. Mahieu decanus 1692

Eadem die mercurij 14. octob. cum in comitiis M. Henricus Mahieu Facultati supplicasset, ut actui quodlibetario præesse sibi primo liceret, cum enim statuta Doctorem qui hoc munere ordine suo minimè defungebatur à scholâ penitus arcerent, non poterat nisi præfata conditione restitui, quandoquidem statuta nusquam uiolanda sint, Facultas censuit ut primus omnium præsidis quodlibetariæ disputationis partes sustineret et ita conclusit cum Facultate. A. T. Morand Decanus./

Die dominicâ 18. octob. 1676. Diui Lucæ festum factis ut solitum est solennibus in sacello suo sacris celebrauit Medica Facultas, a quibus per magnum apparitorem conuocata, fasces ab apparitoribus ambobus depositos ipsis reddidit, decreta selecta a magno suo apparitore recitata et baccalaureos Decano fidem dantes audiuit.

Die Lunæ 19. octobris horâ nonâ matutinâ celebratis feraliorum solennibus, iusta doctorum mortuorum manibus persoluit Facultas,

dein

Dein Prætoris magni Pharmacopolæ auestère et solenne iusiurandum ut in more positum est iurarunt, tandemque Parisiensium chirurgorum nomine Petrus Tourbier Regis primarij Barbitonsoris uicarius, et quatuor chirurgorum præfecti more solito fidem Facultati dederunt, clientelare munus professi sunt, nummos aureos quos debebant ad id senatus consulto coacti, obtulêre, eamque supplicibus uerbis deprecati sunt, ne impensas quibus ipsos multauerat senatus summo iure agens seuerius repeteret, trigintaque Ludouicis aureis dumtaxat contenta foret, idque si concederet singularis in beneficij loco se æternum habituros esse testati sunt, his auditis Facultas eorum supplicationi annuit, ea lege tamen ut 1°. Scriptum a se subsignatum Decano proferrent, quo pateret a toto chirurgorum conuentu missos fuisse ad Facultatem ut hanc summam pro impensis quibus tenebantur offerrent, 2°. ut scriptum illud cum acceptilatione Decani coniungeretur cuius prototypum apud tabellionem seruaretur, et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

In iisdem comitiis Facultas annuit M. Petro Bonnet supplicanti pro vesperiis et Doctoratu, et legendis libris a M. Philippo Harduino des Jacques de Hepate ac de circulatione sanguinis conscriptis præfecit M. M. Franciscum Blondel, Germanum Preaux, Petrum de Mersenne Petrum cresse, Joannem Baptistam de Reuellois, Antonium Le Moine, Dominicum de Farcy, Franciscum Afforty et Censorem ac ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

In eodem conuentu cum M. Jo. Baptista Moreau censor recitasset Literas ab ardelione quodam nomine Harlot hominum ignarissimo scriptas, stribiliginibus ubique scatentes, quas D. Veronneau in carcere comitij uulgò castelleti concesserat, quibus liberiore aëre quam qui ciuiliter in uinculis indigere testabatur, Facultas censuit ut Decanus amplo comitatu stipatus Proprætorem urbanum adiret, ut coram ipso de istius nebulonis impudentia conquereretur, cui literas eas concedere immo uel medicam artem exercere nefas est. et M. Germano Preaux mandauit ut diui Germani Parochum conueniret eum nomine Facultatis rogaturus ut istum impostorem per D. Germani paræciam grassari non pateretur quæ suo calculo comprobauit A. T. Morand Decanus./

Die sabbati 24. octob. 1676. solitis in comitiis cum Decanus petiisset a Facultate uellet ne botanicum examen instituere, ac epistolam de Lue venereâ a D. de Blegny conscriptam et mendis quæ in ea deprehensa

fuerant

fuerant ab eodem repurgatam proposuisset examinandam, Facultas examen botanicum in quintum diem mensis proximi Novembris indixit, et Epistolæ de Blegny legendæ M. M. claudium Quartier et Antonium le Moine proposuit ac ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die dominicâ 25. octobris chirurgi Decanum convenerunt et decreto lato 19. octobris 1676. satisfecerunt ut patet ex acceptilatione sequenti cuius prototypum a Tabellione Beniamino Moufle asservatur, cui chirurgorum scriptum annectitur./

Monsieur Le receveur de la communauté des M.es chirurgiens iurez et barbiers de cette ville de Paris prendra la peine d'aller voir M.r le Doyen de la Faculté de Medecine et luy portera trente Lôuis d'or que Messieurs de la Faculté sont convenus d'accepter de cette communauté pour estre par elle quitte des despens esquels elle a esté condamnée par arrest du parlement du 20. avril dernier suppliera M.r le Doyen luy en donner la quittance et descharge d'iceux depens au pied du present rapportant laquelle sera allôuée en son compte fait a S.t cosme le 21. octobre 1676. ainsy signé du tertre, desforges, Dohy, et Olivier./

En la presence des conseillers du Roy nottaires gardenottes au chastelet de Paris soubs-signez, Noble homme Maistre Antoine Jean Morand Docteur regent en la Faculté de Medecine a Paris et a present Doyen d'icelle demeurant rüe S.t Lôuis au marais Paroisse S.t Paul, suivant et au desir de l'escrit et ordre cy dessus, confesse avoir receu du s.r Bonaventure Guiart M.e chirurgien iuré a present receveur de la communauté des M.es chirurgiens iurez et barbiers de cette ville de Paris, luy demeurant rüe S.t Martin paroisse S.t Nicolas des champs. a ce present et acceptant, qui luy a des deniers de sa recepte en presence des notaires soubs-signez baillé et payé le nombre de dixhuict escus d'or, bons et de poids suivant l'edit vallants a raison de cent quatorze sols chacun, la soe de 102.# douze sols, pour 18. années escheües ce 19. du present mois lendemain de la feste de S.t Luc, a cause de pareil escu d'or de redevance annuelle que ladite communauté desdits chirurgiens iurez doit a ladite Faculté de Medecine par chacun an, au dit iour lendemain de S.t Luc d'une part, et trois cent trente livres d'autre, comptés

nombrés

nombrez et delivrez presents lesdits notaires par ledit S.r Guiart audit nom, audit S.r Morand doyen en trente loüis dor bons et au(?) de poids suivant ledit Edit, aquoy la ditte Faculté de Medecine a remis les depens a elle adiugez contre laditte communauté des chirurgiens iurez par arrest du uingtiesme auril dernier dont de tout quittant &c. promettant et obligeant et renonceant fait et passé en la maison dudit S.r Morand sus designée lan 1676. le 25. octobre aprez midy et ont signé la minute de la presente quittance estant ensuitte de loriginal dudit escrit et ordre, soubs seing privé devant escrit le tout demeuré vers M.e Beniamin Moufle l'un desdits notaires soubsignez

de Bert. Moufle./

Die sabbati 31. octob. 1676. cum solitis in comitiis epistolæ D. de Blegny legendæ præfecti retulissent non indignam eam esse quæ in lucem prodiret modo quædam lineæ quibus nempe luem veneream crisi nonnunquam solui volebat delerentur, Facultas censuit non obstandum esse quominus prædicta epistola typis mandaretur modo lineis illis purgaretur, quod ilico Decani manu factum est, et ita cum Facultate conclusit A. T. Morand Decanus./

Die mercurij 4.a novembris 1676. horâ 9.a matutinâ habitus est menstruus conventus in quo actum est 1.o de corrigenda et augenda pharmacopœa Parisiensi 2.o de consilio cum regiis Medicis minime ineundo nisi quod cum aliarum academiarum medicis habent commercium eiurent 3.o de chirurgis audiendis qui se adversus agyrtas cum Facultate totis viribus conspiraturos esse spondent 4.o denique Decanus retulit se amplo comitatu stipatum adiuisse Proprætorem urbanum ipsumque cum literas D. Harlot recitasset Facultati authorem fuisse ut comitij Medici ad movendam adversus istum litem excitarentur, nec nisi cum ipsis ipsa interventione in prædictum Harlot ageret. super quibus nihil conclusum est sed omnia relata sunt ad maiora comitia Decano suffragante A. T. Morand./

Die Iouis 5. novembris 1676. ab octavâ matutinâ ad undecimam et a secundâ pomeridianâ ad quintam Baccalaurei de re herbariâ interrogati sunt./

Res gestæ apud chirurgos M. Antonio Joanne Morand Parisino iterum Decano.

a mense Nouembri 1675. ad eundem mensem an 1676.

Die veneris 15. nouembris 1675. horâ solita primis interrogationibus tentatus est chirurgiæ tiro cognomine Dalibour, quibus cumulatè satisfecit præsentibus cum Decano M. M. stephano Bachot et Raymundo Finot.

Die sabbati 23. nouembris 1675. et die Lunæ sequenti de partu interrogata mulier cognomine Boulé, in obstetricandi arte specimen edidit et obstetrix renunciata est.

Die mercurij 27. nouembris 1675. chirurgiæ tiro cognomine Lescot primum interrogatus, cum omnium plausu quæstiones omnes sibi propositas mirâ sagacitate dissoluit, præsentibus cum Decano M. M. stephano Le Gagneur et Roberto Raoult.

Die veneris 29. nouembris dieque iouis 5.ª decembris 1675. Margarita Bourgerain de arte obstetricandi diligenter a chirurgis examinata obstetricum numero ascripta est.

Die Lunæ 16.ª decembris 1675. horâ solitâ chirurgiæ tiro cognomine Martin, primo illo actu defunctus est quem uocant la tentatiue, præsentibus cum Decano M. M. Joanne Armando Mauuillain et Francisco Sorand.

Die sabbati 21. decembris 1675. opus anatomicum concessu Decani, chirurgiæ candidatus cognomine Sinoquet effecit, sequentibusque diebus confecit.

Die Lunæ 13. Januarij 1676. chirurgiæ candidatus nomine Rauinet, cadaueris ipsi a Decano concessi dissectionem et chirurgicas operationes inchoauit ac sequentibus diebus absoluit.

Die martis 21. Jan. dieque iouis sequenti chirurgiæ tiro nomine Lescot de ossibus interrogatus est.

Die sabbati 25. Jan. chirurgiæ candidatus cognomine Lescot opus anatomicum affectum, sequenti hebdomadâ confecit.

Die dominica 2. februarij 1676. chirurgiæ tiro uocatus Alleron cadaueris ipsi a Decano concessi anatomiam orsus est et sequentibus diebus perfecit.

Die

Die Lunæ 10. februarij 1676. chirurgiæ tiro dictus Martin primum a chirurgis probatus est præsentibus cum Decano M. M. Paulo courtois et claudio Berger./
Die Sabbati 15. febr. 1676. Maria Garnier postquam die ueneris superiori de obstetricandi arte interrogata fuisset, obstetrix renunciata est./
Die martis 18. febr. dieque iouis sequente chirurgiæ tiro cognomine Prou suam in uena secanda peritiam exhibuit./
Die Lunæ 24. febr. chirurgiæ candidatus uocatus cheualier præsentibus cum Decano M. M. Joanne Garbe et Raymundo Finot primis chirurgorum interrogationibus satisfecit./
Die Martis 3. Martij 1676. et die iouis sequente chirurgiæ tiro nomine Sinoquet industriæ suæ in uena secanda specimen edidit./
Die martis 10. Martij 1676. et die iouis sequenti chirurgiæ tiro nomine chevallier de ossibus interrogatus est./
Die martis 17. martij chirurgiæ candidatus nominatus Darragon se uenæ secandæ peritum præbuit./
Die mercurij 18. martij 1676. chirurgiæ candidatus cadaueris ipsi a Decano concessi anatomiam aggressus est et sequentibus diebus perfecit. uocatur autem ille Thierry./
Die ueneris 20. martij chirurgiæ tiro uocatus Durand in illo actu quem uocant tentatiue chirurgorum interrogationibus satisfecit coram Decano stipato M. M. Germano Hureau et Petro Dourret./
Die mercurij 25. martij 1676. chirurgiæ candidatus dictus cheuallier anatomiam orsus est et ad finem perduxit sequentibus diebus./
Die ueneris 10. aprilis 1676. chirurgiæ tiro nomine Durand actum quem uocant tentatiue perfecit præsentibus cum Decano M. M. Francisco Landrieu et Raymundo Finot./
Die martis 14. aprilis dieque iouis sequenti de medicamentis interrogatus est chirurgiæ candidatus cognomine Prou./
Die martis 21. aprilis dieque iouis sequenti chirurgiæ candidatus cognomine Rauinet uenæ secandæ peritum se exhibuit./
Die ueneris 24. aprilis Anna Dam obstetrix renunciata est, postquam a chirurgorum præfectis eadem die ac 20. antecedenti interrogata esset./
Die Sabbati 25. aprilis chirurgiæ tiro nomine Pontier actu uocato la tentatiue defunctus est præsentibus cum Decano M. M. Claudio Quartier et claudio Biendisant./
Die martis 28. aprilis et die iouis sequenti chirurgiæ candidatus cognomine Sinoquet de medicamentis respondit./

Die

Die mercurij 29. aprilis chirurgiæ candidatus uocatus Drou ultimis interrogationibus satisfecit coram M. M. claudio Quiquebeuf Raymundo Vaslet et Decano./

Die sabbati 2a Maij 1676. chirurgus qui uocatur Drou Magisterium adeptus est præsentibus cum Decano M. M. Antonio Morand et Petro Ozon./

Die 5.a Maij et die iouis sequenti chirurgiæ candidatus nomine Darragon de chirurgicis medicamentis respondit./

Die ueneris 8. Maij 1676. chirurgiæ tiro uocatus Pontier primum interrogatus est de chirurgia præsentibus cum Decano M. M. Rolando Merlet et Ludouico Gayant./

Die Lunæ 11.a Maij chirurgiæ tiro dictus Lombard primis interrogationibus probatus est coram Decano qui sibi comites adiunxerat M. M. nicolaum Morin et carolum de Laual./

Die martis 19. Maij dieque iouis sequente chirurgiæ candidatus nomine Lescot se uenæ secandæ peritum præstitit./

Die Lunæ 1a Iunij 1676. chirurgiæ candidatus nomine Sinoquet ultimum interrogatus est præsentibus cum Decano M. M. Philippo Bouté et claudio Puillon./

Die Lunæ 8. Iun. chirurgiæ candidatus qui uocatur Sinoquet Magisterio donatus est coram M. M. Bertino Dieuxiuoye et carolo le long Decanum comitantibus./

Die martis 9.a Iun. et die iouis consequente chirurgiæ tiro cognomine rauinet de chirurgicis medicaminibus interrogatus est./

Die martis 16.a iunij dieque Iouis sequente chirurgiæ tiro dictus Alleron se uenæ secandæ peritum exhibuit./

Die ueneris 19. Iun. chirurgiæ candidatus nomine Darragon ultimum interrogatus est præsentibus cum Decano M. M. claudio Guerin et Philippo Mathon./

Die Lunæ 22. iunij chirurgiæ tiro uocatus Nicolet primo actu quem dicunt la tentatiue defunctus est præsentibus cum Decano M. M. ioanne de Bourges et Paulo Mattot./

Die martis 23. Iun. dieque iouis consequente chirurgiæ candidatus nomine Lescot de chirurgicis medicamentis examinatus est./

Die Sabbati 27. Iun. chirurgus uocatus Darragon Magisterium consequutus est coram M. M. Petro de Mersenne, et Ioan. Anto. Bourgaud qui se Decano comites adiunxerant./

Die

Die martis 30. Jun. dieq[ue] iouis sequente chirurgiæ tiro nominatus Alleron de chirurgicis medicamentis respondit. /
Die martis 7. Jul. 1676. dieque iouis sequente chirurgiæ tiro nomine chevallier suam in secanda uena peritiam probauit. /
Die martis 14. Jul. 1676. dieque iouis sequente chirurgiæ tiro nomine Dalibourg de ossibus respondit. /
Die mercurij 15. iul. chirurgiæ candidatus nomine Rauinet ultimum interrogatus est coram M. M. Petro Perreau Claudio Guerin et Decano. /
Die ueneris 17. Jul. idem Rauinet Magisterium consequutus est præsentibus cum Decano M. M. Philippo Harduino de S.t Jacques et Francisco Sorand. /
Die sabbati 18. Jul. horâ 10. matutina Margarita Le Leu de obstetricandi arte respondit dieque mercurij sequente obstetrix creata est. /
Die 20. Jul. 1676. chirurgiæ candidatus nomine Lescot ultimum interrogatus est de chirurgia præsentibus cum Decano M. M. Michaële de La Vigne et Ludouico Gallais. /
Die martis 21. Jul. dieque iouis sequente chirurgiæ candidatus uocatus Thierry suam in uenâ secandâ peritiam exhibuit. /
Die mercurij 22. Jul. chirurgus nomine Lescot magisterium adeptus est præsentibus cum Decano M. M. Germano Preaux patre et Germano Preaux filio. /
Die ueneris 24. Jul. chirurgiæ candidatus dictus Alleron ultimum interrogatus est præsentibus cum Decano M. M. Ægidio Le Bel et Petro Dapun. /
Die Lunæ 27. Jul. chirurgus uocatus Alleron Magisterio donatus est præsentibus cum Decano M. M. Claudio Le Vasseur et Carolo de Laual. /
Die martis 28. Jul. ac die iouis hanc excipiente chirurgiæ candidatus nomine Thierry de chirurgicis medicamentis respondit. /
Die sabbati 1.a augusti coram Decano Claudia chrestien more solito examinata est dieque Lunæ 3. eiusdem mensis 1676. obstetrix renunciata est. /
Die martis 4. augusti dieque iouis sequenti de medicamentis ad chirurgiam spectantibus examinatus est chirurgiæ candidatus nomine chevallier. /
Die martis 11. augusti dieque iouis illam excipiente de ossibus interrogatus est chirurgiæ candidatus nomine Lombar. /
Die Lunæ 17. augus. chirurgiæ candidatus nomine Durand primum examinatus

examinatus est præsentibus cum Decano M. M. Alano Lamy et Petro Lombard./

Die martis 18. augusti dieque iouis sequente chirurgiæ candidatus nomine Martin de ossibus interrogatus est./

Die mercurij 19. augusti dieque ueneris sequente Joanna chemin de obstetricandi arte diligenter examinata obstetrix renunciata est./

Die iouis 27. augusti chirurgiæ candidatus nomine Thierry ultimum interrogatus est præsentibus cum Decano M. M. Nicolao Lienard et Ludouico Gayant./

Die veneris 28. chirurgiæ candidatus nomine Dumont suburbij diui Antonij, chirurgus creatus est præsente Decano et M. M. Philippo Boute, postquam de chirurgicis operationibus interrogatus perbelle respondisset./

Die lunæ 30. augusti chirurgiæ tiro cognomine Micolet primum examinatus est præsentibus cum Decano M. M. claudio Quartier et Gabriele Daquet./

Die iouis 3. septembris 1676. chirurgiæ candidatus cognomine Thierry fide data Magisterium adeptus est coram M. M. Francisco Piiart Doctorum antiquissimo, Ludouico Gayant et Decano./

Die iouis 17. septembris chirurgiæ candidatus nomine chevallier ultimum de chirurgia interrogatus est præsentibus cum Decano M. Antonio de St. yon nam M. Philippus Boute qui uocatus fuerat sed non interfuit./

Die martis 22. septemb. chirurgus nomine chevallier magisterio donatus est præsentibus cum Decano M. M. Antonio Morand et Guillelmo Lamy./

Die iouis 30. septemb. et die ueneris 2a. octobris 1676. Anna des carsins de obstetricandi arte interrogata est et illius exercendæ potestatem obtinuit./

Die Jouis 22. octobris 1676. dieque ueneris sequenti horâ solitâ Maria Vaillant de obstetricis arte a chirurgorum præfectis examinata est et obstetrix renunciata est præsente Decano./

Res gestæ apud Pharmacopæos
Parisienses et Prætorianos an. 1675. et 1676.

M. Antonio Joanne Morand Parisino iterum Decano.

Die dominicâ 17. maij 1676. accesserunt ad Decanum Pharmacopæorum præfecti eumque rogarunt ut vellet gratam habere diem mercurij sequentem 20. eiusdem mensis ad primum examinandum pharmaciæ candidatum nomine Rassicot.

Die mercurij 20. maij 1676. horâ 3.a pomeridianâ apud Pharmacopæos Decanus primus omnium Pharmaciæ candidatum nomine Rassicot multis interrogationibus tentauit. secundò M. Philippus Bouté in locum antiqui professoris absentis suffectus, tertiò et ultimò M. Antonius Morand nouus Professor eumdem interrogarunt, posteaque Pharmacopæi, quibus peractis Decanus omnium suffragia collegit atque conclusit, et cum ab omnibus ualdè probaretur candidatus, hoc ei totius conuentus nomine pronunciauit.

Dies martis 16. Jun. 1676. horâ 3.a pomeridianâ in pharmacopæorum horto Pharmaciæ candidatus cognomine Rassicot, se rei herbariæ peritum præbuit, plurimis quæstionibus primum a Decano, secundum a professoribus et ultimum a pharmacopæis probatus, et cum omnibus abunde satisfecisset, cum omnium plausu exceptus est, quod collectis omnium suffragiis a se conclusum ipsi candidato totius conuentus nomine Decanus significauit.

Die mercurij 1.a Jul. 1676. Joannes Lortal pharmacopæus Parisiensis unâ cum candidato suo cui nomen est Petro Rassicot Parisino, Decanum conuenit, schedamque obtulit præseferentem confectionem universalem, emplastrum pro stomacho, syrupum de cichorio compositum, puluerem diarrhodon, Electuarium diarrhodon et unguentum mundificatiuum de apio, quam expensam Decanus probauit typis mandari iussit, chirographo muniuit ac Pharmacopæorum procuratoribus die dictâ scilicet die Lunæ 6. Julij sequenti, eorum Domum ingressus est, ubi simplicia medicamenta quæ ad specimen dicti Rassicot lecta et pulchra dispositione collocata atque distributa erant laudauit, diebusque sequentibus septimo, octauo et nono eiusdem mensis prædicta medicamenta præfatus Rassicot parauit et non sine omnium laude magisterium consequutus est.

Die martis 25. augusti 1676. Pharmacopæus Parisiensis nomine ~~Lallemant~~ Lallemant cum candidato Francisco Andry et phar-

macopæoru

macopœorum præfecti Decanum conuenerunt eumque rogarunt ut gratam haberet ratamque diem iouis proximam 27. eiusdem mensis, quo candidatus hic prædictus examinandus erat./

Die iouis 27. augusti 1676. pomeridianis horis apud Pharmacopœos candidatus pharmaciæ Franciscus Andry, more solito examinatus est et omnium uotis respondit./

Die mercurij 26. augusti 1676. Pharmacopœorum Oratoris magni procurator candidato pharmaciæ nomine Mars, qui munus pharmaceuticum sibi comparauerat accessit ad Decanum, quem orauit ut diem deffiniret, qua peritiæ suæ specimen ederet ipsis uero diem iouis 10. septembris indixit atque schedulam sibi oblatam exhibentem confectionem uniuersalem syrupum de cichorio compositum &c. lectam et expensam subsignauit./

Die iouis 10. septembris 1676. Decanus coram Pharmacopœorum Oratoris magni procuratore, collegis suis omnibus stipato 1º loco, M. Antonius Morand secundo, tandemque tertio M. Egidius le Bel pharmaciæ Professores candidatum uariis de pharmacia interrogationibus explorauerunt, quibus cum satisfecisset, medicamenta in specimen ipsi data perbellé concinnauit die sequenti, et magisterium consequutus est. nomen suum in codice Facultatis ut solitum est inscripsit, pactisque legibus quibus tenentur erga nos prætoriani Pharmacopœi, abstrictus est, quo facto ipsi concessæ sunt literæ Decani chirographo sigilloque paruo Facultatis munitæ./

Die sabbati 10. septembris 1676. D. Lallemant Pharmacopola Parisiensis cum candidato nomine Andry uenit ad ~~Decanum ut ipsi~~ ipsi schedulam exhiberet legendam, in qua syrupus de Ibisco et puluis aromatici rosati descripta erant, ad Pharmaceutices specimen edendum, hanc autem pensitatam probauit typis mandari iussit et subsignauit Decanus./ Hanc typis mandatam iterum iidem Lallemand et Andry Decano attulerunt, qui die martis 22. septembris pharmacopœorum procuratoribus constitutâ horum domum subiit professoribus Pharmaciæ stipatus, omniaque medicamenta quæ ad specimen prædicti Andry maximâ curâ collecta et eleganti ordine distributa nitebant

explorauit

~~[struck through]~~ exploravit, Dieque sequenti 23. eiusdem mensis Syrupum praedictum et pulverem ex arte concinnavit et magisterio donatus est praefatus Andry./

Die Lunae 28. Septembris 1676. diebusque sequentibus nempe 1.a et 2.a octobris quae pharmacopaeorum praefectis et procuratoribus indicta fuerat a Decano Lustratae sunt officinae omnium pharmacopaeorum huius urbis per Decanum professoribus pharmaciae eorum assectis et quatuor pharmacopaeorum procuratoribus stipatum./

Res gestæ in Academia Parisiensi a Die 2. nouembris 1675. in eiusdem mensis diem 7. an. 1676.

M. Antonio Joanne Morand Parisino iterum Decano.

Die Sabbati 9. nouembris 1675. horâ post meridiem 1.a comitia menstrua uniuersæ Academiæ apud Rectorem D. Tauernier habita sunt, in eum finem indicta ut de pecunia quam accepit Dauolle quæstor Academiæ collocandâ, serio ageretur. uerum cum dictus Dauolle alienæ pecuniæ seruandæ semper studiosissimus, præter spem quam dederat abfuisset, ne affectâ quidem re dimissa sunt./

Die Sabbati 23. nouembris 1675. horâ 7. matutinâ uniuersæ Academiæ in Mathurinæorum porticu habitus est, in quâ Scriptorem unum de duobus quos habere solet iuratos Academia recepit./

Die Lunæ 2.a Decembris 1675. eorum qui supplicauerant ultimis comitiis, literæ sigillatæ sunt./

Die Sabbati 7.a Decembris habitus est menstruus Academicæ gentis conuentus in ædibus Rectoris Tauernier in quo Professores Theologiæ tum Sorbonici cum nauarrici supplices accesserunt ad Academiam, quorum nomine D. Grandin hanc elegranti oratione rogauit, uellet iuberetque ipsis eamdem summam octingentarum libellarum, professoribus iuris canonici et Medicinæ concessam impertiri, quibus auditis Academia horum supplicationi lubens annuit reclamantibus incassum Franciæ et Neustriæ procuratoribus./

Die mercurij 11. Decembris hora 8.a matutinâ in Maturinensium Peristylium conuocata fuit Academia uniuersa, inde ad ædem Deo sacram sub nomine Diui Stephani in monte rite processit Deo optimo maximo supplicatura./

Die 17. Decembris apud Maturinenses horâ septimâ matutinâ D. de Moussy Rector Decanorum calculo confirmatus est./

Die

Die Sabbati 4.a Januarij 1676. menstruus Academiæ conuentus apud Rectorem D. de Moussy in Grassinæo collegio habitus est in quo prædictus Rector libellum supplicem a professoribus germanicæ nationis porrectum, recitauit quo eadem quæ ab Academia Superiorum Facultatum professoribus soluuntur stipendia expetebant, quod ipsis ab omnibus negatum est./

Die primâ Februarij cum Rectore Magnatibus cereos oblatum iuerunt Decani comitibus sibi adiunctis stipati. eademq. die post meridiem habitus est solitus Academiæ conuentus in quo Rector legit literas sibi a Rectore Tolosanæ Academiæ inscriptas, quibus rogabatur ut per eum liceret programma quoddam ubique in compitis affigi, quo morte Professoris Tolosani uacuum esse docendæ illic Medicinæ munus, et acriùs disputanti concedendum esse unicuique pabebat. alias recitauit ad se a Rectore Burdigalensis Academiæ missas quibus hic Academiæ Parisiensis præsidium implorabat, dum immunitates quæ olim suæ Academiæ a Regibus datæ fuerant, quibus hæc communi sibi et urbi perduellionis reæ fato ceciderat, asserere conabatur. quibus maturè pensitatis Academia censuit 1.o programma proscribendum esse atque uulgandum, illiusq. apographum Decano Medicinæ eum in finem Rector tradidit. 2.o uiros priuilegiis ob imminutæ maiestatis crimen priuatos minimè iuuandos esse et sic conclusit Rector.

Die martis 3.a martij 1676. horâ 7.a matutina in Mathurinæorum peristylio habitus est solitus conuentus in quo aperta sunt nominationum tabulæ (quod aperire rotulum uocant.)

Die Sabbati 7.a Martij hora 1.a pomeridianâ in Rectoris ædibus grassinæis habitus est menstruus Academiæ conuentus in quo Libellus supplex a tota natione Germaniæ porrectus est quo efflagitabat sibi summam octingentarum libellarum paupertatis nomine concedi. quod negotium in alia comitia reiectum est. præterea auditi sunt alij supplices et sigillatæ sunt literæ./

Die ueneris 20. martij 1676. hora 8.a matutinâ in Mathurinensium fratrum peristylium conuocata fuit Academia uniuersa indeque ad ædem D.D. innocentibus sacram piè processit./

Die Sabbati 11.a aprilis 1676. horâ 1.a pomeridiana menstrua comitia ut in more positum est apud Rectorem in eius ædibus Grassinæis habita sunt, in quibus auditi sunt supplicantes et in 22.a eiusdem mensis diem

ad

ad subducendas quæstoris rationes comitia indicta sunt./

Die iouis 16. aprilis 1676. horâ 1.a pomeridiana habitus est præter ordinem Academiæ uniuersæ conuentus in quo primarius collegij Baiocensis plurimum de alumnorum eiusdem collegij nullis legibus addictorum intoleranda licentiâ questus est, cuius coercendæ munus Rectori amplissimo ab uniuerso cœtu impositum est./

Die mercurij 22. aprilis 1676. Synodus uniuersæ Academiæ apud Maturinenses fratres habitus est, horâ 7.a matutinâ deinde apud Rectorem D. de Moussy præteriti anni rationes quæstoris Academiæ conuocata Academia dispunxit et subsignauit./

Die sabbati 2.a maij hora 1.a pomeridianâ habitus est menstruus uniuersæ Academiæ conuentus, in quo totius Germanicæ nationis seniores Magistrum Morin qui se Decanum authoritate propriâ constituerat, Magistrum le Mercier et cæsarem du Boullay qui commentarios nationis præterius retinent atque supprimunt, de suis legibus ac statutis uiolatis postularunt, uerum de hac re quoniam ad senatum delata esset nihil deffinitum est./

Die Lunæ 18. Maij 1676. hora 1.a pomeridianâ apud Rectorem D. de Moussy habita sunt præter ordinem comitia in quibus de magnis ædibus Academiæ in ultimum decembris proximum locandis actum est, et quæstor Bauolle summæ in gerendis Academiæ rebus negligentiâ accusatus est./

Die 6.a Junij 1676. horâ 1.a pomeridianâ habitus est apud Rectorem D. de Moussy menstruus Academiæ uniuersæ conuentus in quo unius artium Magistri audita est supplicatio et literæ obsignatæ sunt cæterum nihil mentione dignum gestum est./

Die iouis 18. Jun. 1676. hora 8. matutinâ in Fratrum Maturinensium peristylium conuocata est Academia uniuersa indeque Deo supplicatura pie processit ad ædem Deo sacram sub inuocatione S.ti Jacobi maioris./

Die sabbati 4. Jul. 1676. horâ 1.a pomeridianâ conuentus menstruus apud Rectorum D. de Moussy habitus est in quo supplicantes auditi sunt et tabulæ sigillatæ./

Die

Die Sabbati 1.a augusti horâ 4.a pomeridianâ habita sunt menstrua universæ Academiæ comitia in collegio Grassinæo apud Rectorem D. de Moussy in quibus supplicantes multi auditi sunt nihil præterea memoriâ dignum gestum est./

Die sabbati 5.a septembris 1676. hora 1.a post meridiem in comitiis menstruis quæ habita sunt apud Rectorem D. de Moussy auditi sunt supplicantes et magna quæ inter duos nationis Germaniæ exprocuratores erat de rebus parui momenti controuersia ope Decani qui eius causæ inspector creatus erat sedata est./

Die Sabbati 3.a octobris 1676. horâ 1.a pomeridiana apud Rectorem D. de Moussy conuentus Academiæ menstruus habitus est ubi nihil mentione dignum præter auditos supplices et literas sigillatas actum est./

Die mercurij 7.a octobris 1676. hora 8.a matutina conuocata in Maturinæorum peristylium uniuersa est Academia inde ad ædem Deo sacram nomine D. Sulpicij piè processit./

Die Lunæ 12. octobris 1676. horâ 7.a matutinâ apud Maturinenses D. Pierres rector Decanorum suffragiis confirmatus est./

Tabulæ accepti a
Die Sabbati 2.a Novembris an.
1675. in diem 7.a eiusdem
mensis an. 1676.
M. Antonio Joanne Morand Parisino
iterum Decano.

Caput primum
accepti ex annuo Facultatis reditu.

Accepit Decanus a quæstoribus urbis curâ Pararij vocati Richer, quinquaginta quinque libellas pro sex mensibus annui vectigalis, centum libellarum ex una parte, decemque libellarum ex alterâ 55.tt

A Magistro Antonio Morand Doctore Medico Patre meo, pro annuâ pensione conductarum maiorum ædium Facultatis, cadente in diem ultimum septembris an. 1676. accepit Decanus trecentas et quinquaginta libellas 350.tt

A Michaële Bariat ænopola, pro sex mensibus pensionis, ob conductas minores Facultatis ædes, cadentibus in diem ultimum martij an. 1676. accepit Decanus centum et viginti libellas 120.tt

Ab apparitoribus Facultatis Pepin et Filesac pro annuâ pensione ædicularum nihil accepit Decanus . . . . nihil

Caput secundum
accepti a Baccalaureis in quæstionibus quodlibetariis pro stipendiis
Lectorum et registro

Summa huius paginæ est . . . AeM.
de cinq cent vingt cinq livres

A M. Josepho Thomasseau Andino quatuor libellas cum duodecim assibus . . . . 4.# 12 s.
A M. Ludovico Poirier Richelæo . . . . 4.# 12 s.
A M. Joan. Bapt. Renato Moreau Parisino 4.# 12 s.
A M. Jo. Armando Mauvillain Parisino. 4.# 12 s.
A M. Petro Bonnet Parisino . . . . . . 4.# 12 s.
A M. Francisco Girard Blesensi . . . . 4.# 12 s.

Caput tertium
accepti ab iisdem Baccalaureis
in eodem actu quodlibetariæ
pro horto.

A M. Petro Bonnet tres libellas cum quatuor assibus . . . . 3.# 4 s.
A M. Francisco Girard . . . . 3.# 4 s.
A M. Josepho Thomasseau . . . . . . 3.# 4 s.
A M. Ludovico Poirier . . . . 3.# 4 s.
A M. Jo. Arman. Mauvillain . . . . 3.# 4 s.
A M. Jo. Bapt. Ren. Moreau . . . . 3.# 4 s.

Caput quartum
accepti ab iisdem Baccalaureis
in eodem actu quodlibetariæ
pro anatomiâ et schedulis
non registratis.

A M. Petro Bonnet sexdecim libellas . . . 16.#
A M. Ludovico Poirier . . . . 16.#
A M. Josepho Thomasseau . . . . . . 16.#
A M. Francisco Girard . . . . 16.#
A M. Jo. Arm. Mauvillain . . . . . . 16.#
A M. Jo. Bap. Ren. Moreau . . . . . 16.#

Summa huius paginæ est
cent quarante deux livres seize
solz

Caput

Caput quintum
accepti ab iisdem Baccalaureis
in cardinalitia disputatione.

A M. Joanne Armando Mauvillain
decem libellas . . . . 10. ₶
A M. Ludovico Poirier . . . . 10. ₶
A M. Josepho Thomasseau . . . . . 10. ₶

Caput sextum
accepti ab iisdem Baccalaureis
in eodem actu cardinalitio
pro rebus Academiæ.

A M. Ludovico Poirier octodecim libellas . . . 18. ₶
A M. Josepho Thomasseau . . . . 18. ₶
A M. Jo. Arm. Mauvillain . . . . . 18. ₶

Caput septimum
accepti a candidatis examinandis
pro anatomia et schedulis
non registratis.

A M. Francisco Le Rat Sylvanectensi sex-
decim libellas . . . . 16. ₶
A M. Jacobo Desprez Parisino . . . . 16. ₶
A M. Antonio Enguehart constantiensi . . . 16. ₶
A M. Francisco de Villers Perondo . . . . 16. ₶
A M. Petro Laurenceau campano . . . . 16. ₶
A M. claudio Hugot Cabillonensi . . . . . . 16. ₶
A M. Francisco Foucault Genabensi . . . . . 16. ₶
A M. Petro Paulo Guiart Parisino . . . . . 16. ₶
A M. Ludovico Labbé claromontano . . . . . . 16. ₶

Caput octavum
accepti a candidatis ad Baccalaureatus
gradum admissis pro iure
Bursarium A M.

Summa huius paginæ est
[illegible] deux cent vingt huit

A M. Petro Laurenceau sexdecim libellas . . . 16. lt
A M. Claudio Hugot . . . . 16. lt
A M. Francisco Foucault . . . . 16. lt
A M. Petro Paulo Guiart . . . . 16. lt
A M. Ludovico Labbé . . . . 16. lt
A M. Francisco Le Rat . . . . 16. lt
A M. Jacobo Desprez . . . . 16. lt
A M. Antonio Enguehart . . . . . . 16. lt

Caput 9um accepti ab iisdem pro Sacello et scholæ ornamentis loco Sacchari.

A M. Petro Laurenceau . . . . 16. lt
A M. Claudio Hugot . . . . 16. lt
A M. Francisco Foucault . . . . 16. lt
A M. Petro Paulo Guiart . . . . 16. lt
A M. Ludovico Labbé . . . . 16. lt
A M. Francisco Le Rat . . . . 16. lt
A M. Jacobo Desprez . . . . 16. lt
A M. Antonio Enguehart . . . . . . 16. lt

Caput decimum accepti a Baccalaureis ad Medicinæ Licentiam admittendis pro iure Bursarum.

A M. Petro Bonnet triginta quinque libellas . . 35. lt
A M. Francisco Girard . . . . 35. lt
A M. Josepho Thomasseau . . . . . . 35. lt
A M. Ludovico Poirier . . . . 35. lt
A M. Jo. Armando Mauvillain . . . . . 35. lt
A M. Jo. Bapt. Renato Moreau . . . . . 35. lt

Caput undecimum

~~Summa huius paginae est de quatre cens soixante et six livres~~ ab-

ab iisdem pro multis irrogatis.

M. Ludovico Poirier duodecim libellas . . . . 12.#

M. Josepho Thomasseau . . . . 12.#

M. Jo. Armando Mauuillain . . . . . 12.#

M. Jo. Bapt. Renato Moreau . . . . . 12.#

M. Francisco Girard . . . . 12.#

M. Petro Bonnet . . . . 12.#

Caput duodecimum
accepti ab iisdem pro sacello et
iure praesentationis

M. Ludovico Poirier sex libellas . . . . 6.#

M. Josepho Thomasseau . . . . 6.#

M. Jo. Armando Mauuillain . . . . . 6.#

M. Jo. Bapt. Renato Moreau . . . . . 6.#

M. Francisco Girard . . . . 6.#

M. Petro Bonnet . . . . 6.#

Caput decimum tertium
accepti a Licentiatis in actu sui Doctoratus
pro negotiis Facultatis.

M. Antonio Hellot centum et octoginta libellas . . . . 180.#

M. Jo. Baptista Renato Moreau . . . . 180.#

M. Jo. Armando Mauuillain . . . . . 180.#

M. Petro Bonnet . . . . 180.#

Caput decimum quartum
accepti ab iisdem pro sacello.

M. Antonio Hellot libellam unam cum duodecim assibus . . . . 1.# 12 s.

M. Jo. Bapt. Renato Moreau . . . . 1.# 12 s.

M. Jo. Armando Mauuillain . . . . . 1.# 12 s.

M. Petro Bonnet . . . . 1.# 12 s.

Caput decimum quintum
accepti ex reliquâ pecunia numerari solitâ

Summa huius paginae est de huict cent tredito quatre livres huict solz

solitâ in actibus quodlibetariis
extra ordinem.

Restant ex pecunia quæ Doctoribus præsentibus numerari solet in actu quodlibetario de qua extra ordinem disputauit M. Renatus de comte ob absentiam nouem Doctorum triginta sex libellas .... 36.#

Restant ex pecuniâ quæ Doctoribus præsentibus numerari solet in actu quodlibetario de qua extra ordinem disputauit M. Nicolaus Pelletier ob absentiam octo Doctorum triginta duas libellas. .... 32.#

Restant ex pecuniâ quæ Doctoribus præsentibus numerari solet in actu quodlibetario de qua extra ordinem disputauit M. Marcus Antonius Hellot ob absentiam nouem Doctorum triginta sex libellas. .... 36.#

Caput decimum sextum
accepti ex reliquiis examinis botanicj

Restant ex pecuniâ quæ viritim numerari solet Doctoribus præsentibus examini botanico die iouis 5.a nouembris 1676. quadraginta quatuor libellas. .... 44.#

Caput decimum septimum
accepti a chirurgis et Medicinæ studiosis
pro iure inscriptionis, tertiâ parte
anatomiæ et pro sigillo.

A communitate chirurgorum quæ singulis annis Facultati debet nummum aureum in vectigal clientelare, quod cum fuerit senatus-consulto 20. aprilis 1676. lato confirmatum, accepit

~~summa hujus paginæ est de Decanus~~
~~cent quarente huit livres~~

octodecim aureos nummos, quibus præsenti anno 1676. propter non obitæ superioribus annis pensionis reliquias chirurgi tenebantur, unde summa exurgit centum et duarum libellarum cum duodecim assibus . . . . 102.# 12 s.

A novem chirurgis qui præteritis annis magisterio adepti sunt, nempe Antonio Navarre, christophoro Mopinot, Armando du Hallier, Nicolao Poignant, Joanne de La Guarigue, Guillelmo Bignol, Justo Hainselin, Joanne Cuquel, et Joanne Arparens Decanus nihil accepit . . . . nihil ad memoriam

Ex iis, octo, videlicet Bignol, Du Hallier, Navarre, Cuquel, Hainselin, Poignant, Mopinot, ac Arparens, jus facultatis debitum persolvere mihi decano. { [illegible]. Nonus à { de la guarigue obiit.

A Jacobo Prou qui anno 1676 magisterium consequutus est accepit Decanus tres libellas cum duodecim assibus et sex denariis . . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Carolo Sinoquet qui chirurgus eodem anno renunciatus est accepit Decanus tres libellas cum duodecim assibus et sex denariis . . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Michaële Darragon qui eodem anno magisterio donatus est Decanus accepit eamdem summam . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Ludovico Hauinet qui eodem anno chirurgus creatus est Decanus accepit eamdem summam . . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Simone Lescot qui hocce anno 1676 magisterium adeptus est eamdem summam . . . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Stephano Alleron qui chirurgorum societati ascriptus est eodem anno eamdem summam . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Petro Thierry qui eodem anno chirurgus renunciatus est eamdem summam . . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Joanne Chevallier qui chirurgorum numero ascriptus est eodem anno eamdem summam . . . . . 3.# 12 s. 6 d.

A Medicinæ studiosis numero septuaginta quatuor qui nomen dederunt Facultati, et in commentariis inscripti sunt, accepit Decanus pro iure inscriptionis unoquoque duos asses cum sex denariis persolvente, summam ex his exsurgentem novem libellarum cum quinque assibus . . . . 9.# 5 s.

Summa huius paginæ est de — cinquante livres dix sept — solz

Ab iisdem Medicinæ tironibus quibus studij literæ Facultatis testimonio firmatæ et sigillatæ sunt numero triginta tribus, accepit Decanus pro iure sigilli, unoquoque decem asses soluente, summam sexdecim libellarum cum decem assibus . . . . 16.^{lt} 10^{s}.

Caput decimum octauum
accepti a Doctoribus pro absentia
a Pauperum ægrotantium curâ
per an. 1675. et 1676. ac pro absentiâ
eorumdem a sacris quæ in defunctoru
gratiam iisdem an. celebrata sunt,
et a comitiis quæ primâ uniuscuiusque
mensis die habentur, iuxta decretum
die martis 1.^{a} octobris
1675. factum.

A Doctoribus absentibus accepit Decanus summam centum et triginta nouem libellarum . . . 139.^{lt}

Caput decimum nonum
accepti a quæstore Academiæ.

Accepit Decanus a Samuele Bauolle quæstore Academiæ octingentas libellas scholæ Professoribus distribuendas . . . . 800.^{lt}

Caput uigesimum
pro annuo reditu pecuniarum Facultati
solutarum propter donationem
Illustrissimj Viri Michaëlis Le Masle
Abbatis des Roches.

A RR. PP. Religiosis in monasterio diui dionysij pro anno pensionis prædictoriæ quam debent Facultati, cadente in decimum octauum Septembris 1676.

Summa huius paginæ est de neuf cens cinquante cinq liures dix solz

1676. octingentas triginta tres libellas cum sex assibus et octo denariis Decanus accepit . . . 833.℔ 6 s. 8 d. (903)

Caput uigesimum primum accepti extraordinarij.

A chirurgorum Parisiensium Societate pro impensis quibus senatusconsulto 20. aprilis 1676. lato damnata est Decanus accepit summam ter centum et triginta libellarum quâ Facultas summâ indulgentiâ contenta fuit ut patet ex eius decreto facto 19. octob. 1676. . . . . . . 330.℔

A M. M. claudio Germain, stephano Bachot, Antonio de Caën, et ludouico Morin qui de licentiatorum eruditione sententiam non tulerunt ideoque iure rotuli cecidere unoquoque soluente duas libellas accepit Decanus octo libellas. . . . . 8.℔

M. Alexandro Michaële Denyau Decanus accepit quindecim libellas quibus decreto facto die sabbati 25. Jan. 1676. multatus est. . . . . 15.℔

A chirurgo Barré pro impensis quas persoluit lite quam aduersus illum Facultas intenderat compositâ iuxta decretum eius factum 20. Junij 1676. Decanus accepit summam centum et uiginti libellarum . . . . 120.℔

Summa huius paginae est de trezo cent six livres six sols huict deniers

Summa totius accepti est de quatre mille sept cent quarante six livres dix sept sols huict deniers

Tabulæ expensi tam ordinarij quam extraordinarij a die sabbati 2.a Nouembris an. 1675. ad diem 7.a eiusdem mensis an. 1676.

M. Antonio Joanne Morand Parisino iterum Decano.

Caput primum expensi.

Ex rationibus primi decanatus redditis die martis 26. nouembris an. 1675 et a Facultate bene subductis, numerandæ sunt primum mille et sexcentæ septemque libellæ cum octodecim assibus ac duobus denariis, quæ debentur M. Antonio Joanni Morand Decano ex eius rationibus confectis et a Facultate probatis . . . . 1607.lt 18s. 2d.

Eidem M. Antonio Joanni Morand Decano pro solito honorario ipsi a Facultate concesso, propter sui primi decanatus administrationem centum et quinquaginta libellæ numerandæ sunt 150.lt

Doctoribus numero triginta et uni qui rationibus prædictis aderant die martis 26. nouembris 1675. numerauit Decanus uiritim tres libellas, antiquissimo Magistro decanoque duplum, tantumque duobus apparitoribus quantum uni Doctori unde summa exurgit centum et quinque libellarum ut patet ex decreto eadem die facto 105.lt

visa Roberto Pepin maiori Facultatis apparitori pro calculis aliisque impensis illarum rationum ab ipso suppeditatis more solito quindecim libellas ut ex acceptilatione planum est Decanus persoluit . . 15.lt

Summa huius paginæ est et capitis
dix huict cens soixante dix sept
livres dix huict sols deux deniers

Caput secundum
Expensi pro stipendiis Professorum
ex ærario Facultatis.

visa M. Raymundo Finot Pathologiæ Professori nonaginta libellas ut patet ex acceptilatione . . . 90.tt
visa M. Francisco Sorand Physiologiæ Professori . . 90.tt
visa M. Petro Lombard chirurgiæ Professori . . . 90.tt
visa M. Francisco Goüel rei herbariæ Professori . . 90.tt

Caput tertium
expensi pro refusionibus.

visa M. Francisco Piiart antiquissimo Magistro quatuor libellas ut patet ex acceptilatione 4.tt
visa M. Raymundo Finot Pathologiæ Professori duas libellas 2.tt
visa M. Francisco Sorand Physiologiæ Professori totidem 2.tt
visa M. Petro Lombard chirurgiæ Professori . . . 2.tt
visa M. Francisco Goüel rei herbariæ Professori . . . 2.tt
visa M. Jo. Baptistæ de Revellois Pharmaciæ Professori totidem quoniam anno elapso nihil solutum erat . . 2.tt
visa M. Ægidio Le Bel Pharmaciæ Professori cui nihil præterito anno numeratum est quatuor libellas 4.tt
M. Antonio Morand Pharmaciæ Professori . . . 2.tt
M. Jo. Baptistæ Moreau censori duas libellas . . . 2.tt
Decano quatuor libellas 4.tt

Caput quartum
Expensi pro stipendiis emeritorum
Professorum ex ærario
Academiæ

visa M. Roberto Raoult Pathologiæ Professori ducentas libellas 200.tt
~~summa huius paginæ est ito~~ M.
Cinq cent quatre vingt six livres

907

M. Raymundo Finot Physiologiæ Professori . . . 200.ᵗᵗ

visa M. Ludovico Gallais chirurgiæ Professori 200.ᵗᵗ

visa M. Antonio Le Moine rei herbariæ Professori . . . 200.ᵗᵗ

visa

Caput quintum expensi pro rebus sacris.

Præsentibus sacerdotibus, cantoribus, Doctoribus et apparitoribus pro uno numeratis Decanus distribuit a sacris anniuersariis in gratiam M. Guillelmi Lusson more solito factis die 18. nouembris 1675. uiginti quinque libellas 25.ᵗᵗ

Præsentibus Doctoribus anniuersarii sacris die 15. aprilis 1676. pro M. Michaële de colonia factis numerauit Decanus octo libellas. . . . 8.ᵗᵗ

visa Capellanis Sacerdotibus et cantoribus pro sacris et obitibus a die 1.ª augusti ad ultimum decembris 1675. soluit Decanus sexaginta sex libellas cum quinque assibus ut patet ex acceptilatione . . . . 66.ᵗᵗ 5ſ.

visa Apparitoribus sacris ministrantibus decem libellas cum septem assibus et sex denariis ut patet ex acceptilatione . . . . 10.ᵗᵗ 7ſ. 6d.

visa Capellano sacerdotibus et cantoribus pro sacris et obitibus celebratis per menses Ianuarium februarium et martium 1676. sexaginta duas libellas cum quindecim assibus ut patet ex acceptilatione . . . . 62.ᵗᵗ 15ſ.

visa Apparitoribus iisdem sacris ministrantibus decem libellas cum duobus assibus et sex denariis ut patet ex acceptilatione . . . . 10.ᵗᵗ 2ſ. 6d.

Capellano sacerdotibus et cantoribus pro sacris

Summa huius paginæ est ~~de~~ et

~~Sçit~~ cent quatre vingt dix livres

dix solz

et obitibus celebratis per menses aprilem, maium
visa et iunium 1676. triginta quinque libellas ut
patet ex acceptilatione . . . . 35.₶

Apparitoribus iisdem sacris ministrantibus
visa quinque libellas cum quindecim assibus ut
acceptilatio testatur. . . . - . . . . 5.₶ 15ſ.

Capellano sacerdotibus et cantoribus pro sacris
visa et obitibus celebratis a mense augusto ad initium
nouembris 1676. uiginti septem libellas cum
septemdecim assibus et sex denariis ut patet
ex acceptilatione. . . . . 27.₶ 17ſ. 6d.

Apparitoribus iisdem sacris ministrantibus quatuor
visa libellas cum septem assibus et sex denariis
ut patet ex acceptilatione. . . . . . . 4.₶ 7ſ. 6d.

Cereario D. Morlet pro cereis in die festo puri-
visa ficationis B. Mariæ iuxta decretum Facultatis
oblatis centum et nonaginta octo libellas ut
patet ex acceptilatione. - . . . . . 198.₶

Eidem cereario D. Morlet pro cereis et funalibus
visa in die festo D. Lucæ ut moris est renouatis uiginti
quatuor libellas ut patet ex acceptilatione. . . . 24.₶

: Roberto Pepin et Artus Filsac apparitoribus
quod cereos uniuscuiusque Doctoris domum
visa deferri curauerint octo libellas ut patet ex
acceptilatione. . . . . 8.₶

D. de Villers aurifabro qui nouos ex ueterum
visa argento urceolarios construxit ac deaurauit
triginta sex libellas ut patet ex acceptilatio-
ne . . . . 36.₶

~~Summa huius paginæ est ... [illegible]~~ pro

Pro telâ ex quâ uestes quatuor albæ dictæ, amictus duo Superpelliceï uocati, duæ mappæ, aliaque lintea
visa Sacello inseruientia confecta sunt, necnon pro tæniâ textili quâ hæc ornata fuere centum et uiginti sex libellas Decanus numerauit ut patet ex accepti 126. ℓℓ
lastione Annæ Bertin linteariæ.

Antoniæ Taillard linteariæ pro concinnatis prædictis uestibus, amictibus, mappis cæterisque linteis confectis necnon pro emptis cingulis,
visa purificatorio et corporali limbo textili decorato Decanus soluit uiginti nouem libellas ut patet ex accepti latione . . . . 29. ℓℓ

Singulis Doctoribus in die festo D. Lucæ numero centum et septem portione antiquissimi Magistri et Decani subductâ, uiginti asses, tantumdem apparitoribus, unde exurgit summa centum et nouem libellarum . . . . 109. ℓℓ

Pro oblatione singulis sacerdotibus, cantoribus Doctoribus præsentibus, apparitoribus, chorique pueris, Decanus numerauit septuaginta quatuor asses signatos, unde summa exurgit quatuor libellarum cum duodecim assibus et sex denariis . . . . 4. ℓℓ 12 s. 6 d.

Roberto Pepin maiori Facultatis apparitori pro pane
visa azymo et uino per annum suppeditatis sex libellas ut patet ex accepti latione . . . . 6. ℓℓ

Eidem Roberto Pepin pro sacris linteis per totum
visa annum repurgatis duas libellas cum decem assibus ut patet ex accepti latione . . . . 2. ℓℓ 10 s.

Caput sextum
expensi pro supplicationibus Academiæ.

Die mercurij 11.a decemb. 1675. in supplicatione

Summa huius [illegible] est de universel
deux cens soixante et dix sept
livres deux sols six deniers

universæ academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione
D. Stephani de monte viritim distribuit Decanus
quindecim asses et unum assem signatum, pro oblatione
singulis Doctoribus præsentibus numero undecim,
Antiquissimo Magistro, Decanoque duplum et appar-
itoribus quantum Doctoribus, unde summa emergit
octo libellarum cum octodecim assibus et novem
denariis. . . . . 8.lt 18 s. 9 d.
Die veneris 20. martij an. 1676. in supplicatione
universæ Academiæ ad ædem D.D. Innocentium
viritim distribuit Decanus viginti asses et unum
assem signatum, pro oblatione singulis doctoribus
præsentibus numero 29. antiquissimo Magistro
Decanoque duplum, et apparitoribus quantum
Doctoribus, unde summa exurgit triginta libellarum
cum sexdecim assibus et tribus denariis. . . . . 30.lt 16 s. 3 d.
Die iovis 18. Jun. 1676. in supplicatione universæ
Academiæ ad ædem Dominicanorum maioris
conventus viritim distribuit quindecim asses et unum
assem signatum pro oblatione singulis Doctoribus
præsentibus numero quindecim, antiquissimo Magistro
Decanoque duplum et apparitoribus quantum Doc-
toribus, unde summa exurgit duodecim libellarum
cum tribus assibus et novem denariis. . . . . 12.lt 3 s. 9 d.
Die mercurij 7.a octobris 1676. in Academiæ suppli-
catione ad ædem D. Sulpicio sacram viritim distribuit
quindecim asses et unum assem signatum pro oblatione
singulis Doctoribus præsentibus numero viginti,
antiquissimo Magistro Decanoque duplum et
apparitoribus quantum Doctoribus unde summa
exurgit

Summa huius paginæ est de
Cinquante une livres dix huict
solz neuf deniers

exurgit sexdecim libellarum cum quinque assibus . . 16.lt 5s.

Caput septimum

Expensi pro rebus Academiæ.

M. Antonio Morand Patri meo qui die 1. februarij 1676. comitatum præbuit Amplissimo Rectori cereos ut in more positum est, oblatum eunti, cum Decano aliisque Academiæ proceribus, Decanus numerauit summam solitam sex libellarum, et Decano duplum unde summa exurgit octodecim libellarum . . . 18.lt

Caput octauum

Expensi extraordinarij pro instauratis scholis ædibusque Facultatis.

Leonardo Cousturier Lapidario fabro qui scholas multis in locis gypso illeuit et firmauit quindecim libellas ut patet ex acceptilatione Decanus persoluit 15.lt

vi[di]a — Fabro serario nomine Nicolle pro ostio serâ, pessulis cardinibus aliisque ferramentis munito aliisq; multis tum in scholis cum in maioribus Facultatis ædibus fabricatis, Decanus numerauit octodecim libellas ut patet ex acceptilatione 18.lt

vi[di]a — Francisco Thury Fabro lignario minuti operis pro constructis fenestrarum foriculis in ædibus quas [redacted] incolit magnus apparitor, Decanus numerauit nouem libellas ut patet ex acceptilatione 9.lt

Fabro lignario minuti operis nomine Ag Anguer pro caueæ ostio uersatili, foribusque cubiculi secundæ contignationis [redacted] corruptis de nouo restitutis, Decanus numerauit quadraginta libellas ut patet ex acceptilatione

Summa huius paginæ est de
Soixante seize livres cinq solz

lation . . . . 40. ℔

Vi[s]c

Caput nonum
expensi ordinarij et extraordinarij pro rebus et negotiis Facultatis.

Quæstori Academiæ Parisiensis nomine Bacolle pro anno 1675. prædiatoriæ pensionis eidem Academiæ a Facultate debitæ Decanus persoluit ducentas et quinquaginta libellas ut constat ex acceptilatione . . . . 250. ℔

Visa

Domino Pageau Facultatis Patrono pro honorario solito singulis annis ipsi soluendo triginta libellas. 30. ℔

Joannæ de Janson uiduæ M. Guidonis Patin Doctoris Medici pro pensione annua ipsi a Facultate concessa paupertatis titulo, quæ ipsi nominis anticipatione solvi solet, numerauit Decanus ducentas libellas pro anno cadente in diem quintum nouembris proximi 1676. ut constat ex acceptilationibus. . . . . 200. ℔

Visa 5

Pario cognomine Richer qui annuum vectigal Facultati debitum ab urbis quæstore solui curauit tres libellas. . . . . 3. ℔

Viduæ G. Bresson pro anno tributi quod lucernarum causâ confertur, cadente in ultimum martij 1675. nouem libellas cum duobus assibus, et sexdecim asses pro denunciati temerè uadimonij sumptibus, unde summa nouem libellarum cum octodecim assibus et sex denariis emergit ut patet ex acceptilatione. . . . . 9. ℔ 18 s. 6 d.

Visa

Domino de Launay pro anno tributi quod propter lucernas confertur, cadente in ultimum martij an. 1676. nec non pro sex mensibus tributi quod

Summa huius paginæ est — Solvitur
douze cens [illegible] trente deux Ecus dix
[illegible] sols six deniers

solvitur propter viarum repurgationem ~~qui~~ cadentibus in ultimum Junij eiusdem anni 1676. Decanus numeravit tredecim libellas cum octodecim assibus et sex denariis ut patet ex acceptilatione . . . . . . 13.# 18 s. 6 d.

visa Roberto Pepin qui per annum integrum singulis diebus Scholarum circuitum scopis detergeri curavit decem libellas ut testatur acceptilatio . . . . . 20.#

visa Eidem Roberto Pepin pro calamis, atramento et chartâ per annum ab ipso suppeditatis quindecim libellas ut patet ex acceptilatione . . . . . 15.#

visa Eidem R. Pepin magno Facultatis apparitori pro denunciatis duobus decretis duas libellas cum duobus assibus et sex denariis . . . . 2.# 2 s. 6 d.

Domino Pageau Facultatis patrono qui consilium scriptum dedit super professorum stipendiis ex vectigali quod a tabellariis Academiae solvitur augendis, iuxta decretum Facultatis die Sabbati 29. febr. 1676. latum. Decanus numeravit sex libellas . . . . 6.#

Amanuensi D. Pageau pro xeniis sex libellas . . . . 6.#

Amanuensi D. Milet Facultatis in senatu procuratoris pro xeniis sex libellas . . . . 6.#

Amanuensibus D. Rigault Facultatis in comitio procuratoris pro xeniis tres libellas . . . . . 3.#

Ostiario illustrissimi Propraetoris urbani D. de La Reynie pro xeniis libellam unam cum decem assibus . . . . 1.# 10 s.

Ostiario recuperatorii Praetoris D. Girardin unam libellam cum decem assibus . . . . 1.# 10 s.

D. Lanerie a secretis D. Salo qui litis adversus chirurgos motae sequester erat, aequissimus, pro eius breviario exscribendo Decanus numeravit octodecim libellas . . . . 18.#

~~Summa huius paginae est dequatervingt dix huit livres deux sols~~ eidem

Eidem D. Lanerie pro maturando prædictæ litis extispicio Decanus numerauit duodecim libellas . . . . 12.#

Eidem D. Lanerie pro duabus sessionibus eiusdem litis disceptatorum Decanus numerauit triginta octo libellas cum octo assibus . . . . 38.# 8s.

Eidem D. Lanerie ut instrumenta confectæ litis ab eo reciperet Decanus numerauit sex libellas . . . . 6.#

Pro Rheda meritoriâ quâ vectus est Decanus ad illustriss. Senatus Principem, D. Salo senatorem et alios proceres ut litem prædictam aduersus chirurgos promoueret quatuor libellas cum decem assibus . . . 4.# 10s.

Pro altera rheda meritoriâ qua vectus est Decanus ad eundem Senatus Principem et Recuperatorium Prætorem ut uariis Facultatis rebus consuleret tres libellas . . . . 3.#

Actus filesac pro sacculo quem emit ut instrumenta litis motæ aduersus trefel includeret quinque asses . . 5s.

Ostiario D. de Maisons Præsidis infulati unam libellam cum decem assibus . . . . . . 1.# 10s

Pro rhedâ meritoriâ quâ vectus est Decanus cum M. Francisco Blondel ad illustriss. D. de Maisons Præsidem infulatum et ad Regis Patronum generalem D. de Lamoignon tres libellas cum decem assibus . . 3.# 10s.

Domino Guisain Facultatis in Regio consilio Patrono, cuius diligentiâ et ope lis illata Barré confecta fuit, iuxta decretum eiusdem Facultatis 20. Iun. 1676. latum, pro impensis dum hanc
visa persequeretur factis Decanus numerauit ducentas et quinque libellas cum sex assibus ut patet ex acceptilatione . . . . . . 205.# 6s.

~~Summa huius paginæ est deux cens quatorze livres deux sols~~
Cent soixante quatorze livres deux sols

Pro rheda meritoria qua Decanus vectus fuit cum M. Ludovico Gallais ad urbem D. Germani ut D. Daquin Archiatrorum comitem adiret iuxta decretum Facultatis 25. Jan. 1676. latum duodecim libellas . . . . 12.#

Pro prandio in prædicta urbe D. Germani sex libellas . . . . 6.#

Ostiario Senatus Principis unam libellam cum decem assibus . . . . 1.# 10s.

Pro rhedâ meritoriâ quâ vectus est Decanus ad Regis generalem Patronum D. de Lamoignon nec non ad Subcognitorem Regium D. Parmentier ut litem adversus Trefel persequeretur, quatuor libellas cum decem assibus . . . . 4.# 10s.

Pro altera rheda meritoriâ conductâ per dimidium diem quâ vectus est Decanus ad D. Melian libellorum supplicum Magistrum, causa Facultatis adversus Barré cognitorem, aliosque proceres eiusdem disceptatores et sequestros sex libellas . . . 6.#

Domino Camin comitii inquisitori pro inquisitione adversus Trefel a se facta, tres libellas cum quindecim

Visa assibus ut constat ex acceptilatione . . . . . . 3.# 15s.

Librorum structori nomine La Tour qui hircinâ pelle punicea librum Statutorum Facultatis

Visa vestivit, deauravit, stemmatisque ornavit, Reuperatorio Prætori D. Girardin offerendum, sex libellas ut patet ex acceptilatione . . . . 6.#

Pro rheda meritoria qua Decanus vectus est cum tribus aliis Doctoribus, ad senatores causa Facultatis adversus chirurgos disceptatores et sequestros, tres libellas cum decem assibus . . . . 3.# 10s.

Domino de Bretonville curiæ Actuario pro decreti

Summa huius paginæ est
de quarante trois livres cinq sols

decreti adversus chirurgos lati sumptibus Decanus
numeravit octoginta novem libellas cum duodecim
assibus . . . . 89. lb 12 s.
Pro rheda meritoriâ quâ Decanus cum tribus aliis
Doctoribus ad Senatores causæ Facultatis adversus
chirurgos disceptatores, ipsi nomine Facultatis
gratias acturus, quatuor libellas cum decem
assibus . . . . 4. lb 10 s.
Domino Faure senatus Accenso qui Senatuscons-
visa ultum in chirurgos latum ipsis denunciavit septem
libellas cum decem assibus . . . . 7. lb 10 s.
Amanuensi D. Milet nomine chrestiennot
visa propter multos sumptus in variis Facultatis rebus
factos, triginta novem libellas cum decem assibus
ut patet ex acceptilatione . . . . 39. lb 10 s.
Pro rhedâ meritoria quâ vectus est Decanus cum
tribus aliis Doctoribus ad illustriss. Propratorem
urbanum, ut de Harlot audacia quereretur
iuxta decretum Facultatis die Lunæ 19. octobris
1676. factum tres libellas . . . . 3. lb
Pro caducariis impensis omnisque variis
sarciendis intertrimentisque in pecuniis Facul-
tatis gerendis ut more receptum est, Decano
solutæ sunt sexaginta libellæ . . . . 60. lb

Summa huius paginæ est de
deux cen quatre cinq de deux solz
Summa totum depens cinq mille
cen vingt huit Livres neuf solz
unze denier
Summa totum accept est de
quatre mille sept cen quarante
six Livres deux sept solz huit denier
Ergo summa totum expens
supplebat summam totum accept de
trois cen quatre vingt une
Livres ~~trois denier~~ donze solz
trois denier
facultas rata et grata habet
rationem reddit et solvendam
summam tricentarum libellarum
cum una supra octoginta libellas
cum duodecim assibus et tribus
denariis quae debetur 478. 193

gratiam habendam pro debitum
facultatis theologiae
solvita et distribuendam
singulis doctoribus praesentibus
videlicet summam sex libellarum
antiquiori magistro et decano
duplum et doctoribus apparitoribus
pro uno nominatus et sic
conclusum et ad persolvendum
honorarium solitum centum et
quinquaginta libellarum.

Mjart
Le Jaque
Moisset
Mome
Morany
Moncy conformiter dictae conclusioni Boudet
G. Preaux
Cl. Cellay
Bechard
Levasseur
Fontayne
V. Mesllet
Akakia
Pasquet
Barbe
Moreau
Courtois
Demercennes
Ruartier
Moreau
Didierinoye
De La Vigne
Doubet
Gallais
Lamy
Amard
Jodet
Denyau
Marin
N. Moreau
Rainssant
De Renelois
Martean
Ferrand
Mathon
Forand
Lombard
Bienvenu
Delarry
Borger
Le Long
D. Sainctyon
Yon
Lamy
Morand
Ozon
Raveau
Daquin
Cordelle
Dreaux
Afforty
N. De Farany
Vellestie
Moreau
Mamillary
Bonnet

